



U A N L

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

HEINECCI
PRAELECT.
IN
PUFFEN-
DORFIUM

K457

H45

P7

1746


c1

348



1090047546

Handwritten scribble




348

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS





JO. GOTTL.
HEINECCII
JC. ET ANTECESS.
PRÆLECTIONES
ACADEMICÆ

IN SAM. SUPENDORFFII
DE OFFICIO HOMINIS, ET CIVIS

LIBROS II.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

ROBORETTI
SUMPTIBUS BALEONENSIS UNIVERSITATIS

MDCCLVL

SUPERIORUM PARMENSIS 59173

DELL'OFFICIN DI GUSTAVO BIANCHI

39638

K457

445.

P7

1746



FUNDO BIBLIOTECA PÚBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN



PROLEGOMENA.

Prolegomenarum loco paucis dispiciendum erit-

- I. An *seruo jus natura?*
- II. Quid *fit?*
- III. *Quam utilitatem in vita christiana & civili praestet?*
- IV. *Qua ejus ab antiquissimis temporibus facta fuerint, quaque pro ceteris hanc disciplinam libris suis illustravit?*

I.
Dati jus naturae, haud pauci negarunt, veluti *hebraeos* apud *DIOS LAERT.* N. 17. cujus sententiam ita expressit *HORAT.* *Satur.* 3. 3.

Non natura potest iussa fecerunt iniquum: Sola est utilitas iusti prope matar & aequi.
E.g. *furtum* ex eorum sententia non natura & moraliter turpe est; prohiberi tamen illud fas est ut *licet* generis humani. Eiusdem sententia fuit *ARISTOTELIS* apud *DIOS LAERT.* *lib. 11.* qui, uti omne virtutis studium evellit, voluptatemque pro summo hominis bono habuit; ita & statuit, nihil sua natura

A 2 ju-

PROLEGOMENA.

justum, injustum, honestum, & inhonestum esse, sed sola lege & consuetudine; sicut quinquagesima & facillima, cum tempus fuerit, operam daturum esse sapientem, neque enim quidquam bonum sua natura turpe esse; si auctoritas vulgaris opinio, ad continentiam in officio stultis conferta. Nec minus desideravi CARNEADES Platonis, sed in seipsum quam maxime proclivis, qui Romæ legationis causa comitatus aliquando pro justitia, postidie contra eandem, jurisque naturalis existentiam discessit, orbe idea pulsus audere Catone. V. A. P. in *Platonica*. in *Caton. major. pag. 240*. Argumenta, quibus justitiam impugnavit, servavit LACTANTIUS. *inst. divin. V. tit. 6*. Haec redeunt. 1) Omnia animalia sua utilitati studere, ex. gr. propulsare injurias, verbera, mortem, nec tamen ideo justitiam illis tribui, aut injustitiam: Resp. a brutis animantibus, quæ facultate rationali voluntatem divinam cognoscendi destituntur, ad hominem ratione & conscientia prædium non valet consequentia. Potius argumentum invertimus: quæcumque creaturæ facultate, voluntatem Dei cognoscendi, adeoque sana ratione præditæ sunt, ex quinque actiones secundum Dei voluntatem, non vero propriam commodam, diligere tenentur: jam homines, non vero animalia, &c. ergo Rec. 2) Omne jus nascitur ex utilitate, even non sua natura quidquam justum est: Resp. 1) vacillat consequentia, quidem aliquid ex utilitate nasci, at justum tamen esse potest; Deus enim ens benignissimum vere no-

Oratio

PROLEGOMENA. 5

stram utilitatem intendit, nec quidquam nobis tanquam legem præscripsit, nisi quod nobis vere utile, sic e. g. pacta esse servanda, & utile, & rationi consentaneum est; 2) unde jus est, inde obligatio: at obligatio nostra non est ab utilitate, (nam hinc quisque recedere potest,) sed a voluntate Dei, quæ nobis per rectam rationem innotescit: ergo jus non est ex utilitate, sed ex voluntate Dei, quæ per rectam rationem innotescit, adeoque aliquid natura justum est. 3) At leges inter gentes variant, & hinc nihil est natura injustum, alioquin enim unum omnibus jus esset? Resp. distinguendum esse inter jus naturæ & civile; prius apud nos idem; e. g. neminem esse occidendum, pacta esse servanda, &c. posterius ad reipublicæ ususque utilitatem intemperatum. Vid. XENOPHON. *de re publ. Athen.* Ratio diversitas in eo posita, quod jus civile veteris civitatis actiones in se indifferentes, ex. gr. jus contractus, prohibito alienationum, jura dotium. Et recentioribus & HOBBIUS, *de corp. cap. 1. §. 10*. dixit, in statu naturali fuisse jus naturæ in omnes, adeoque tum mensuram juris fuisse cujusque utilitatem. Nos itaque existentiam J. N. sic probamus: quicumque in natura sua deprehendunt rectam rationem, quæ aliquid justum esse cognoscunt, & conscientiam, quæ nos obligationi suis fecisse vel non factis fecisse monet, illi habent jus N. argui homines, &c. ergo, Rec. Est hoc argumentum, quo utitur PAULUS, *Epist. ad Rom. 14. 14. 15.*

A J

H

Quid vero jus N. est? Considerari illud potest vel tamquam jus, vel tamquam disciplina seu scientia; hic priori sensu accipimus. Jam definitiones sunt vel *nominales*, vel *reales*: *nominales* nobis tantum modo subministrant notas aliquas, quibus res nobis obvias ab aliis omnibus semper discernere possumus, e. g. circulus est figura, cujus peripheria a centro ubique aequaliter distat, *reales* contra ostendunt modum, quomodo illa res oriatur, vel quomodo possibilis sit; e. g. circulus est figura, quae radio circa punctum circumacta describitur; hic vero tantum quaeritur definitio nominalis. Igitur *jus naturae* est jus a Deo toti generi humano per rectam rationem promulgatum: dicimus 1) quia ex parte nostra est obligatio, teste conscientia; 2) a Deo, ut distinguatur a jure humano & civili, quod ab hominibus est, 3) *secundum genus humanum*, ita distinguitur a jure divino particulari, e. g. lege de circumcissione, de sacrificiis; 4) *per rectam rationem*, ita distinguitur a jure positivo universali, e. g. sabbatum non est juri naturae, quia ex recta ratione non innotescit. Vocamus vero *rectam rationem*, quae principia actionum ex finibus ratiocinando colligit; *per promulgatum*, quae insuper habito sine & scopo Dei de principia actionum suarum ex praedictio suo statuit, VIDEBA. J. N. & G. c. 1. § 9. n. 7 4) *promulgatum*, sine promulgatione enim nulla lex obligat; *lex* est norma, ad quam actiones nostras componere debemus; atqui norma debet esse nota, alias enim non possumus

mus actiones nostras componere; et eo promulganda est. A *serdum* laetius Caligulae apud SEYTON. in ejus *viz.* cap. 41.

At quid est *jus gentium*? Sunt, qui diversum aliquid J. G. statuerunt a J. N. VIDEBA. *de jure civit.* lib. 1. § 1. *de Rom. Rom. pa.* 12. per illud intelligit jus, quod voluntate omnium, aut sane cultiorum gentium vim obligandi accepit. Contra VITRIAM. *de jure nat.* cap. 1. §. 28. illud definit, quod Deus per rectam rationem inter omnes gentes propter communem necessitatem & utilitatem constituit. Sed utrumque falsum; si recipias definitionem HUBERI, cultiores gentes aut per modum legis introduxerunt, aut per modum pacti: si prius, lex illa nullam obligabit gentem, quia gens ratione gentis non est superior, adeoque & nulla alteri legem praescribere potest; si posterius, nullum est jus, sed pactum; jus est complexus legum, non pactorum. Accedit, quod quilibet in facti, an umquam inter gentes ita convenere, id vero ex historia demonstrat nequit. Si VITRIAM definitionem recipias, inde probari contra ipsum potest, unum idemque esse jus N. & G. si enim eadem est legislatoris voluntas, idemque modus tam promulgandatum in gentibus, tum in singulis hominibus, utriusque quoque idem erit jus; prius & posterius. Dicendum itaque, unum esse J. N. & G. quia 1) ab eodem legislatore est, 2) eodem obligatoris, 3) eodem modo promulgatum, uldemque levis & regulis constat, e. g. pactum

PROLEGOMENA.

fani servando, necnon laedendis, jus solum cuique tribuendum. Itaque *ius gentium* nobis est ipsum jus naturae negotiis civitatum & liberarum gentium applicatum. Ita PRANDORFERUS, THOMASIVS, COCCIVS, & recentiores tantum, non omnes.

III.

At quom utilitatem praestet jus naturae & gentium? Sane in disciplinis quoque valet illud Cassianum, cui bono? frustra ergo sudaremus in explicando addiscendaque jure naturae & gentium, si nulla esset ejus utilitas. Oppugnavit haec indirecte JO. LUDOV. PRASCHIVS tribus dissertationibus de *lego charrivatis ad Hugo. Grot. de iur. bell. & pac. cum designatione iuris naturalis; ex disciplina Christianorum, Bataviae. 1688.* sed iis latissimum J. CHRIST. THOMASIO in *Cogitationibus. Germ. 1689. pag. 71, 206. & 295.* directe vero id legit JO. 1704. auctor anonymus in *den ersten Entdeckung des Tichts und Rechts, cap. 2.* Rationes eorum sunt: a) jus naturae nullius usus esse in vita Christiana, Christiano enim pro norma esse debere scripturam sacram? Resp. a) ut multo sunt & inter Christianos, qui sacram scripturam parum curant, si, ut sunt inexculabiles, jure naturae convincuntur, *Epist. ad Rom. 1. 20. 21.* b) deinde nihil est utilius ad confirmationem in Christianismo, quam harmonia rationis & sacrae scripturae, c) multa in jure naturae explicantur, quae sacra scriptura non expoluit, tanquam ad vitam aeternam non comparata, e. g. de contractibus, ultimis voluntatibus, successio-

PROLEGOMENA.

cessionibus ab intestato, aliisque humanis negotiis. 2) Nullam esse ejus utilitatem in vita civili, quia in legibus civilibus decidentur controversae, non ex jure naturae & gentium? Resp. 2) falsum est, nullam controversam civilem decidi ex jure naturae & gentium, jus enim ipsum constatum est ex sensibus naturalibus, praeceptis gentium & civilibus, *S. ult. Instit. de justit. & b)* jus civile valet tantum inter cives ejusdem reipublicae; quid vero si controversa intercedit inter diversas gentes? quid si inter cives diversarum reipublicarum e. g. inter Hollandam & Indum? hic non alia potest esse norma, quam jus naturae & gentium. 3) Esse jus naturae cordibus hominum inscriptum, ergo non opus esse ratio molimine in illa in scripturam redeundo explicandove? Resp. a) homo natura cantat, numerat, ratiocinatur, & tamen ideo nemo rejicit muscam, arithmeticam, vel logicam, ars enim perire debet naturam; b) in omni jure dantur principia, conclusiones proximae & remotiores; illa utroque novit, cui est recta ratio, conclusiones quoque proximae ex illis principiis facile cognoscit etiam vulgus, non autem statim habet omnes conclusiones remotiores; sic e. g. pacta esse servanda facile quis intelligit, Ruit enim hoc immediate & proxime ex principio: *quod sibi non vis fieri, &c.* at, num etiam pactum errore initum servandum sit, non statim utroqueque intelligit, nisi qui plura juris naturalis principia connectit. Impro-

DE PROLEGOMENA.

Audiolo juris plane necessaria est juris N. & G. cognitio 1) propter controversias illustres, 2) propter jus publicum universale, id enim ex ipso jure natura est, 3) propter fontem & originem juris civilis, qui non alius est, quam jus naturæ & gentium.

I V.

Jam ad historiam J. N. qualem ex instituta scripserunt Jo. Franc. Boonius, quæ habetur inter *Satella juris naturæ gentium*, Jo. Frid. Ludovici *Delincensia historia juris divini*, edita Italia 1701. & 1714. Cuius Thomasi *Historia juris naturæ paulo prior* Hal. 1719. Tacemus quæ Jac. Frid. Rammannus, Gottx. Stollus, & alii, de historia & scriptis juris N. commentati sunt in historia literaria. Quatuor conficiamus periodos:

- 1) *Ab initio mundi ad Christum natum.*
- 2) *A natiuitate Christi usque ad originem academiarum & scholarum.*
- 3) *Ab hoc tempore ad Cæsarem, & denique*
- 4) *Ab hoc ad nostra tempora.*

Periodus prima.

Jus naturæ tam antiquum est, ac ipsam genus humanum, sed non ita statim excolta est disciplina juris naturæ. 1) Antilegem Mosæicam multi viri pii vixerunt, Enach, Abraham, Isaac, cum ergo hi leges Dei positivæ nondam haberent, consequens est, ut vixerint secundum J. N. Judæi quidem tradunt, Noachin Deum dedisse septem præcepta, ex quibus illi jus derivare solent, cu

PROLEGOMENA. II

cu docuit Jo. Sertorius, de J. N. & G. *secundum disciplinam Hebræorum*, cap. 10. sed parum fidei meretur hæc Judæorum traditio, 1) quia Judæi hylionica commone plane destituerunt, 2) quia nullum de se tam antiqua habent testimonium vel scripturæ, vel antiquitatis. Interim certum, tam non-dum in lytematis formam relictum fuisse J. N. Hominesque magis studuisse secundum I. N. vivere, quam illud in artem redigere. Inter gentiles soli fere Stoici J. N. excoluerunt, quod vocauerunt partem deificam, de iis enim scripsere Zeno, Pænetius, & alii, sed eorum libri omnes perierunt, solus exstant Ciceronis libri *de officiis*, in quibus I. N. explicat secundum disciplinam Stoicorum. At multis tamen hævis laborat hoc vulgema: 1) confudit Cicæo ethicam & jus N. & hinc eam in describendis virtutibus cardinalibus, 2) non semper doctrinas connectit accurate, sed lucum sæpe facit eloquentia sua. Interim multa habet laude digna, ut dici possit, Ciceroniam solum post Stoicos hæc prima epocha præclare meritorum esse de juris prudentiæ naturali.

Periodus secunda.

Post Christum natum nemo potuisset magis hanc disciplinam emendare, quam patres Ecclesiæ. Et sane habemus eam Ambrosii libellum *de officiis*, separatim eundem a Jo. Hana. Roscius; sed multa hic desideres: 1) Ambrosius evasidit J. N. & scripturæ, 2) magis instruit Ciceroniam, quam

virtus bonum; unde & Du PIMUS *Biblioth. Eccl. tom. 1.* obliuiscit, librum huic in codicibus MSS. inscribi de officio *Clavicornum*, 3) commune id habuit cum reliquis partibus, quod fuerit Platonius, multaque eccentricas doctrinas Platonis immiscuerit Christianae ethicae, & 4) magis homiletice & oratorie J. N. tractare, quam philosophice. Vid. BARBETRAG. *Præf. ad Puffendorf.* seq.

Periodus tertia.

Partibus successit turba scholasticorum, qui neglectis recte rationis principijs scripsere *ausus conscientia*, opera de *justitia & jure*, hisque libris totum jus naturæ & gentium complecti voluerunt. Sed 1) mirifico probant, aliquid juris naturæ & gentium esse, modo ex scriptura sacra, modo ex jure civili & canonico, modo ex Aristotele, Lombardo, &c. 2) multa miscuerunt falsa principia probabilissima, methodi dirigendi intentionem, de præcepto philosophico, de quibus MONTAIGNIUS in *Epistolis ad provinciales*, ANATOLIUS in *Desquamatione nove hereser de peccato philosophico*, & THIERSCHEVIVS de *dottoribus scholasticis*.

Periodus quarta.

Jus naturæ ergo primus emendavit HOOB GROTIVS, qui libros de *jure belli & pacis* edidit Parisi 1625. Cur illud non vocavit jus N. & G. vid. COLONVS *Epist. clar. viros. 3.* Commentarii in hos libros extant multi, sed

sed plerique partim, utiles; alii enim ejus errores contraxerunt orthodoxiam admissos resellunt, ut Jo. ADAM OSIANDER, & Jo. WOLFG. JAGERUS alii enim ex philosophia Aristotelica retellere voluerunt, ut VALENT. VILHELMUS, Jo. a FELDEN, Jo. GE. SIMON; alii ex auctoribus classicis potius, quam ex recta ratione illustrarunt, imprimis Jo. HENR. BOECKERUS, & Jo. FRID. GUONIVOS. Selli laudandi CARO ZIEGLERUS, KULFISIUS, HENRICUS, BARBETRACTUS. Ceterum observati in Grotio defectus sunt: 1) quod scholasticos nimis sequatur, 2) quod nimium tribuerit consensui gentium, cum tamen a) gentes consenserint sæpe in rebus turpissimis, b) hoc principium sit absurdissimum, & hinc inde convinci non possit indoctus. Sed hæc adhuc GROTIVS in errore, quod jus gentium consensu vel pactis gentium nascatur.

THOMAS HOBBIUS vel HOBBSIVS, ejusdem cum Grotio ætatis, & ejus liber de *jure prole* 1656. demum, & tamen hanc laudem sibi tribuit HOBBSIVS in *prefat. philosoph.* quod jus naturæ primus excoluerit. Occasio hujus libelli fuit Angliæ turbulentiſſimus, veteraque *anarchyus*, hinc sibi finxit ideam flaus naturalis, eumque posuit in bellum omnium in omnes, inde viciorum tribuit jus in vicium, adeoque omnia ex vi & potentia victoris deducit. Fuit philosophus profanus, & Machiavellicum inculcavit, multis tamen mirifice placuit. Ad ecclesiam habuit IAMB. VESTIMBERGEN, qui edidit *Dissertat. epistolic. de* 1710.

14 PROLEGOMENA.

principis iusti aequae auctoritatis, Amstel. 1657. Et
BENJ. NOYEMAN, cuius hypothesea exan-
nat PUFENDORFII, de J. N. & G. lib. 1. cap. 1.
 Adversarios contra natus est JO. BRAM
 BALTION. VIV. FITZGERARD. ROF. SCARROGIUM,
 GUST. J. COUUM. SAM. STRIMESUM. Et om-
 nium optimum RICH. COMERTINGIUM.

JO. SELDENUS, de cuius *jure naturae &*
genium secundum disciplinam Hebraeorum jam
 supra diximus.

SAMUELE PUFENDORFIO, postea liber ha-
 ro, quam videret. Genium in multis jus
 privatum neglexisse, aliquando etiam mi-
 nus diligenter cavisse ab erroribus schola-
 sticorum, de emendanda jure naturae en-
 gitare cepit. Docens tam privatum Hel-
 derbergae, *Hoga Censuram 1660. edidit Ele-*
mentis juris naturalis methodo mathematica.
 Cum ita placeret Ludovico, Palatino ele-
 ctori, & cum primum constitueret profes-
 sorem juris naturae & genium, majoris operis
 molitus est. At exortatus interea Lundinum
 Scaniae, ubi REX SVECIAE novam academiam
 creaverat, ibi de iure illud edidit 1673. Ma-
 le id habebat collegas, JOSEPHUM SCHEURER-
 ZIVUM, theologum, & NICOLAJUM BECMAN-
 NEM, Juris, qui e plagellis sursum sobri-
 etatis excerpserunt indicem novitarum, &
 cum de publico juris liceant. Et quamvis
 res vix tale cederet Becmanno, idem publice
 relegato, iniquam tamen hoc invidiam et-
 iam constavit Pufendorffio, unde nulla fere
 erat Germaniae academia, in qua id opus
 Pufendorffianum non exigigaretur. Specimen
 abusuus controversarum edidit ipse Pu-

PFEN-

PROLEGOMENA. 15

FENDORFFIUS in *Epistola Scandinava*, quae cum
 ipso opere expressissime procedit. At triumphavit
 demum Pufendorffius, & hostes ejus
 non sine aegritudine animi videntur, ejus
 libros ubique praelegi in academiis: contra-
 xit ergo ipse hoc opus, indeque edidit li-
 bellum *de officio hominis et civis*; & huc
 ejus sita.

CHRISTIANUS TH. NABIS primum Pufendorffii
 partibus accessit, ediditque ad ejus
 principia primum *Juris prudentiae ordinem*,
 ubi simul junxit doctrinam *de legibus passivis*
universitatis divinis. Sed ar. 1705. ipse
 hae principia sua destruxit, edidit *Funda-*
mentis juris naturae & genium, in quibus
 eliminavit principium de legibus divinis
 positivis universalibus, & loco principii
 facultatis totum jus naturae e regulis ju-
 sti, honesti, & decori derivavit, quae de
 re infra est dicendi locus.

Hi auctores veluti familiam ducunt; post-
 ea plures eorum arripuerunt, & juris na-
 turae ac genium compendia quaedam edi-
 derunt, quae partim vix plausum susceperunt,
 partim ita sunt comparata, ut sua
 laude non sint fraudanda. Prioris gene-
 sis sunt 1) HENR. BOIVIA *Disp. de iure natu-*
rae; quae primum *Rincii* prodit, revisa
 dem *Hale 1698*. In ea principium ponit
 voluntatem Dei secundum ordinem exortu-
 ratum: sed res illi opusculum CHRISTI. THOMASII,
de fundamentis deservendi causae
maximalitate hollanae receptum in suffragan-
cia, Hale 1698. 2) VON ALBERTI, theo-
logi Lips. ius naturae methodice confirma-

ALB.

nam, ubi hoc jus deducere voluit ex statu paradisiaco. Posterioris generis plures prodire libelli, ex quibus omnibus fructum capere potest, qui jam solida hujus scientiæ cognitione est imbutus. Hæc prodire 1) JO. FRANCISCI BUNDT, 2) NIC. HERON. GONDLINGII, 3) WOLFFII URILFUCI, 4) FLEISCHII varia scripta. Marburgi prodire HOMERGIT ZUM VACH; Francolorni ad Viadrum HERR. & SAM. de COCCII varia scripta. Vitæbergæ 1) WINDLERII liber elegantissimus, 2) GRUBERTI, & 3) VVENKUBERII scripta. Taceo alia compendia ejus generis fere innumera, quæ in omnibus fere Germaniæ academiis prodierunt, & jam tantum commendo Ill. LEHNITII *proffassionem*, *Codici juris gentium diplomatico* præmissam, in qua haud pauca egregia occurrunt.



LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De Actione humana.



Um tradimus sic auctor officia hominis & civis, officia vero se se exerant per actiones: primo omnium agitur de actionibus humanis; & quidem quaerit hoc capite auctor, 1) quid sit officium §. 1. 2) quid sit actio humana §. 1. 3) qua actionum humanarum principia §. 1. 16. 4) qua actiones homini imputentur, vel non imputentur §. 17. seqq.

§. I.

Officium Germanice vocatur *am Pflicht*, etæque notio vocahili est ex philosophia Stoica; primi omnium ealm Stoici de officiis scripserunt, qui in *Prolegomenis* dictum. Est vero *officium actio*, ex obligatione siue perfecta, siue imperfecta, legibus confirmanda. Ergo re vera actio bona vel justa & officium sunt synonyma. Præcipue vero obliervandum, officia semper

UNIVERSIDAD AVILA

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE BUCARASTA
DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS Y DOCUMENTACIÓN



nam, ubi hoc jus deducere voluit ex statu paradisiaco. Posterioris generis plures prodire libelli, ex quibus omnibus fructum capere potest, qui jam solida hujus scientiæ cognitione est imbutus. Hæc prodire 1) JO. FRANCISC. BUNDT, 2) NIC. HÆRON. GONDLINGI, 3) WOLFFII uniuersitatis, 4) FLEISCHII varia scripta. Marburgi prodire HOMERGIT ZUM VACH; Francoloni ad Viadrum HERR. & SAM. de COCCII varia scripta. Vitæbergæ 1) WINDLERII liber elegantissimus, 2) GRUBERTI, & 3) VVENKUBRI scripta. Taceo alia compendia ejus generis fere innumera, quæ in omnibus fere Germaniæ academiis prodierunt, & jam tantum commendo Ill. LITENTI præfationem, Cædici juris gentium diplomatis præmissam, in qua haud pauca egregia occurrunt.



LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De Actione humana.



Um tradimus sic auctor officia hominis & civis, officia vero sese exerant per actiones: primo omnium agitur de actionibus humanis; & quidem quaerit hoc capite auctor, 1) quid sit officium §. 1. 2) quid sit actio humana §. 1. 3) qua actionum humanarum principia §. 1. 16. 4) qua actiones homini imputentur, vel non imputentur §. 12. seqq.

§. 1.

Officium Germanice vocatur *am Pflicht*, eaque notio vocahili est ex philosophia Stoica; primi omnium ealm Stoici de officiis scripserunt, cui in *Prolegomenis* dictum. Est vero officium actio, ex obligatione siue perfecta, siue imperfecta, legibus confirmanda. Ergo re vera actio bona vel justa & officium sunt synonyma. Praecipue vero obliervandum, officia semper

UNIVERSIDAD AVILA

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE BUENOS AIRES DIRECCION GENERAL DE INVESTIGACIONES Y PUBLICACIONES



respicere ad legem, eaque cessante & officium cessare, e. g. quoadiu lex vigebat de circumcissione, de sacrificiis, tandiu Israelitae faciebant officium, dum circumcidebantur, sacrificisque offerebant; cessante hac lege, nemo hodie faceret officium, qui bovem offerret. Stoici officia dividebant in *perfecta*, vel a sapiente proficiscuntur; & *media* vel *communis*, quae a quorumque. Rident vulgo hanc distinctionem Stoicam, imprimis Bubæus, *Differt. III. de officiis Stoicis*. §. 1. verum præter rem, quum non poenitenda veritas hic lateat. Officia a temperanda sunt legi: legi vero a temperatur aliquid vel *materialiter* tantum, quando sit, quod ex lege præcipitur; vel *formaliter*, quando id sit eo animo & eo consilio, quo lex exigat: pius Stoici vocabant officium *commune*; posterius *perfectum*. Elegans exemplum habemus in muliere, quæ duos obolos iniecit zratio ecclesiastico, *Matr. XII.*

§. II.

Quum itaque officium sese exerat per actiones, queritur, quid actio humana sit? Observamus in homine varios motus, qui vel ex principio interno oriuntur, vel externo: si ex interno, vocantur actiones; si ex externo, passionis. *Actiones* ergo sunt motus ex principio interno subiecti agentis orti; *passiones* sunt motus ex principio externo, quod non est in agente, orti. E. g. spongia movetur, dum comprimitur: cum vero non comprimitur ex principia

aliquo interno, sed externo, nempe manu mea; patitur aliquid, contra dum frangam comprimam, ago aliquid. Jam actiones hominum sunt duorum generum; quædam enim directioni voluntatis subiectæ sunt, e. g. facili, jurare, occidere, beneficium dare; quædam huic directioni non subiacent, e. g. motus sanguinis, &c. Prioræ vocantur *humana & moralis*; posteriores *naturalis*. Hæ communes sunt hominibus cum brutis; illæ hominibus propriæ.

Queritur jam, quænam actiones sint obiectum juris naturæ? Resp. humana; jus naturæ enim præscribit leges, ad leges voluntas debet dirigere actiones. Cum vero voluntas dirigere actiones naturales non possit, (perdesit) sequitur, ut nec obiectum sit juris naturæ. Quomodo vero has actiones ipsas non dirigat jus naturæ; potest tamen præscribere regulas decerni omnino non negligendas. Sic e. g. sternutare est actus naturalis, ac potest tamen & debet circa eam observari decorem.

§. III.

Jam ergo queritur, quænam sint actionum humanarum principia? Id non rectius cognoscemus, quam si inquiramus, quid homo præ brutis habeat proprium; diximus enim, humanas actiones homines proprias habere. 1) Præmo omnium in nobis animadvertimus corpus, id est, substantiam in longum, latum, & profundum extensam, certæ figuræ, quantitatis, & qualitatis: et hoc idem animadvertimus in ar-

horibus. Vid. MALDICH & NEHEM. GRAY,
Anticam plantarum. 1) Præ arbitrio id
quidem habemus præcipuum; quod loco
movere possimus, & quædam extra nos vi-
su, auditu, aliisque sensibus percipimus;
sed id in brutis quoque deprehendimus.

3) Præ brutis ne id quidem habemus præ-
cipuum, quod aliquid cogitamus, cognos-
cimus, volumus, averſamur tam & virtu-
tis eandem virtutem esse observamus. Vid.
Roxan. quod animalia bruta ratione utantur
melius homine. Falsa quidem ejus est hypo-
thesis; sed collegit tamen quamplurima ex-
empla, quæ non sine stupore animadver-
timus. 4) Itaque in hoc præcellimus brutis,

a) quod hæc tantum res singulares & ma-
teriales cognoscunt; nos inde abstrahere pos-
sumus, eam ad ideas universales & immat-
eriales; b) quod bruta ideas aliquæ com-
perunt, sed non novas incognitas inde
veritates eliciunt; at homines cognita una
vetere abstracta, mille alias incognitas ra-
tio cinando inde elicere possunt. Itaque præ-
ter corpus nobis est mens rationalis, quam
spiritalis esse nescire certo covimus, quia
cogitationum suarum sibi conscia est; quod
numquam a materia præteriri potest; quid-
uid enim materia agit, id agit ex figura,
sit, dispositione partium. At si materiam
sive in hæc, sive in illam figuram formæ,
sive hoc, sive alio modo sita dispositaque
sit, nunquam cogitationum suarum sibi con-
scia erit. Mens itaque erit spiritus de re-
bus etiam immaterialibus coætas, suarum-
que cogitationum sibi concius. Facultates
ergo

erunt hujus mentis sunt principia actionum
humanarum. Si ergo actio quædam oriatur
ex spiritu illo cogitante, & suarum cogi-
tationum sibi conscio, erit *humana*; si non,
naturalis.

§. IV.

Principia actionum humanarum sunt in-
tellectus, de quo §. 4. 8. & voluntas, de
qua §. 9. 16. Quod ad primum, agitur 1)
de intellectu *natura* §. 4. 2) de præcipua
ejus operatione, *conscientia* §. 1. 6. 3) de
quibusdam intellectus vicibus, *error* & *igno-
rancia* §. 7. 8.

Jam quaeritur, quænam sint illæ facultates
mentis, ex quibus actiones humane
proficiunt? Resp. *intellectus* & *voluntas*.
Existimat equidem *TITUS*, *Obs. XIIII.*
§. 3. n. 3. supercedere nos potuiss. hæc di-
visione, eandem enim mentem & intelli-
gere, & velle; sed philosophi est ea di-
stinquere, quæ distinctos habent effectus.
Quemadmodum ergo recte distinguimus lu-
men & calorem in sole, cum tamen idem
sol & calidus sit, & luceat; ita nec male di-
stinguimus intellectum & voluntatem, quæ
vis eadem mens & intelligat, & velit. Jam
ergo primum de *intellectu*, qui est facultas
mentis, quæ percipimus, judicamus, ratio-
namur. In prima operatione mens se habet
passive, in reliquis active. In prima mens oc-
cupata est circa veram ideam, in secunda cir-
ca duas; in tertia circa tres ideas. Jam autem
habet regulam: *cui liber homini, natura, ratio &
mente in ergo, tantum superest naturalis velus
luminis, ut adhibita cultura, ac debita medica-*

vione, posse velle comprehendere, saltem generalis illa præcepta & principia, qua ad vitam hæcæ honeste & tranquille exiguam faciunt, simulque iustitiam, ista utique indati humana congruere. Et recte quidem: nam 1) alius non esset ius natura cordi humano inscriptum; 2) alius cessaret impunitio, poena. Varias tamen auctor addit limitationes: 1) *marcus varius*; ergo non querendum in infantibus; 2) *monte integro*; ergo excipiuntur furtivi, morbo intarientes; 3) *adhibita vultura*; hinc excipiuntur homines barbari, inter bestias educati, turdi, muti, alisque sensibus acerbis; cæcus erilis in Marthia, de quo *Kranus* singularem tractatum scripsit; 4) id intelligendum esse non de actu, sed de *perceptio*; potest homo, si vult, id cognoscere; & hinc, si non vult, nihil minus est *ἀναλογία*.

V.

Intellectus erecte esse operationes, diutius, perceptionem, iudicium, atque ratiocinationem. Ratiocinatio quoties erecta res morales versatur, vocatur conscientia; ergo jam hic de ea agitur. Conscientiam aliquam existeret, negare atque ac deistæ, imprimis *Toxarctus* in *Adesidam*, sive *Tito Livio a superstitione vindicatis*. Nam quamvis experientia doceat, eum, qui contra rationem peccavisset, angores animi presentifere; negat tamen eas oriri ex sensu legis divinæ, sed putat, illi s non nisi ex metu pœnæ temporalis pronici. Ac tallum hoc esse, patet ex *epistola* *Neronis* apud

Sexton. in *quis vit. cap. 14.* qui seculis conscientiam, quamvis & militum, & leonatus, populi ut gratulatione confirmaretur, nec statim, nec unquam forte potuit, sæpe concessus, exagitari se materia spacie, verberibus scilicet, ac tædis ardentibus. Sed solidum est negare existentiam conscientiam contra ipsam conscientiam: sane, si in nobisprehendimus aliquid, cui quadrat definitio conscientiam, satis certividi erimus, dari in nobis & definitum, nempe conscientiam. Est vero conscientiam ratiocinatio de actioribus nostris, instituta cum in finem, ut liquet, iustitiam, an injustam sint.

Est *ratiocinatio*; hinc videmus 1) quando conscientiam dicitur dormire, quando expergescere; nam quamdiu non ratiocinamus, dormire quodam modo videtur conscientiam, expergescere autem, simul ac data occasione ratiocinari incipimus; 2) totidem esse præpositiones in ratiocinatione conscientiam, que in syllogismo; major vocari potest *lex*, minor *factum*, conclusio *sententia*, e. g. *Davidis*, qui homicidium & adulterium commisit, est morte dignus, ego id feci, ergo morte sum dignus.

De alienis nostris. Aliens scandalum quidem probem, aut tristitiam vel commiserationem in nobis excitant, non vero pertinent ad conscientiam nostram; e. g. si legimus, tyrannum multa hominum innocentium millia occidisse. Objici potest, sæpe etiam nos ad aliena facta conscientiam

ria angores perferere, quoties nos iustissimus, vel alio modo in culpa fuimus? Resp. tunc sumus causa moralis, adeoque actiones hae non sunt alienae, sed actiones nostrae. Ita Achabus & Isebel factum eorum, qui Nabodum innocentem damnarunt, occiderantque, solum reputare debebant. Hoc & illa pertinent *Joan. XIX, 11. qui me sibi tradidit, in maiore culpa est.*

Iusti, an iniusti sint. Hinc patet, quo modo conscientia differat 1) a pudore; hic enim oritur, quoties de decore actionis rationamur, 2) a praesentia, quae sequitur, quoties perclusi sumus, nos contra utilitatem nostram fecisse.

Quomplex vero conscientia? An dicitur tradit unicuique, quae tamen re ipsa quidem haud accurata est: nam opponit sibi invicem *veliam ac probabilem* conscientiam, cum eamque probabili & vera esse possit, supplenda ergo hic erunt multa.

Conscientia est vel *antecedens*, quando rationamur de facto futuro, e. g. Nae-mam; vel *consequens*, quoties rationamur de facto praeterito. Illa nihilior, quia virtute praedictis propria: haec etiam in sceleratis deprehenditur. Illa nempe antecedens est certa, si liquido rationando competimus, iustane, an iniusta sit actio.

Est quoque vel *dubia*, quoties in utramque partem rationamur, e. g. an sanguine vesci liceat; vel *probabilis*, quando non suppetit principium certum, sed ex hypothese tantum rationatur, e. g. quia hoc ex ministro Ecclesiae audiui.

Porro

Porro conscientia est vel *vera*, quando nec in materia, nec in forma, ullum est vitium; adeoque utraque praemissarum vera est, ex eaque sicut conclusio; vel *erronea*, quoties alterutra praemissarum falsa, vel *trama vitiosa* est. Sic e. g. in Caini syllogismo; qui fratrem occidit, ejus peccatum est falsum, quia ut ferri possit, occ. major est falsa, si verionem hanc admittamus. Potest vero & minor falsus esse, si e. g. in turba homo occisus sit, & unusquisque videret, se auctorem esse homicidii.

Conscientia vel *bona* est, ubi conclusio absolutoria; vel *trata*, ubi condemnatoria.

Quaeritur jam, num conscientia sit norma actionum? quod negatur, quia & potest esse erronea; at dicitur norma actionum ob propositionem majorem, quatenus est lex.

§. III

Quid si conscientia *dubia*? Tunc adionem est intermittenda; contra conscientiam dubiam enim nihil agendum. Negat hanc regulam *TITUS, Observ. 18.* ea ratione, quod aequo bonum, ac malum actionem committere tunc possit dubitatum. Sed 1) & etiam bonam actionem edir quis contra dubitationem, tamen non habet intentionem bene agendi. *Barbatus ad Paul. ad Rom. 13, 8. 1)* Qui contra conscientiam dubiam agit, non potest aliter rationari, quam hoc modo: nescio quidem, iustane sit actio, an iniusta, sed, siue iusta sit, siue iniusta, eam tamen perpetrabo. *Bon. de Off. Hom. & Civis. B. Quid*

UNIVERSIDAD AVILA

UNIV

D

ON

ÓN

®

Quid vero est contentus Dei, divinaque
 legis, si hoc non est? Id tamen certum,
 hominem obligatum esse, ut de evellenda
 animo hac dubitatione quam maxime labo-
 ret, ne actionem forte bonam diuina inter-
 mittat. Potest ergo aliquis & incriminan-
 do peccare, quia media non adhibet, qui
 his dubio liberari possit, modo vellet.

§. VII.

Hactenus de intellectus operationibus,
 proxima sunt ejus vitia, *error*, de quo §.
 7. & *ignorantia*, de qua §. 8. Differunt
 error & ignorantia, quod hæc sit privati-
 vum quid, puta privato cognitionis; illa
 positivum, falsitas ideatum.

Itaque *error* definimus, quod sit dis-
 convenientia idearum nostrarum cum obje-
 cto. Is vero multipliciter committitur;
 modo in ipsa *perceptione*, quod nos falsam
 ideam formamus, tumus putantes rotan-
 dum, cum sit quadrata; modo in *judi-*
ciis affirmantes aliquid, quod negandum,
 & vice versa; vel universale formantes ju-
 dicium, cum sit particulare, & vice ver-
 sa; modo in *rationatione*, sive in mate-
 ria, sive in forma perperam rationemur.
 Sed in logicæ consideramus errorem.

In moralibus dividimus errorem in *vinci-*
bilis, & *invincibilis*; quæ divisio & in
 ignorantia locum habet. *Vincibilis* est, qui
 debita adhibita diligentia poterat evitari,
invincibilis, ad quem evitandum nulla suf-
 ficiebat diligentia atque attentio. E. g. si
 quis aurum putat, quod inauratum car-
 tum, errat, sed error est vincibilis; si quis

vero hominem inter bestias educatum ob-
 truncasset, errasset invincibiliter.

Deinde error est vel *facti*, si quis in
 tacto; vel *juris*, si in jure quis errat.
 E. g. si quis putat, se uxorem posse duc-
 ere amitam, errat, & quidem in jure;
 si quis existimaret, virginem ex captivi-
 tate liberatam esse extancam, eamque
 uxorem ducat, quæ postea appareat ami-
 ta, erravit, & quidem in facto. Jam ob-
 servandæ regulæ:

I. *Error juris semper est vincibilis; a)*
 quia jus naturæ cordi inscriptum; jus po-
 sitivum promulgatum; A) quia civis est
 obligatus ad inquirendum in jura civitatis,
 adque consulendos petitores.

II. *Error facti potest vel vincibilis esse,*
vel invincibilis; factum enim non discimus
 ex recta ratione, sed ex circumstantiis,
 quarum multæ tam occultæ esse possunt,
 ut & sapientissimus fallant.

Usum hæc doctrina habet, quoties de
 imputatione actionum humanarum quæ-
 ritur, eamque ostendemus infra §. 20. 21.

§. VIII.

Ignorantia est simplex scientiæ privatio,
 vel delectus cognitionis. Sic e. g. olim
 ignorabat apostolus, cupiditatem esse pec-
 catum; ignorabant patres, existere quar-
 tam partem orbis, Americam; quia omni-
 idea earum rerum desituebantur. Ea
 quod ad actiones, est vel *efficax*, vel *con-*
commissa; *efficax*, si quid ex ignorantia
 egi, quod acturus non fuisset, si vere ha-
 buissem perspectum; exemplum Abimele-



UNIV
 DI

UNIVERSITÄT PADOVA



chi, *Genes. XX. 4. §. concubicans*, si qua ex ignorantia facio, quod facturus fuissem, etiamsi melius rem scivissem. Sic puer apud Phylasium lapide petens corvum, oculum poverex esculit, eoque comperto, ait: *ne se videtis male? sius melius consilium cepit, quam nos.* Signum ergo est poenitentia vel gaudium super ejusmodi actione.

Deinde quod ad causam & originem, ignorantia est vel *voluntaria*, vel *involuntaria*. *Voluntaria*, ubi culpa mea sit, ut rem ignorem, e. g. si quis non adhibet debitam diligentiam & attentionem, eaque non est excusabilis; *involuntaria*, ubi re vera ignorantiam in praesens evitare non potui; eaque duplex est: 1) *vel in se & in sua causa simul*, si in eo statu sum, ut rem scire non possim, nec in culpa tamen sim, quod in eum statum incidit; talis est ignorantia involuntaria turbae, morbo insipientis, infans; 2) *vel in se, & non in sua causa*, ubi quis in eo statu est, ut ignorantiam evitare nequeat, sed tamen culpa in ejusmodi statu incidit. In tali ignorantia involuntaria versatur ebrius; & haec non est excusabilis, poterat enim quis cavere ejusmodi ignorantiam. Salveus legislator crimen ab ebrio commissum duplici poena dignum iudicavit; primo quod crimen commississet; deinde quod inebriatus eum. Simile scire edictum patet regis nostri prodidit. At in foro humano tamen, quia res publica non consistere potest ex mere piis, plerumque summa ebrietas poeninet ad causas poenam ordinariam mitigantes. Uius

etiam hujus doctrinae sese exerit in quæstione, an actus homini impotenda sit, nec ne?

§. IX.

Progredimur ad alterum principium actionum humanarum, *voluntatem*, de qua quaeritur 1) quid sit §. 9. 2) an libertatem habeat §. 10. 3) cur tam variae sint ejus inclinationes §. 11, 12. 4) quænam actiones sint voluntariae & involuntariae §. 16.

Voluntatem existere plane negavit Beneo. SINOVA, *Epist. II. ad Oldenburger. pag. 200.* hominem enim habet pro parte magna illius machinae, quæ mundus vocatur. Inde concludit in machina nihil se movere voluntarie, sed ex necessitate; ergo & homo. Enim vero repugnat conscientia: nos non movemur, ita ut nobis actionum & motuum nostrorum non conscii simus, ut machina, sed scimus, quod nos movere velimus, novimus etiam rationem, cur moveri velimus, quia scilicet rem vel pro bona, vel mala agnosceimus; quæ omnia in machinam minime cadunt. Ceterum quemadmodum intellectum versari circa veram diximus; ita *voluntas* versatur circa bonum, adeoque definitur, quod sit facultas mentis, quæ bonum adpetimus, malum avertemus. Operationes intellectus erant perceptio, iudicium, ratiocinatio; operationes voluntatis, adpetere & avertere. Hæc tamen operationes sese exerunt diversis actibus, quorum alii vocantur *imperari*, quia voluntas imperium exercet in alias facultates: ipsa voluntas excitare potest

intellectum, ut rem accuratius contemplerur; movere potest membra corporis: saltem experientia docet, prævia voluntate membra moveri, nec opus est, ut jam de causa simus solliciti. Hi omnes sunt imperata: *visus* contra sunt, qui immirent voluntati, in qua oriuntur, & hi idea ordine disponuntur.

Visus est primus motus voluntatis, *instans* est decretum voluntatis de actione suscipienda.

Consensus est consilium de mediis eligendis.

Electio est electio mediatorum.

Ufus est ipse usus mediatorum.

Fractio est, quando quis per media finem suum obtinet. Exemplum furis furum committentis hos sex adus optime illustrat.

S. X.

Jam queritur, an voluntas libertate aliqua gaudeat? Incurus equidem de *Intellectu humano*, lib. 1. cap. 1. absurdum putat hanc questionem, perinde ac si quis quereret, an virtus sit quadrata? libertatem enim esse singularem & separatam mentis facultatem: sed magna inter has questionem est differentia, cum primam questionem ne concipere quidem possimus, nisi posteriori bonus sensus sit: ita porro de statu questionis nos docet esse sollicitus. Primo ergo non querimus de spontaneitate, sed de libertate. Spontaneitas opponitur necessitati internæ, qualis est in machina; libertas opponitur coactioni spontaneitatem volun-

voluntatis supra contra *animam* vindicativam. Deinde libertas in duplici sensu accipitur: aut enim opponitur *causæ physice*. & tunc consistit in differentia ad opposita, ut homo possit agere, hoc vel illo modo agere; vel *morali*. & tunc queritur, an non intra hominem sint quedam impedimenta, quæ efficiunt, ut non semper agat, quæ velit. Primo sensu accepta libertas omnino comperit dominis voluntati; experientia enim docet, eum voluntate posse pro lubitu stare, sedere, surgere, tardius vel citius moveri, furari & non furari, si morbo non impediatur. At posteriori sensu si accipitur libertas, distinguendum inter præditos virtute, & vitis adhuc obrutos. Priores libertatam voluntatem habent, liberat illos virtus, ut eam voluntate legi divine parent, & quoties obicitur natura, pugnant contra pravas cupiditates, nec prius quiescunt, donec eas vicerint. Contra vitiosos homines impedimenta in se habent, quibus ne nefande quidem data occasione intermittere possunt; e. g. homo avarus & alieni cupidus non potest non furari, ubi occasionem sibi favere videt; quin si vel maxime furtum malum esse scit, tamen ipsi eb cupiditatis illecebras eveniat, quod ait poeta: *videtur scelera probare, deteriora sequor*. At sunt tamen & hic media, quibus si vii velit temperatus, hæc impedimenta superare possit, puta repræsentatio majoris boni vel mali sibi & impedit cupiditatem boni vel mali miraris, e. g. si fur sibi repræsentet paribulum,

visgas, laqueum. Et sic sceleratissimi etiam homines se libertatem se vindicare possunt, parim si animum emendare velint, parim si sibi repraesentent majus vel minus malum. Et hanc libertatem statuere necesse est, quia 1) alias frustra essent leges, 2) inique prena legibus sanctæ,

§. XL

Sequitur tertia quaestio, cur tam diversæ sint hominum inclinationes? cum tamen omnes natura appetant bonum, malumque averterent? cum tamen inde colligi posse videatur, homines sibi similes fore, cum tamen repugnet experientia. Causas ergo recenset auctor, 1) *varias respirationes boni* §. 11. 2) *varia humanum temperamenta* §. 12. 3) *consuetudinem* §. 13. 4) *afflictus* §. 14. 5) *obliviscam* §. 15.

Quod ad respectus varios boni attinet, sciendum est, in vero bono diversos respectus non esse separatos. Bonum enim consideratur tamquam jucundum, honestum, & utile; ac hi respectus *in vero bono* semper conjuncti sunt, idem enim bonum verum & honestum, & utile est, e. g. virtus; quam doctrinam Cicero in *libris de officiis* tueretur. At *in bono apparente* hæc conjuncta sunt, & talia bona adparentia vel se repraesentant ut honesta, cum non sint utilia & jucunda; vel ut utilia, cum nec honesta, nec jucunda sint. Cum ergo homines plerique, immo natura omnes in apparentia magis bona, quam in vera serentur; inde nascuntur diversa vitia, diversæ inclinationes. Si enim voluntas fertur in bona

bona apparentia tamquam honesta, nascitur ambitio; si in jucunda, oritur voluptas; si denique in utilia, avaritia.

Ambitio est inclinatio in bona apparentia, quæ se repraesentant tamquam honesta, adeoque homini prerogativa tanta videntur. Cum vero alii alia in se querant prerogativam; varia quoque est ambitio. Alia enim est *ridicula* vel *stultitia*, quæ prerogativam querit in re nihili, e. g. in eo, quod vermiculus emendicat, quod nomen in novellis publicis legatur; hic magna mixtura stultitiæ, ut jam veteres dixerunt:

Stultus unda Scotæ

Wachsen auf einem Helze.

Thrafsucht vel *bruta*, quæ prerogativam querit in rebus turpibus, e. g. in frequentibus digladiationibus, facultate bibendi, alia turandi.

Spaciosa, quæ prerogativam querit in aliqua perfectione, & hæc est vel

- 1) *aulica*. Hic qui dedit sunt, honeste vivant, gravitatem adfcedantur, simulare & dissimulare commode sciunt, magnam religionis speciem ostendunt tantum, quam ipsi expectant, alia neque hæc, neque conscientia ipsi curæ cordique esse solent, inprimis decore student; vel
- 2) *militaris*. Hujus characteres fere iidem sunt, nisi quod plerumque accedat inhumantitas, jurgia querant, execrationes evomant, minoremque decori curam habeant; vel
- 3) *condita*, cujus characteres, diligentia

B y novi

novitatis studium, controvertendi libido, invidia, aliquando & pedantismus, & decori neglectus; vel

- 4) *manifesta*, cujus characteres, adfectus humilitas, decori neglectus, perfidia, contemptus aliorum; tale quid in Cynicis deprehendimus.

Voluptas est inclinatio in bona adparentia, quæ sese repræsentant tamquam incunda; *Jocundum* autem vocamus, quicquid oblectat sensus sive internos, sive externos. Cum vero aliud aliud evocet, *voluptas* est.

- 2) *baebica*, cujus characteres consistunt in ingluvie, varietate deliciarum, otio, conversatione cum hominibus amilibus, contentu religionis, decori neglectu;

- 3) *omnosa*, cujus characteres, fabularum Romanensium lectio, iulus, ornatus, sequens ad hominum conventum accessus, nimia comitas atque decori cura;

- 3) *amica*, cujus characteres, conventus, iulus, hilariores sermones, curiosorum studiorum sectatio, novitatis studium; officiositatem sunt & benefici.

Avaritia est inclinatio in bona adparentia, quæ e repræsentant tanquam utilia. Ex est vel

- 1) *splendida*, quæ de acquirenda pretiosa suppellectili laborat;
- 2) *rustica*, quæ de fundis & agris sollicita;
- 3) *meretricia*, quæ possessionem pecuniarum paratæ anhelat.

4) *SAR.*

- 4) *Sardines* est extremus avaritiæ gradus, ubi quis ipse genium defraudat.

Ceterum omnes *avari* sunt superstitiosi, invidi, decori negligentissimi. Quæ quem effectum habeant *cholericis*? resp. judicio & ambitione non; *melancholicis*? memoria & avaritiâ; *sanguinis*? ingenio & voluptate; *phlegmaticis*? ad vitia & virtutes tardiores & somnolenti. Solent in vitiis hæc temperamenta mixta esse, solent ætate variare. An exulant? negatur, a) cultura virtutis omnia superare potest, & ad eam quilibet obligatus est, ß) vitari debent occasiones, quibus temperamenta incitantur, γ) pugnandum, corpusque ad obsequium reducendum.

XII.

Causa tot diversarum inclinationum altera est *comparamentorum*, ubi queritur, unde illa temperamentorum diversitas? Resp. a) sanguis noster per venam cavam transit in dexteram cordis ventriculum, inde per arteriam pulmonarem in pulmones, ex his per venam pulmonarem in sinistram ventriculorum cordis, & ex hoc denique per arteriam in reliquis corporis partes; ß) particule sanguinis non apud omnes eadem proportionem in ætate, γ) vasa quædam & pulsus variant, etiam ß) nec motus sanguinis idem, *Cholericis* ergo sunt, quorum in sanguine plus particularum sulphurearum; *sanguinei*, quorum in sanguine plus part. colorum salinarum; *melancholicis*, quorum in sanguine plus particularum terrestrium;

B 6

phleg.

phlegmatici denique, quorum in sanguine plurimum feri.

§. XIII.

Tertia causa diversarum inclinationum est *consuetudo*, quæ est habitus hæcquente repetitione unius ejusdemque generis acquisitionis, e. g. consuetudine fidiis canere dictum. Ea vero non modo in corpore sese extert, e. o. in saltando, ludendo, aliisque exercitiis; sed & speciatim in animo. In intellectu consuetudo bene ratiocinandi; in voluntate cum hominibus virtuti dedit utramque paginam facit: hoc docet educatio, censerario, imo hoc in ipsi brutis adparet. Præcipua questio est, an actio ex consuetudine otta possit imputari e. g. execrationes. Ratio dubitandi est quia non est voluntaria; ratio decidendi, *a*) illud est procul dubio voluntarium, quod nobis actibus toties repetitis adquirimus; *β*) actio ex consuetudine etiam præter voluntatem suscepta vitiosa est, propter antecedentem culpam; *CAUS. de jur. bel. c. fac. h. c. v. l. 2*) nulla est consuetudo, quæ non possit contraria desuetudine minui, si homo eandem diligentiam adhibere vellet. Eleganter ARISTOTELES in *veff.*

Ufus, quo fuerit olim

Mutat ingenium pravo;

Mutat ingenium comæ;

Qui moris, moris, sua

Permutant mulieribus.

§. XIV.

Quarta causa sunt *adfectus*; his enim si quis

quis indulget, facile degenerant in mores. Sunt vero motus voluntatis ex representatione boni vel mali otii, & cum extraordinaria commotione sanguinis & humoris nervosi conjuncti. Dicimus esse *mores*, quia quamdiu adfectus mentem non perturbat, is dicitur quiescere. *Voluntatis*; omnis enim adfectus vel adpetus est, vel aversario, atque hæc operationes voluntatis. Ex *representatione*; live sensu *fact*, sive imaginatione, quamvis hæc sit debilior, quam illa. Unde regula: *aut den Augen, aut deno Sinn*. Boni vel mali; hic vari respectus, & innumere adfectuum species, e. g. si bonum se representat tanquam præsens, nascitur lætitia; si tanquam futurum, spes; si tanquam certum, dulcedo; si in amico, congratulatio; si in inimico, invidia. *Extraordinaria commotione sanguinis*; quod apparet ex rubore & pallore, quin & lentius iste motus in ira & tristitia, & in hac quidem maxime per angustiam cordis. *Et furor nervosus*; inde vari gestus, finitas eorum membrorum, quæ extensio adfectui intersert. Notandum 1) non omnia in adfectu esse involuntaria; ejus vari grades, commotio vitii, adprobatio, & impetus; primum in pedire non possimus, reliquos præsumus; 2) suspendendam esse actionem; 3) pugnandum; adfectus enim sunt momentanei; unde non male veterum non nemo fuisse iram, re quid speret prius, quam alphabetum Græcum recitari.

§. XV.

Ultima causa est *ebrietas*; hæc quid sit, quod

quorūdo contrahitur, quantum mentem
pertrahet, quotidiana experientia docet.
Jam observandum: 1) eam varias habere
effectus pro diversitate temperamentorum;
2) eam aliquando esse involuntariam; e. g.
si quis potui non aduersus se, si alterius
dolo inebrietur; 3) eam vel *modicam* esse,
vel *summam*; hancque in eo consistere,
quod ex inebriatus homo suorum actionum
sibi plane conscientis non sit. Quoties ergo
quiritur, an actus in ebrietate susceptus ex-
cusabilis sit, vel imputari possit: tunc semper
distinguendum inter ebrietatem modicam
& summam. Modica nunquam excu-
sat, quia hinc tunc scit, quid agat; e. g.
si quis ideo contractum revocare velit,
quod continentem modice biberint.
In summa ebrietate distinguendum porro,
sive *voluntaria*, an *involuntaria*; quo pos-
terior excusat. De igne in voluntaria di-
stinguendum, sive actus indifferens, i. e.
legibus et preceptis, nec prohibitus,
tunc actus est volutus, e. g. si ebrius damnum
vendiderit; si vero criminolus, tunc non
excusat ebrietas. Conf. duobus *Differe. de*
de seipso subitur. Graec. diu. §. 4. de
§. XVI.

Ultima quaestio de voluntate humana est
de actionibus voluntariis & involuntariis,
ubi primum doctrina iudicis explicanda.
Distinguit ille actiones a) in *voluntarias*,
quae a voluntate proficiscuntur & dirigun-
tur, e. g. parisci, jurare, circumstantiis
omnibus persequi; b) in *involuntarias*, quas
duplici sensu dici existimus, vel *late*, vel
stricte;

stricte; *stricte*, quae velēstate voluntate
insuscipiuntur, e. g. iactus quorū ad evi-
tandum naufragium; *late*, quae per igno-
rantiam patiuntur, e. g. Hercules in fu-
rore occidit liberos. Addit auctor, invi-
tum se accipere pot. c. 10. Sed haec
omnia nihili sunt: nam a) invitum dici
non potest, ubi ignorantia est, quia igno-
rantia est in intellectu; invitum vero re-
spondet ad voluntatem; b) falsum,
invitum & coactum esse synonyma; in in-
vitum enim actionibus voluntas placet atheni,
in coactis quies, sed vi & metu extorta,
e. g. si quis ex secula traditur & aliquem
laedit, actio est invitata; si pater cogit fi-
lium, ut alterum laedit, actio est coacta.
Hinc ita procedendum: actio omnis est
vel *spontanea*, ubi voluntas concurret, e. g.
furari; vel *invitata*, ubi voluntas non con-
curret, e. g. cervum patens pater filium occi-
dit. *Spontaneae* actiones iidem sunt vel
1) *voluntariae*, quando voluntas nulla vi extor-
ta est, e. g. si quis sponte furatur; vel
2) *coactae*, quando voluntas quidem con-
curret, sed vi alterius extorta, e. g. si quis
latroni promittit centum aureos. Auctor
quoque statuit actiones *mixtas*, quas & vol-
untarias, & si nos non res arbitrii esse, magis
vollemus, sed re vera haec eadem sunt cum
coactis, e. g. iactus mercium. Jam quaeri-
tur, an actiones involuntariae tunc sint a
Resp. a) invitae plane non imputantur,
quia homo non seipsum auctor est; b) coac-
tae imputantur, si alicui male ius est.

Demonstratio. Ubi alteri non est ius, ibi
nec

nec a mea parte obligatur, jus enim & obligatio sunt correlata; sed de hac suo loco, c. g. promittit quis iudici ob minus carceris & exsecutionis, se salutarum; obligatur sane, quamvis coactus, quia iudici jus cogendi est: contra si quis promiserit baroni centum aureos, non obligatur. Elegans Epigramma MANTUANUS: XI. 50. 5. seqq.

Quid si ma iustor, tunc curva navicula supra est,

Tunc libertasim diuisisquis vages?

Præmissam, nec anic rogat illo tempore sancto,
Laxa regis: ver est imperioso iuncto.

Sed fuerit curva quem iura nauicula ibicas:

Fonngara iustori curva, mansuque sumit.

§. XVII.

Supereff postrema pascopitis. Viduus, quid officium, quid actio humana, quantum eius principia? lupereff, ut videamus, quid imputatio actionum, & quantum impugnetur vel non impugnetur? *Impugnare* proprie est aliquid in alterius rationes, vel expensu tabula referre. Quemadmodum ergo in rationibus queritur, quid quis debeat, vel quid ei debeatur: ita in moralibus queritur, quid quis ob actiones suas debeat, quidve ei debeat: ac proinde vocatur imputatio. Ergo *impugnare* nihil aliud est, quam declarare, effectum, quem lex actioni adsignat, huic actioni competere. Jam cum effectus ponat causam, consequens est, ut effectum actionis nemo ferre possit, nisi qui eisdem causa vel auctor sit. Inde hunc axiomata: 1) qui est auctor actionis, illi potest imputari; 2) qui auctor non est, ei nec imputari potest. **Obijci** posset, aliquando etiam imputari

locuti

solere casus fortuitos, c. c. conductori. Resp. 1) id fieri ex pacto, 2) regulariter casum nemini imputari, nisi culpa concurrat.

§. XVIII.

Ex generalibus illis axiomatibus hunc regulæ & canones speciales, quorum primus:

Adiuvet ad alia parata, ut in negotiis quantumvis aliarum rerum; nec unum quibus ventus, non passus atenti imputari, nisi quatenus illa potest & sanctor istas modum.

Ratio 1) quia, quod alius parat, eius non sum auctor, nisi quatenus directionem habere potui & debui; 2) quia eventum, qui a providentia divina pendet, non magis auctores sunt. Sic patri non imputantur actiones filii, nec filio patris, nisi quatenus hoc iussit, vel alio modo causa moralis fuit. Item dicendum de servis. Obijciuntur actiones de pecunia morales. Resp. hic non iniuste imputatur actio domino vel patri, sed ideo tenetur, quia, dum pecuniam dedit, consentit in contractum, & dum omnes res per servum adquirit, etiam damna ferre debet. Quod fit ex necessitate physica; nemini imputatur. Sic absurde obligantur Mexicani reges suos, ut iurent, thesauros se, ut sol cursum splendoremque suum teneat, nubes pluerent, rivi cernerent, & terra produceret omne genus frugum. Sic nemo nisi iniustus, ut sceleris adsignat, quod venis & flum. deliquitum, nisi in Tacit. Annal. XIV. 3. Si tamen factum aliquis concurret, ob hoc & eius modi

recto.

eventus imputari possunt. Sic Elix imputatur pluvia, navarche imputetur aliquando rufestigium, hominibus imputatur bellum, peccis, sanes publica, quia hæc judicia divinita peccatis suis prouenerunt.

Sequitur alios canon specialis:

quicumque in qualibet homine sunt, vel non sunt, quæ peccis ipsum non sunt, ut adesse vel non adesse, non possunt ipse imputari, nisi quatenus per aduersariam naturalem defectum non suppletis, aut naturæ vires non adiuris.

Si enim peccis ipsum non fuit, ut adesset, vel non adesset, non est causa vel auctor illius rei; ergo non imputatur, (per axioma 2.) Sin vero industriam delictum omisit, causa & auctor est delictus, adeoque recte illi imputatur, (per axioma 3.) Itaque nemini imputantur vitia corporis & animi, e. g. cæcitas, surditas, deformitas. Tode ruzos. *Fabul.* 114. d. 7.

Scd quid foruna, fules, delictum arguit id demum est homini carpo, quid merita

Ita & simplicitas, ignorantia: imputantur tamen & huiusmodi defectus, si culpa hominis conuacti sunt, e. g. si quis per delictum aures, natum amiserit, si deformitas a stigmate, & ceteris metis, si quis occasionem caluæ habuit, eamque neglexit.

§. XX.

Tertius canon:

qui per ignorantiam inuincibilem peccauit, imputari non possunt.

Qui enim per ignorantiam inuincibilem peccantur, ea non progrediuntur ex principio actionum humanarum; ergo non sunt auctores humanæ, adeoque nec homo eorum auctor est. Sed iam supra obseruatum, 1) hic non intelligendum ignorantiam iuris, sed facti; iam vero addendum, 2) ignorantiam etiam facti, licet inuincibilem, etiam imputati, si quis a) ueretur in re illicita, e. g. si philtum detur adolescenti. Avenpagæ apud Auaros. *Meval. magis.* 13. 17. feminam, quæ philtum dederat, abfoluerunt, sed male; melior ratio in L. 18. §. 1. D. *pena.* qui aduocatus, aut amatoriū penitum daret, nisi dote non faciant, tamen quid mali exemplares est, humilitates in mercedem, haustiuates in insulam, amissa parte honorum, uoluntatis: quodsi et mulier aut homo pueris, summa supplicio adficiuntur; ß) in loco licito, tempore licito, modo consueto & licito, e. g. si quis iaculatur in urbe interdiu, læuens hominem puniatur, et si ignorauit, hominem alicubi lætare; sin in publica palestra iusto tempore, excusatur.

Quartus canon:

ignorantia, ut et error, circa leges & officium cuique ioyandum, ab imputacione non liberat.

Ratio ejus rei est, ejusmodi error & ignorantia sunt vincibiles, ergo poterat caveri; qui ergo non cœxit, est in culpa, adeoque auctor hujus status, ergo possunt imputari.

e. g. si quis iudici offerat libellum chartæ non signatæ inscriptum. Sed tamen leges benignius agunt, &c. si non nimis supina est negligentia, aliquid indulgentiæ feminis, militibus, minoribus, rusticis, sed non aliter, quam si de damno vitando eorum, &c. peritiores consulerent non poterunt.

§. XXII.

Quintus canon:

qui accusa agendi, extra suam culpam deest, illi non imputatur, quia non agitur.

Demons-trari hoc potest, si sciamus, quid sit *accusatio*; per quam intelligimus præsentiam circumstantiarum, sine quibus actio suscipi non potest. Tales circumstantiæ sunt:

1) obiectum rationis, e. g. præcepto de honorandis parentibus satisfacere non possum, ubi desunt parentes; medicus non culpandus, si neminem curet, cum nemo agetur; 2) tempus oportunitatis, e. g. salutare amicos non possum, dum officio fungor; 3) impeditentum nullum obstitens, quod insuperabile sit, e. g. iudici non erant obstricti ad sabbatum celebrandum, quando Pompeius erat ante portas. Vid. *Canon. de pass. aer.* 144. 145. 146. Si ergo occasio est præterita circumstantiarum, sine quibus actio suscipi non potest; sequitur, actiorem sine occasione esse impossibilem, impossibilia vero remota possibilia facere potest; ergo qui hæc non facit, non est aucter hujus impossibilitatis, adeoque nec imputari potest.

§. XXIII.

Sextus canon agit de impossibilibus

1111

non potest aliquid imputari, quod non præstiterit ea, quæ vires ipsius accedunt, neque per eas præstiterit, nisi effectus passivus.

Demonstratio. Omnia non imputatur, ubi nulla est agendi occasio, (per can. 1.) ubi quid impossibile, ibi nulla est agendi occasio; omnia ergo impossibilia nemini potest imputari. Est vero impossibile aliquid vel abstrakte, quod a nemine mortalium fieri potest, e. g. factum facere insectum, cælum attingere digito, vel vesperibus, quod ab alio per vires ejus fieri non potest, quamvis ab aliis facilius præstetur, e. g. problema algebraicum solvere. Jam loquimur in canone de prioris generis factis; quod enim ad posterora attinet, etiam impossibilia ita possunt imputari, 1) si promiserit quis, se præstiturum, nec præstiterit, e. g. alchymista, vel si quis metallifodinas se perpetuum præstiterit, 2) si vires haberent, easque detruiverit? sic e. g. ab obarato exigitur debitum, quamvis non sit solvendo; hinc & Deus ab homine perfectum legis obsequium exegit, quævis etiam implere nequeat, 3) si occasio fuerit vires adquirendi, eamque neglectit homo, e. g. dedit quis operam mathesi, vel dare debuit, nec unquam alium problema solvere didicit.

§. XXIV.

Septimus canon agit de obligatione vi & metu extorris:

imputari non possunt, quæ quis coactus passivus, aut agit.

Hanc vero regulam falsam esse, jam supra vidimus, dedimus enim instantias & co-

enactus a iudice solvere obligantur, enacti a principe subditi rebelles obligantur, enactus iusto bello ad pacis condiciones admittendas obligantur. Hinc regula limitanda erit sic:

imputari non possunt, quæ quis coacte agit, aut patitur, si alteri autem jus cogendi sit.

Jam demonstratio erit facilis: ubi egentis nullum est jus, ibi enacti nulla obligatio. Secundi auctor fuit, quod iustum confederit cum enactis; de illo enim absolute vera est regula:

imputari non possunt, quæ quis iniustus agit aut patitur.

Itaque hic animadvertimus, quam necessarium sit, si solidam traditionem anhelamus, veras atque accuratas definitiones per spectas habere.

§. XXV.

Quædam canonii facilissimus est sermō, qui rationis usæ deserviantur, ætatis non imputantur.

Demonstratio. Non imputatur, cuius non sum auctor, ubi intellectus vel voluntas non concurrunt; nec intellectus vel facultas concurrunt, ubi ratione destitimus; ergo, quæ hi agunt, non imputantur. Sed intelligendus est casus, ubi sine culpa & facto sui quæ rationis usum amisit, vel nunquam habuit, e. g. furiosus, infans. Aliud, si quis culpa sua ratione privatus est, e. g. propter ebrietatem, & tunc aliter formanda regula.

adriæ ætatis imputantur, nisi vel obvia

tas involuntaria sit, vel ætatis indifferens suscipi sit a summo obvia.

§. XXVI.

Novus canon agit de ætationibus in somno susceptis:

imputari non possunt, quæ quis in somno agit, sius videtur.

Duplicis sunt generis ætiones, quæ in somno patrantur: 1) per somnum, ubi imaginatio dormienti fingit aliquid fieri, quod non fit, e. g. si Titius in somno sibi videtur fratrem occidere; 2) per somnum, ubi noctambulo vel lunaticus aliquid agit, quod in se alias verum est, e. g. Titius noctu surgens vere hominem occidit; qualis casus est in *Clement. un. de homicidio*. De utroque verus est canon ab auctore propositus.

Demonstratio. Quæ quis somnians vel dormiens agit, eorum directio non est pænes intellectum; quæ ætiones ex intellectu non proveniunt, ex non sunt humane; ergo non sumus eorum auctores, ergo non imputantur, (*per axiom. 2.*) Egregius casus de piscatore per somnum jurante, se nunquam pedem allaturum in cybaram apud *Thomam. idyl. 12*. At id quidem de imputatione in foro humano verum est: quod ad forum divinum attingit, somnia quoque prava peccata sunt, 1) quia sunt effectus peccati originalis; 2) quia homo malis cogitationibus & ætationibus indulgendo talia somnia ipse excitat. Itaque præterea, in libello de *prophætibus vicariis sententiis* eleganter observat.

tervat, virtutis incrementum etiam ex somniis animadverti posse, 3) quia saepe homo ejusmodi somniis oblectatur, quibus excitarur ad male agendum, e. g. eques Romanus in somnio sibi videbatur imperator, somnium hoc cum voluptate ubique narrabat, quin non oblectare pra se referebat, se huic somnio aliquid tribuere, ac proinde a Tiberio capitis damnabatur.

§. XXVII.

Sub finem subiunxit auctor tractationem de causa physica & morali, & quaerens utriusque actio impuretur. *Causa* est, quae effectum producit, effectum produciunt vel *actu physico*, de motu corporis nostri, e. g. quando fur furtum committit; vel *actu morali*, quando ipse motu corporis non concutitur, sed tamen actu mentis vel voluntatis e. g. si pater filium furari jubet: prior vocatur causa physica, posterior moralis. Jam cum moraliter quis magis impulsi concutere possit ad actionem, observanda regulae:

Quoties alter alterum cogit, cui in obsequio gloria velilla est, vel permittit alteri quid, quod impedire poterat, & dabat, toties causa moralis pro principali, physica pro minus principali habetur; adeoque in illum major, quam in hunc, pena statuitur, e. g. pater filium jubet occidere, paedagogus praefens permittit tiranni, ut furatur.

II. Quoties alter condiciti, alter locum operatum male agendi, vel alter alteri opem ferit, toties pars nostraeque reatus est, e. g. sicarius, congressator.

III. Quo-

*II. Quoties alter alterum in unum confilio vel pro exemplo ad male agendum insignavit, toties ipse pro causa minus principali, insignatus pro principali habetur, e. g. si quis pauperi suavitati furari, & hic furatus est; si quis execratoribus usus alii exemplo fuit, ut eodem se teelere polluerit. At hoc quoque de foro humano intelligendum; Deus enim graviter imputat postremi generis scelus per scandalum. *Matth. XVIII. 7. ut munda, ab pessima, qua das, exempla.**

CAPUT II.

De norma actionum humanarum seu de Lege in Genere.

§. I.

Hactenus de actionibus humanis: jam de norma, ad quam actiones componendae, quae est *lex* ex complexu enim legum naturalium: jus oritur. Itaque auctor noster agit primum de lege in genere hoc capite, deinde de lege naturae, cap. 2.

De lege in genere ostendit, 1) non convenire homini, ut vivat exlex §. 1. 2) quid sit lex? §. 2. 3) varia legis adjuncta §. 3. 4) actiones ad legem consideratae quotuplices sint? §. 11. 12. 5) ipsa lex quotuplex §. 16.

Non convenire homini, ut exlex vivat, variis demonstrari potest argumentis. *Primum* hoc est: qui sit *sacratissimus* *Mon. de Off. Hom. & Civis.* C. in-

infructuosus est, ut alliones aquae bonae, ac mala edere possit, si opus est norma, ad quam illi omnes comparantur; iam bene infructuosus est in faculcibus, ergo hominis opus est norma. Minor est clara, ubi enim periculum est in extremum aberrandi, ibi opus est norma, e. g. quia manus aquae rectam, ac curvam; lineam ducere potest, opus ei est regula; quia fallere potest in longitudine, capacitate, ideo opus est ulna, mensura, ac pondere.

2) A voluntatum humanarum diversitate. Si innamora hominum sunt inclinaciones, eaque velle omnes ad bona esse non possunt, opus est norma, ad quam iudicantur; atque prius est norma, ergo & posterius. Consequentia clara est, ubi confusa sunt bona & mala, ibi opus est illa distinguendi, e. g. boni vel sili adamantes.

3) Ab iniqui hominis pravitate; homo peior omnibus animalibus, homo vitia multa habet, quorum ne vestigium quidem in animali est; quaeque cum animalibus communia habet, ea multo majori gradu possidet; praeterea majore facultate potest aliis nocendi. CHAZON de la Salette, lib. 2. cap. 34. §. 12. & cap. 39. §. 12. Itaque argumentatur: cuius indomita est pravitas, ei opus est freno & coercitione; hominis indomita est pravitas, opus ergo ei est freno, seu coercitione, quae alia esse non potest, quam lex.

4) A praesentia facultatum humanarum; RICU, CUMBERLANDUS de legibus naturae. Sine qua praesentissima sibi hominis facultates homini

homini parvam utiles, immo noxia essent futura, illud est necessarium; atque sicut norma & lege REC. ergo REC. Major probatur ab intentione benignissimi creatoris, qui, cum nos velit esse felices, procul dubio etiam voluit facultates, quas dedit, nobilissimas nobis non esse noxias, adeoque id dedit, sine quo essent noxiae. Microten probat experientia; nobilissimae hominis facultates sunt intellectus & voluntas, eisque libertas. His quam maxime abutuntur, e. g. fures intellectu, ut tanto ingeniosius sumentur; voluntatis libertate, ut per omne caelum ruant.

Opponi possent, supra non demonstrasse, Deum homini dedisse libertatem voluntatis, immo naturae omnes sumus liberi, ergo locum habere non potest lex. Resp. definienda est libertas. Libertas est facultas agendi omnia in meam utilitatem; quemadmodum servitus est status, in quo omnia agere cogor in alterius utilitatem. Non itaque liberum dico hominem, quod possit devorare venenum, quod se precipitare possit in puteum, sed quod omnia agere possit, quae utilia sibi sunt, nec alius inde capiat utilitatem, quam agens, & qui ipse utilitatem vult capere. Si ergo liberus est facultas omnia agendi in utilitatem nostram, lex non obstat libertati; nam & ipsa jubet, quae nobis utilia sunt; prius verum, ergo & posterius; legi ergo pareat, hac deum summa libertas.

Quid ergo est *lex*? Auctor dedit decretum superioris, quo sibi subiectum obligat, ut ad illius præscriptum actiones suas comparat. Ergo malit: præceptum imperatoris, quo subditi poena vel præmio obligantur, ut ad ejus præscriptum actiones suas comparant. Et præceptum; decretum enim proprie in mente legit, & subditos non obligat, nisi promulgatum; decreta autem promulgata vocantur *præceptum*. Superioris; sunt qui legem definiunt per communem sponsonem. l. 1. §. 2. D. de leg. sed sponso non est lex, sed pactum; conceptus maxime differunt. Ob neules quidem habuerunt quidam Icti statum democraticum, sed in eo quocumque lex ferretur non in modum pacti, sed præcepti. Per pactum lex docentur, per modum præcepti promulgatur; totus populus est superior; singuli cives subditi. Poena vel præmio; sunt enim pars essentialis legis, ut infra videremus; ergo debent ingredi deficientem; lex sine poena est imperfecta. Subditi; siue perpetui, siue temporarii, ergo leges non præscribuntur superiori vel pari; ergo capitulationes alique leges fundamentales imperii sunt pacta. *De ad ejus normam actiones*; Grot. de jur. bell. et pac. l. 9. dicit legem obligare ad id, quod rectum est; falso; non ideo lex obligat, quia actio iam tum recta est, sed idem actio recta est, quia lex ad eam me obligat. Præterea parere tenor legi, etiam si quid præscribat, quod

in se nec rectum, nec pravum sit, e. g. si princeps jubeat, ut peregrino calendario non utar, ut contractus infertibam chartæ epparia principis notata.

Hæc obiter de definitione distinguere possum legem

a) a consilio; lex enim 1) a superiore; consilium a quovis mihi bene cupiente; 2) lex est præceptum, quod a voluntate legislatoris pender; consilium valet propter rationes; 1) lex obligat; consilium non est obligatorium; 2) lex habet conjunctam poenam & præmium, tale non conjunctum est enim consilium

β) a pacto; lex enim 1) est actus, qui intercedit inter superiores & inferiores; pactum inter pares; 2) lex exigit voluntatem velus imperantis; pactum utriusque consensum; 3) in lege obligatio antecedit, in pacto obligatio sequitur.

γ) a jure; quatenus est facultas personæ competens; lex enim necessitatem imponit subditis; jus libertatem indulget. Unde legi venoclare non possum, juri quisque sua recurrere potest. THOMAS. Fundam. jur. nat. et gen. 3.

Lex est vel præscriptiva, quæ aliquid fieri jubet vel prohibet; vel permissiva, quæ quid fieri permittit; e. g. ne occidat; cuique paritamilias jus condendi testamentum esto. Hanc definitionem quidam non admittunt; quia lex permissiva non obliget;

C. 3. adeo.

adeoque legis definitio et non quadret. Sed obligat omnino lex etiam permissiva, non quidem eum, cui quid permittitur, quippe qui juri sui potest renuntiare, sed reliquos subditos ne eum turbent in usu & exercitio istius juris.

III.

Quum legis præcipua virtus sit obligatio; hinc de natura legis auctor actus præcipue etiam quaerit, quid sit obligatio. Nota est vulgaris definitio in *pr. Inst. de obligat. obligatio est vinculum juris, quo necessitate adstringimur ad certus rei faciendæ, vel præstandæ. Quæ definitio tolerabilis est, quamvis a multis vapulet: nam 1) obligationem distinguit ab omnibus aliis rebus similibus, quod sufficit in definitione nominali; 2) generis, vinculum juris, est quidem metaphoricum, sed non ideo ineptum, quia res morales plerumque metaphorice eloquimur, ob defectum vocabulorum propriorum, quippe ad corpora sere pertinendum, e. g. obligatio, contractus. Accuratius tamen si cui placeat definitionem dicimus, obligationem esse necessitatem moralem, qua homines ad dandum, faciendum, patiendumque adstringuntur. Eius correlatum est jus, per quod intelligimus facultatem moralem aliquid agendi habendique sine iusta eujusquam contradictione, e. g. si mihi jus est eundi ambulandi per alterius fundum, alteri est obligatio seu necessitas moralis id patiendi. Jam duplex nobis imponitur necessitas, vel ex consideratione naturalis commodi, vel incommodi, quod*

quod ex violatione legis oritur, & tunc obligatio vocatur interna; vel ex metu poenæ, vel ex spe præmii a legislatore propositi, & tunc vocatur obligatio externa, e. g. alius patet editum de admittendis ex eo si letum sine proprio periculo, cui se suntque expositorus esset, si hospites eo tempore permittente acciperet; alius patet quidem editum, sed ex metu poenæ, quum minatus est princeps. Obligatio interna oritur quoties id, quod a nobis exigitur, tamquam dictamen rectæ rationis, vel contra vim aliquam est nobis saluberrimum, externa vero, quoties idem consideramus tamquam legem propriam, & sanctione generali munitam. Sic princeps patet precepto archæati ob obligationem internam; medicus precepto gratiæ ob obligationem externam. *Thomas. Fundam. jur. nat. et polit. l. 4. c. 67.*

Usum doctrinæ est in disjunctanda consideratione, an jus naturæ futurum esset, etiam si non esset Deus? Scholastici id affirmarunt, itemque Grotius in *Prælog. de jur. bell. et pac.* Contra Porroboracenses hanc thesion acriter impugnavit. 1) quia nullum jus sit sine lege, nulla lex sine legislatore; 2) quia peccatum sit *iniquitas*, adeoque sine lege proprie sit dicta nullum posse esse peccatum, nulla obligatio. Ad dici posset, si homo atheus esset, eum quidem se obligatum putare posse obligatione interna, quia præcepta juris naturalis iustitiam continentanea, non obligatione exter-

na: ergo ipsi hęc precepta non etiam
jura naturę, sed precepta salubria a se ipse
reperit, quibus parebit tamquam precep-
tis & consiliis medicorum.

§. III.

Quis vero proprie obligari potest? hęc
ex demumore patet. Cum enim obligatio
sit necessitas moralis, qua adstringimur ad
aliquid faciendum, dandum, vel patien-
dum, necesse est 1) ut intelligat, quid
sibi dandum, faciendum, vel patierdum
sit: 2) ut in ejus arbitrio sit, hoc dare,
facere, pati; impassibilitas enim omninem
obligat, (per §. 23. cap. 1.) 3) ut quis
de jure a mo exigere possit; jus enim de
obligatio sunt correlata. Hinc e. g. patens
precepto non potest obligare, quia ipsi
nullum jus est abteri imponendi necessita-
tem. Ex hoc sequuntur requirita tria, si
quis obligari debeat: 1) ut ipsi facta sit
ratio, qua legem intelligat; 2) ut habeat
voluntatem, qua se ad legem posse deter-
minare; 3) ut aliquem agnoscamus pro su-
periore, cui jus sit imponendi nobis obli-
gationem. Objici possit, etiam exteros tam-
en obligari legibus principis, si veniant
incivitates alias. Resp. tunc sunt cives tem-
porarii, & per accidens illum sponne se le-
gibus subjiciunt. Hinc solvi potest questio,
an princeps sit solutus lenibus? Hovestri du-
ra est philosophia, quidquid princeps agit,
rectum esse. Si solutus dicitur, qui antea
vinculo adstrictus, negamus questionem;
numquam enim princeps legibus fuit adstri-
ctus: si vero sensus questionis est, utne

princeps immunis a legibus? tunc distingui-
mus inter 1) pacta, quales sunt leges fun-
damentales, capitulationes, pacta conven-
ta, quibus omnino obligatur princeps, in
eisque pteruonque jurare debet; 2) inter
leges proprie sic dictas: ex sunt vel

a) divina; quibus obligari principem
patet ex tribus requisitis;

b) vel humana, quibus non obligatur
nobis defectum requisiti tertii. Vid. Hun-
nii *Diff. de principe legibus humanis,
non divinis, soluta.*

Objicitur 1) legislatorem aliquando se spon-
te obstringere, se legem non mutaturum.
Resp. id fit vel per modum pacti, vel per
modum prepositi & prius servare tenetur,
non potestis. Tuoctv. *Diff. II.* refert,
Athenienses 3000. talenta repulsisse in ac-
ce, non prius promenda, nisi si continge-
ret urbem obsideri: auxerebatur, an id mu-
tare possent bello Peloponnesiaco? Resp.
quod sic. 2) *I. 1. & 2. C. si ex respice.
nupt. p. respicietis* proprie patet veteri
imperatori. Resp. a) leges istas imperator
pro divinis habuit; b) parere vetat eis
presumptionem sub et obreptionis.

§. V.

Queritur, quis obligare possit alterum?
Hic Hovestius ad 250. cap. 15. & in *Ex-
larh.* cap. 22. p. 167. dicitur, dum solus preceptio-
nis potentiam pro jura obli- gationis habet,
argue fit. quantum potentia relin-
quit, jus dimittendi, l. 2. s. ten udi, obli-
gandi, ab ipsa potentia derivat. Sed ita &
rationes jus haberent nos obligandi, nobis

dominandi, & leges ferendi. Alii solim
 praesentiam pro iusta causa habent nos
 obligandi, uti Moses Antrabus, in *Diss.*
de iure Dei in sua creatura; sed praesentia
 quidem illa dat facultatem seu jus imper-
 tectum ad imperandum, ideo autem actu
 quis non est imperans. Hinc utrumque
 conjuncti *Præterea*, & pro requisi-
 tis exigis; 1) ut quis habeat iustam causam
 a me obsequium exigendi; 2) ut ipsi
 eam potentia sit, malum repræsentandi
 illis, qui obsequium derogant, cui esse.
 Budanus, dicit *Differ. novam*, s. Unum
 est, quod obijci potest principem nempe
 jure obligare rebelles, quamvis vere hi
 sint potentiores. Resp. distingue inter obli-
 gationem internam, quæ omnino adest, &
 externam, quæ tum apud rebelles refert,
 si ipsi victores sint, quia princeps ipsis
 non potest repræsentare malum, quod con-
 tumacia sua merentur. Sed quoniam sunt
 illæ iustæ causæ, ob quas quis obsequium
 exigere possit? Auctor en refert, 1) ex-
 traordinaria beneficia; sed ea obligat ad
 gratitudinem, non ad obsequium; e. g.
 Cyrus Harpagum non ideo tenebatur pro
 imperante agrosere, quia Cyrum sustu-
 lerat captivum; 2) prudentia evinens,
 sed hæc tantum jus imperitium, vel
 præsertorem tribuit, non jus perfectum,
 ut ipse quis sit imperans. Hinc non nisi
 tres sunt causæ veræ ac proprie sic di-
 ctæ: 1) *dependencia ratione eulentia vel*
consecrationis, 2) *servitium subditum*, 3)
 3) *potestatem inter imperantem & subditum*.

§. VI.

§. VI.

Ex his principiis de obligatione Auunt
 jam aliquot conclusoria:

1) *Legislatorem debere esse actum*, non
 quoad personam, sed quoad potestatem
 legislativam, i. e. certos esse debere sub-
 ditos, huic esse legislatorem, aliis deest
 legit requiritum (§. 4.)

2) *Legem debere esse promulgatam*, cum
 enim intelligi debeat (per requiritum 1.
 §. 4.) intelligi autem non possit, quod in
 mente latet legislatoris; sine debet pro-
 mulgari. Debetur ergo subditi informari
 in legibus, exemplo Hebræorum, Lace-
 dæmoniarum, Germanorum, Romanorum,
 qui leges edicere jubebat cives: huic
 apud quosdam æres in versus redigeban-
 tur, ut en scilicet edicerentur; apud nos
 eadem de causa d'cuntur *Gesetze*; eodem
 pertinet parochie juris.

3) *Legem non obligari in præteritum, sed*
in futurum; cum enim lex obliget cives
 ad actiones novæ legum imperandas,
 sequitur, ut lex prior sit actionibus: si
 prior est actionibus, non potest applicari
 actionibus præteritis. At aliquando tamen
 leges præferuntur ad casus præteritos ex-
 iam, l. 7. C. de p. d. sign. Novell. XIX.
 Resp. tunc vel lex antiquior revocatur in
 usum, vel aliquid disponitur, quod jam
 tum jure naturali novum est.

4) *Legem debere esse perspicuam*; obse-
 ritas nascitur vel ex vitio legg. XII. tabb.
 veluti ex ambiguitate, vel ex re ipsa, ve-
 luti ex collisione, de qua suo loco; hinc

§. VI.

interpretatio authentica, *usuali*, de qua dicitur in *Distict. concil. 36. de Ast. tabulif. & doctrinalis*, de qua infra.

Quæritur, an & consensus requiratur populi? affirmari aliqui, ut *Phinos ad Marca, concord. sacrad. & imper. cap. 16. §. 2. fagg.* alii negant, & recte; lex enim non est pactum, sed iustus. Confunduntur consensus tacitum generalem & antecedentem in imperium, cum expresse specificis & consequente in legem; ille adesse debet, non autem hic requiritur.

§. VII.

Quæritur porro de paribus legis? de his patet ex fine: cum enim pro forma esse debeat (§. 2.) subditis, requiritur præceptum, ut scire possint subditis, quid facere, vel omittere debeant. Cumque etiam obligationem externam producere debeat, ea vero ex reatu poenæ nascatur præcipue (§. 3.): opus quoque est sanctione poenali. Ista sanctio poenalis duplex est 1) *generalis*, ut actus contra leges sulceptus nullus sit, 2) *specificis*, ut & poenæ maneat passiva illum, qui legem violat, e. g. si quis sine consensu parentum nuptias fecerint, nuptiæ erunt nullæ, & coniuges carceris poenæ plectentur. Si his paribus lex constat, vocatur *perfecta*; si sanctio poenalis deest, *imperfecta*; si & hæc addita, sed actus non declaratur nullus, *minus quam perfecta* vocatur. Vid. *Utrian. Pragm. tit. 1. §. 1. in Commentar. Proleg. §. 74. & cap. 9. 40. proximiorum* potius promissionem facit par-

tem legum; sed distinguendum inter leges 1) *negativas* seu *prohibitivas*, quæ semper cum poenâ conjunctæ; 2) *affirmativas* hæc vero aliquid præcipiunt, vel a) quod jus naturale præcipit; ß) quod jure naturali non præceptum; tunc vel *generatis* est, & poenâ requiritur, vel *specificis*, & opus est præmio.

§. VIII.

Materia legum ex fine judicanda; finis est tranquillitas rei publicæ; ergo princeps non alius ferre debet leges, quam quæ ad finem hunc comparant. Hinc leges 1) debent esse possibiles; frustra ergo feruntur leges, et autum fiat; absurda quod erat lex Nihiladnezaris Chaldæis scripta, ut latium sibi non relatum interpretaretur; 2) debent respicere utilitatem & tranquillitatem rei publicæ; alias frustra restringeretur libertas naturalis. Absurda ergo lex regis Mahylor, ut nemo aliquid petat intra certos dies vel a Deo, vel ab homine. At quod ad posterius tenent, id certe accipiendum non 1) utilitas hominis non semper in oculis incurrit ipsæ leges Dei: carnisuales sunt ejus generis; 2) imprudens quidem tenetur, qui leges inutiles fert, sed tubditi ideo non obligatione liberantur.

§. IX.

Tertia pars agit de legis adjorâis, quorum duo sunt: *dispensatio* §. 5. *Equ. 100* §. 10. *Dispensatio* vocabulum curus *Lati-*nam; veteres dicere, gratiam legis habere, *indul-*

indulgere, & hinc GORTIUS scripsit de
exultate, facillitate, & indulgentia.

Dispensatio est declaratio legislatoris,
legem aliquocasu nonobligatam, quam-
vis ille casus vera lege comprehendatur;
hinc dicitur 1) *ab aggressione*; nam tum
peccavit aliquis, sed poena remittitur,
cum, qui impetrata dispensatione agit,
eum non peccet; 2) *ab agnitione*; tunc enim
declatur, casum ad legem non pertinere.
Sic dum Agesilus obtenta victoria
desertoribus civibus veniam daret, accla-
manteque dormiant hodie leges, erat ag-
gratio; dum Christus in interpretatio-
ne peccati de sabbato eximit operam neces-
sitaris & charitatis, est aequitas; dum prin-
ceps alicui veniam gratis indulget, vel
matrimonium in gradu quodam prohibito
permittit, est *dispensatio*. Dispensare vero
potest princeps, 1) *quia legi aulias*; nam
estom dominus est; 2) *quia eas plane ab-
solvit potest*; sed observandum, a) *dispen-
sationem non fieri debere circa leges divinas*,
nam naturales, tum positivas. Quæritur,
an Deus dispensare possit contra jus natu-
ræ; absurdum quæsitio. Ad objectionem,
quod Deus Exod. XI. v. 3. dispensaverit
contra septimum præceptum, respondere
secundo, non enim solum permittit Israe-
litis, sed eos inquit in bona Aegyptio-
rum, qui operas debebant; b) *dispensa-
tionem fieri non debere sine iusta et prægan-
ti causa*; sic Scipioni ante iudicium gratam
venia gratis concessa, teste ADRIANO.

X.

Alium legis adjundum est *aquitas*,
quam multi in ore habent, cum rei ipsius
latis ignoti sint: nimirum 1) *aquitas gene-
raliter accipitur pro justitia*, & tum æquum
est, quidquid legi consentaneum; hoc sen-
tu etiam datur *aquitas* (serpiz); 2) *specia-
liter vero aequitas est interpretatio legi non
restrictiva*, quæ opus est, quoties lex ali-
quid paulo durius inculcare videtur. Ne-
enim summu non fiat summa injuria, ea
æquitate subveniendum est, e. g. lex est,
preidium usurpatum vindicari non potest;
casus occurrit, ubi preidium minoris vel
absentis rei publice causa usurpatur; hic
facit æquitas adhuc vindicationem admit-
tere. Ceterum facile patet, æquitatem de-
heere habere aliquod fundamentum; quare
alind esse non potest, quam regula inter-
pretandi. Si ergo hoc fundamentum ad-
est, æquitas est vera, sic absque funda-
mento hoc æquitas quis eruat, est ce-
rebrina, de qua L. 51. §. 2. D. de verbor.
obignat. Perinque sub auctoritate juris
scientiæ & æquitas eratur. Ex hoc jam
docimus, quomodo æquitas differat a dil-
penatione; differunt 1) *caussa efficiendo*,
dispensatio ubi imperante est, æquitas a
qualibet iudice exigitur; 2) *forma*; illa
est arbitraria, hæc necessitaria, ac prin-
de illa præcipuum imperanda; hæc ultra
concedenda; 3) *efflu*, dispensatio legem
suspendit, æquitas interpretatur; a
ibi permittitur aliquid contra legem, hæc
declatur, modum non repugnat lega-

Vid. GROTIUS de equit. indulgent. & faulit.

§. XI.

Jam sequitur quarta pars capituli; quæmpliciter sine legem considerat: 1) *vel necessaria, vel permixta, vel licita*; 2) *vel bona, vel mala*; 3) *vel iusta, vel iniusta*; §. 12, 15.

Prima distinctio nuda hinc membra facit, adeoque actiones ipsæ sunt vel necessariæ, vel licitæ seu permixtæ; sed potestatis differunt. 1) *Necessariæ*, quæ in lege vel prohibentur, vel præcipiuntur, tum & quæ honestati, æquitati, decoro repugnant. Unde recte PAPINIUS L. 15. D. de condi. insti. quæ facta sicuti pietatem, existimaticam, necesse dicitur asstram, & ut generaliter dixerim; quæ contra bonos mores sunt, et nec facere nec iuste credendum est, e. g. honorare parentes, verum dicere, a mendaciis abstinere, erranti monstrare viam, sunt actiones necessariæ. 2) *Licitæ*, de quibus leges nihil disponunt, adeoque eas nec præcipiunt, nec prohibent, e. g. quo colore vestium utendum sit? hæc *vel profecta licitæ*, quæ motu proprio indifferentes, e. g. iusca, an bravo colore uti malim in vestibus; B) *vel imperfecta licitæ*; hæc quidem legibus nec præcipiuntur, nec prohibentur, tamen vel honestati, vel decoro repugnant, e. g. nudis incedere pedibus. Vid. STRUEN. Diss. de iure litto, seu non honesti. Eleganter PAULUS l. Car. VI. 12. quidam mahi licet, xamogé non quicquid conditio; & CLAUDIANUS:

non

non tibi quia licet, sed quid fecisse deceret occurrat. 3) *Permixta*, quæ lex expresse permittit, e. g. ut quis uluras semiles accipiat; hinc iuri quisque potest renuntiare, e. g. pater contra testamentum in forma illegitima, postum illud impugnat, sed nolo, quia pater est.

Alteræ divisiõ, actiones bonæ, quæ legi ex instituto conformantur secundum omnes circumstantias; mala, quæ legi disconveniunt. Dicitur actiones bonas conformari debere legibus ex instituto, inde sequitur 1) actionem non esse bonam, quæ casu legibus consentanea est, e. g. vel quis verberare inimicum, & per errorem se verberare servum vagabundum; 2) necessitam bonam esse actionem, cuius effectus bonus, id enim casu vel potius dirigente divina providentia fieri potest, e. g. pars Lacedæmoniorum exsecrionem deseruerat, montemque occuparat, ut se cum hostibus conjungeret. Agellianus perulaster civibus, illud suo iusto factum esse: hostes rerum ignari metuebant insidias, ac facta ab Agelliano impressione fugiebant; an ideo bene egerunt illi transiuga? 3) nec actionem bonam esse, quæ non secundum omnes circumstantias legi sit consentanea, e. g. elemosinas dare, cultui divino interesse sustentationis gratia.

§. XII. XIII.

Tertia divisiõ est, quod actiones fiat vel iustæ, vel iniustæ, ubi quæritur, 1) *quid iustitiam?* §. 12, 13, 14. 2) *quid iniustitia?* §. 15. Iustitia æquitatis vel personæ. R. non

est virtus, qua suum cuique tribuimus; vel 2) *allicivus*, & tunc est conformitas actionis cum lege. Conformitas illa est vel 2) in omnibus circumstantiis, & tunc actio bona & iusta sunt synonyma, 1) vel in *falla externa*, & tunc actio civiliter iusta esse potest, quæ in se bona non est, e. g. si turricus tributa solvit, sed relicta voluntate.

§. XIV.

Justitia est vel *expletiva*, quæ tribuit laudem ei que, quod jure perfecto debetur; vel *attributiva*, quæ tribuit, quod jure imperfecto debetur. Nobilior procul dubio attributiva; magis necessaria est expletiva.

§. XV.

Injustitia est vitium, quod suum alicui derogamus; vel si injuriam tribuam actionibus, est discrepantia actionis a lege. Ejus varii modus: 1) *culpa*, eoque vel laus, vel levior; 2) *dolus*, qui in proposito consistit. Hinc incitari solent regulæ: a) qui jure suo utitur, nemini facit injuriam; modo inde 1) propositum abstr; 2) res in se non sit insolita, e. g. venena inficere flores; b) *salvati non sit injuria*, modo 1) res licita; 2) alter jus violandi habuerit; 3) iusta ætatis fuerit.

§. XVI.

Ultima pars capituli explicat varias species vel divisiones legis: 1) lex est vel a Deo, vel ab homine; ergo vel *divina*, vel *humana*; 2) lex divina vel innascitur per rectam rationem, vel per revelationem tantum; ergo est vel *naturalis*, e. g.

nemini-

neminem occides; vel *positiva*, e. g. sabbatum sanctificas; 3) lex *positiva* vel omne humanum genus obligat, vel aliquam tantum gentem; illa est *universalis*, hæc vero *particularis*. Earum ratio præcipue typica, quod contra Jo. Maxim. Canon. chronis. & Spicern. de legib. viculis. *Utracq. tenendum*. De universalibus *positivis* legibus quaeritur, an denique: affirmatum in initio post theologos, & Gratium de *jur. bul. & par. II. c. 2. Trinitasius, Jovis præd. novim. l. c. 63. Bonnetus in Etimologiæ. præf. par. II. cap. 2. §. 13. Probantur id exemplis legum de vitæ arbore in paradiso, legum matrimonialium, Levitic. XVII. & XX. de poena homicidii, Genes. IX. a. sabbathi. Addunt characteres: 1) repetitionem ejusmodi legis in Nova Testamento; 2) comminationem poenæ de periculis iræ paradæ. Sed easdem leges iterum negavit Thomassinus in *Fundam. jur. nat. & gen.* quem sequuti Roborus, in *Instit. theol. moral. par. II. cap. 1. Wepherus, & alii. Rationes dahitandi præcipue, 1) quod extogitari non possit ratio promulgandi has leges; non promulgatae sunt illæ leges per rationem, quia hæc illas imitari; nec per revelationem, quia sacra scriptura tum soli populo Dei tradita, Psal. CXLVII. vs. 20. *Quis sua a Jacobo, sua est, & servavit israelitis indicantibus: id quod non fuit ulli carvarum gentium. Septuaginta vitales verum vero oratio post captivitatem Babylonicam curata est. Posset quidem promulgatio***

gatio statim per traditionem, neque Adamum, Noachum, atque Christum esse facta: sed Adama illæ leges vendam rosæ fuerunt omnes, e. g. non matrimoniales, quia fratres & forores, nempe Adami liberi, inierunt matrimonium, nec de pœna homicidii, quia Cainus hanc pœnam non lauit. An ex Noacho revelatæ omnes, iidem non constat. Si per Christum denum inanteissent, toto tempore Veteris Testamenti perites fuissent excusabiles, & tamen eos idem penitas præsupponunt; 2) quod char. Aeris isti non sunt universales, e. g. lex de vetitæ arboris non est repetita in Novo Testamento, sed fuit ræpæm te negorata. *Ex. XVIII.* dicitur quidem, Cæteræ ob violationem legum ejectionis terris suis; sed immediate præcedunt leges, quæ & ex recta ratione innoscunt. Lex de sabbatho adeo non repetita in Novo Testamento, ut potius ex libertate Christiana mutata, & loco sabbathi ipsa apostolorum ætate sit substitutus dies solis; 3) nec necessarium quidem est, has leges servare; 4) quædam enim harum legum sunt temporaria; 5) quædam ex naturalibus rationibus innoscunt, e. g. lex de pœna homicidii; 6) quædam ex regulis decati & honesti possunt deduci, veluti leges matrimoniales, & de sabbatho ut accu his legibus universalibus positivis facile crearetur.

CAPUT III.

De lege naturali.

I.

H Actenus de lege in genere, jam in specie de legē naturali, ubi quæritur, 1) quædam sit principium juris naturalis §. 1. 9. 2) quæ ejus vultus; §. 10. 11. 4) quæ modis promulgantur; §. 12. 4) quænam ejus vultus; §. 13.

Non ergo hic intelligim principium essendi, quod vultus; sed cognoscendi. Per principium intelligim propositionem universalem, ex qua omnes juris naturalis conclusiones derivari possunt. Quod est in vita communi consuetudo, lapis lydii, statuta, id in moralibus est principium. Jam notus est illa re tam necessaria d'Henius; ergo opus est, ut sciamus, quæ sint principii hanc requisita; 1) debet esse principia cognoscendi, id est, ut simul conclusionum inde reddi possit ratio; ergo non sufficit illud scholasticum: quod est in se iustum, illud est juris naturalis; perinde est, ac si dicerent: quod in se iustum, est iustum; 2) debet esse certum & quis ex uno facto sequuntur plura; itaque & fidesiones excludi neur, qualia sunt Judæorum præcepta Noachica. *Henius;* helum omnium in omnes; 3) debet esse videns; omnes enim homines inde colligere debent, quod quid juris naturalis sit, tam indocri, quam doct; 4) ad quædam derique; qui legem unicam violat, omnes violasse videntur.

detur; debet ergo homo habere principium, ex quo omnes leges cognoscantur: si tale habet, vocatur adze-natum; ergo & s) uai-zum; nam si plura, aut nequam inter se habent, aut non: si posterius, sunt sibi contraria; sin prius, reduci possunt ad unam communem propositionem. Jam hunc ordinem teni b) mus. ut dispiciamus, 1) quod metho-do investi-gandum sit hoc principium, 2) q. d. x) ostendamus, quod non sit principium auctoris, & quid de eo ferendum, 3) q. d. y) consideremus aliorum auctorum principia; ac demum 4) quoddam verisimum sit, dispiciamus.

§. I.

Quod ad methodum attinet, commendat auctor consideratorem status naturalis: ea cognitio perspiciendum esse debere putat juris naturalis principium. Supponit, prudentem legislationem leges suas attemperare statui rei publice, adeoque non esse dem leges quadrate statui rei publice monarchien, democratice, aristocratice, rebus militaribus & commerciorum causa instituta. Ex instituta hac ostendunt Aristoteles, *Ethic. ad Nicom. 4.7. & Comix. in Diss. de Legib. §. 27.*

Democratia. Quoties diversa sunt rei publice forme, toties diversa sunt fines speciales; diversi fines speciales requirunt diversa media: talia diversa media sunt leges; ergo in diversis rebus publicis sunt diverse leges. Jam Deus est legi slator prudentissimus, qui nihil sine ratione & iustificante fundamento sancire potest: ergo Deus

Deus attemperavit jus naturale statui naturali hominum. Itaque si quis cognoscere velit legem naturae prae maximam, vel juris naturalis principium, debet considerare statum naturalem. Enim vero 1) statum naturalis hominis, seu ipse auctor ignoscit, est corruptissimus at proci dabin aliquid iustum fuit & ante naturae corruptionem; 2) prudens legislator non modo ad statum rei publice & subditorum respicit, sed ad finem suum, quem pene neglexit Pensenborstius. Itaque cum Deus populum judaicum vellet ad regnum Christi preparare, omnes leges huic uni attemperavit, non solum genio populi judaici, ut vitam esse Sarrizan & Massaram.

§. II.

Sed semel posita hac methode jam inquiri in statum hominis naturalem: per hunc itaque intelligimus 1) statum conditionis brutorum oppositum; 2) statum hominum extra societatem viventium; 3) statum oppositum statui civili. Quoad primam acceptationem observat homini inesse naturalem sui amorem. Docet experientia a) hominem facere omnia ad sui conservationem; b) hominem suae felicitatis cupidissimum esse; c)us culla omnia facit, & quomvis tum in conceptu felicitatis erret, tum in mediis, si-um tamen hunc semper habet. Hoc omne Dei intentioni non advertebat; qui enim nobis dedit existentiam, is & vult, ut simus, adeoque in esse nostro conferremur: sequi Deus dedit nobis existentiam; ergo vult ut in esse nostro conferremur.

Qui vult, ut conservemur, vale etiam, et medijs utamur ad conservationem nostram necessariis. Itaque philantia illa in se non est prava, sed sit talis, si ordo amoris turbetur, e. g. si homo sui conservacionem majoris facit, quam ipsum Deum.

§. III.

In sensu secundo homo in statu naturali est ad sui conservacionem ineptissimus. Hoc probatur 1) ex nativitate; homo in hoc mundi theatrum prodit nudus, rerum omnium indigus, sine rationis usu, nec edere, nec bibere, nec frigus, nec aestum repellere potest, quod plerumque bruta possunt; 2) ex educatione; homo degenerat in brutum, si deest educatio, docent hoc exempla barbararum gentium, in primis Hottentotorum; 3) ex vitæ usibus; nemo sui ipsi sufficit, quasi miser sit hominis conditio in statu naturali, consideret statum hominem in deserto viventem, vel in insulam incultam projectum. Commendari meretur GRÆC. ANT. IER. ANIMARUM.

§. IV. V.

In tertio significatu status naturalis hominis conjunctus est cum insigni hominis pravitate, qua omnia bruta superat; nam *) homo habet plus malitiæ, quam bestia, e. g. ex voluptate, & alios lædit. Exemplum Luctatii Neratii apud GELTIUM, *Noth. Arist. XX.* 1. quod non faciunt bestia. Irasceat multas in hominemprehendimus passiones, quibus vel caret bestia, vel non tam pravis & validis utuntur, e. g. avaritiam, dominandi libidinem, &c. β) habet plus

plus potentia male faciendi, ingenium premium, arena nocentissima; cum bruta tantum naturalibus utantur; γ) nullum in hoc statu naturali frenum est, quemadmodum cohiberi possit; tale enim frenum est poena & premium, at his caremus in statu naturali. Obscurari quidem ab homine potest justitia Dei vindictiva, sed quia 1) Deus non semper statim punit; nec 2) certam poenam determinavit; 3) læporem poenitentibus eam remittit; hinc homines hoc parum curant; δ) homines ne in statu quidem civili ab insigni pravitate possunt cohiberi, cum gravissima intromittunt supplicia; quid ergo de statu naturali sperandum?

§. VI.

Denique in statu naturali auctor reprehendit insignem ingeniorum varietatem, dum supra ex diversis respectibus boni & mali, ex varietate temperamentorum, & eorum mixtura, consuetudine, affectibus eam derivavimus, hinc quot capita, tot sensus. Ea ingeniorum diversitas non potest non innumeratas lites progignere: aut enim duo vel plures idem volunt, aut diversa; si idem, litigabunt, quia omnes idem concupiscunt; si diversa, litigabunt, quia nec in fine, nec in medijs conveniunt, ergo semper in statu naturali hominibus male conveniet.

§. VII.

Ita inde auctor colligit, hominem natum esse ad societatem. Eius argumenta Hein. de Off. Hom. & Civis. D. tunc,

rom, quod hoc paragrapho profert, refolvi potest in fequentes ratiocinationes:

1) *quicumque est animal sui conſervandi ſtudioſiſſimum, illud vivere debet ſocialiter; homo eſt animal ſui conſervandi ſtudioſiſſimum (per §. 2.), ergo homo debet vivere ſocialiter.* Major certa, quia ſe conſervare homo non poſſet, ſi extra ſocietatem viveret.

2) *Quicumque eſt animal extra ſocietatem miſerrimum, illud vivere tenetur ſocialiter; homo eſt extra ſocietatem animal miſerrimum (per §. 3.), ergo homo vivere tenetur ſocialiter.*

3) *ſi homo eſt animal peſſimum, & neceſſiſſimum, ſequitur, ut ſocialiter vivere debeat ex intentione Dei; aequi verum eſt prius; ergo & peſſimus.*

4) *ſi homines diverſiſſima habens ingenia, adeoque extra ſocietatem ſe invicem neceſſario diſtrouant, neceſſarium eſt, ut ſocialiter vivant; aequi prius verum eſt, ergo & tollerius.*

§. VIII. IX.

Hinc ergo colligit auctor, principium juris naturæ eſſe ſocialitatem, eſque in re convenit ille cum veteribus. *Cac. de legib. l. 5. de offi. l. 16. ſeqq. SANEZ. de benef. l. 18. JAMELICH. in Præcep. cap. 20. quin & HONORIUS atque GRATIUS idem principium ſubſtraverunt juri naturæ, quamvis diſſentiant in medio termino, vel fundamento ſocialitatis: nam: 1) GRATIUS ſocialiter putat vivendum, quia id per ſe juſtum ſic etiam ante leges; 2) HONORIUS, quia alia*

alia nateeretur bellum omnium in omnes.

3) *PLENDORFFIUS, quia naturalis hominis ſtatus, Deique intentio id exigat. Jam cum PLENDORFFIUS demonſtraverit, ſocialiter eſſe vivendum, idque exiſtente eſſe principium juris naturalis, inde colligit duo axiomas: 1) quidquid ſocialitatem inter homines conſervat, eadem conſentaneum eſt, id eſſe juri naturali; 2) quidquid eandem deſtruit, aut ei adverſatur, id contra jus naturæ eſſe.* Quæritur ergo, an illud principium PLENDORFFII recte ſe habeat: Hoc ostendunt characteres ſub initium capitis explicati. Primo itaque fatemur 1) principium hoc PLENDORFFII eſſe principium cognoscendi; 2) nam facile ſublimare poſſum, hoc vel illud eſſe ſocietati conſentaneum vel contrarium. At quamvis hodie in ſtatu ſociali inde conſiderare petere poſſimus, id tamen non potuiſſet Adamus, qui ſolus in mundo vivebat; 2) eſt etiam verum, hominem debere vivere ſocialiter, nam obligatos nos eſſe ex intentione Dei ad ſocialem vitam, auctor ſaris liquide demonſtravit; ergo hoc ipſum eſſe principium juris naturæ. Sane poſſet aliquod præceptum juris naturæ eſſe veriſſimum, quamvis ideo id non ſtatim ſit principium unicum; 3) non eſt evidens; evidens quidem eſt, hominem vivere debere ſocialiter, ſed non ſtatim expeditum eſt, qualem eſſe oporteat ſocialitatem; nam & latrones vivunt ſocialiter; ſocietas ergo eſt terminus æquivocus; quod æquivocum eſt, non poſſet evidens eſſe; 4) eſt quidem hoc

principium unicum, sed tamen 5) non adæquatum, quia non omnia officia juris naturæ, quæ tamen conscientia dicitur; inde possunt derivari, e. g. officia erga Deum & se ipsum. Auctor quidem inde derivat ea, Deum colendum, quia religio sit vinculum societatis, hominem obligatum esse ad sui conservationem, quia alias socialiter vivere non posset; sed utrumque officiorum genus locum habiturum esset, etiam si soli viveremus inter homines, eam jam demonstrationem est.

Sed age examinemus aliorum principia, & an firmiore ralo substantur, suspiciamus.

I. Jcti quidem supponerunt, quidquid naturæ omnia animalium decuit, est juris naturæ, e. g. procreare sobolem, tandem educare, se adversus aliorum injurias defendere. Sed hoc 1) non est verum (pro §. 4. cap. 2.) quia obligati nemis potest, nisi qui & ratione instructus, & libertate voluntatis; 2) non evidens, quia natura omnium animalium nobis non satis nota est; 3) non adæquatum, quia impossibile est, ut inde deducantur officia erga Deum; & officium imperantium & subordinorum; unde & Jcti §. ult. inf. de justis. & 307. dicunt, jus tantum privatum tripartitum esse, compositionem quippe ex naturalibus præceptis, gentium, & civilibus, quia statum civitatis natura omnia animalia non docuit.

II. Scholastici quidam: quod sua natura est justum, est faciendum, & quidquid turpe, fugiendum; sed hoc principium non est

1) co-

3) cognoscendi principium, explicat enim idem per idem, nec scire inde possum, quid sua natura justum vel turpe; 2) nec est verum, nititur enim hypothesei, jus naturæ fore, etiam si ponatur, non esse Deum, sed tum non futurum esse jus proprie dictum supra demonstravimus.

III. Alii scholasticorum, adiumum principium: quod sanctitati Dei consentaneum, id est juris naturæ; quod postea & ZENONIUS Argentoratensis recoxit; sed & hoc principium non est evidens; quis enim accurate novit, quid sit sanctitati Dei consentaneum; 2) non adæquatum; multi ætus justitiæ sunt, quorum nullum archetypum in Deo reperimus, e. g. debita solvere, emere, vendere, Vid. PUEB. Specim. controu. lib. 70. §. 4.

IV. VAL. ALBERTI, theologus & philosophus Lipsiensis, in Compendio juris naturæ, orthodoxæ scholæ conformatus, cum animadverteret, PUFENDORFIUM jus naturæ ex natura corrupta deducere, ut emendaret id, ponebat principium: quidquid communi sensui integritatis, simul est juris naturæ. Enim vero 1) non est principium cognoscendi, nam ethnici illud ignorant; 2) non evidens, nam ipsi quidem generatim novimus, hominem creatum esse ad imaginem Dei, novimus etiam imaginem sanctiæ in justitia & sanctitate, sed specialia ignorant; 3) non adæquatum, quia hodie de multis officiis queritur, quibus ne locus quidem futurus in statu integritatis, e. g. de officiis erga pauperes, belligerantium, magistratum, subordinorum, &c.

D 3 P. SET-

Z. Szonius, vel Hebraei, quorum hypothese proponit, pro principia adferunt *sepiam concepta Noachica*; sed 1) hæc non sunt principia cognoscenda; ethnici enim Noachum & præcepta illa nota ignorant; 2) non sunt *verum*, desunt enim telluricis historicis; 3) non *adequatum*, nec enim sine coactione omnes conclusiones juris nature inde derivari possunt.

VI. Quotus duplex habet principium, *socialitatem*, de qua quid sentiendum, jam supra sub Pufendorffiano vidimus, & *consensum omnium gentium*; sed hoc 1) non est *verum*; nam gentes etiam in actibus turpibus consenserunt, nec consensus verum est lex, e. g. idolatria; 2) non *evidens*, est enim ille consensus gentium ex innumeris audacibus petendus, quod quis ab Indis, Japonensibus, Americanis, aliisque barbaris desideret. 3) non *adequatum*; non enim in omnibus conclusionibus juris nature gentes consenserunt, e. g. facerentium furum pro licita habere; Germani latrocinia, duella; alia genus contortationem negaverunt esse peccatum.

VII. Horreus quidem etiam statui & *socialiter esse vivendum*; sed ejus principium resolvitur in *bellum omnium in omnes*; id vero 1) non est *verum*, est hypothesis ex hisloria non demonstrabilis; 2) non principium *cognoscendi*, nam sic ante civitates & res publicas nullum plane scilicet jus natura; 3) non *adequatum*; inde enim non fluunt officia erga Deum & me ipsam.

VIII. LAM. VELIUSSEN *puerum accusa-*
toem;

lum; sed 1) non est *evidens*; multatim enim verum pudet hominem, quæ sunt iusta, multatim non pudet, quæ sunt turpia; 2) non *adequatum*; inde quidem derivari possunt officia honesti & decori, sed non iusti; 3) non *absoluta verum* est; pudor quidem est naturalis, sed non omnium turpium naturam pudet.

IX. BONIUS, *ordo naturæ*, sed id 1) non est *evidens*, 2) non est principium *cognoscendi*.

X. THOMAS, *homo a Deo accepto officio*; ergo & Deus vult, ut *conferemus*; inde regula: *omnia agenda, quæ discretionem & conservationem nostram promerent; omnia contra fugienda, quæ conservationem nostram destruant*. Ad hominis conservationem pertinent 1) existimatio bona; 2) indolentia; 3) iusticia. Primum adsequemur honeste vivendo; alterum, iuste; tertium, decore.

Principium iusti: *quod tibi non vis fieri, aliis ne feceris*.

Principium honesti: *fac tibi, quæ vis ne alii tibi faciant*.

Principium decori: *quæ tibi fieri vis, aliis fac*.

Jam quidem principalis propositio est principium cognoscendi, est *vera, evidens*, sed tamen suæ quæ desideres: 1) ù ad *sciam* nostram conservationem respicimus, nulla est ratio, cur jus nature violari non possimus; si aliter conservari non possumus, e. g. tyrannus mihi minatur iustitiam, nisi Deum abnegem; 2) de *sciam* non

non recte videtur definitum, nam vere & regula iusti est: *quod sibi vis fieri, alteri fecerit*; inde non fluunt officia erga Deum. Thomas vs quidem putat, ex principio honesti illa fluere; sed non colendus est Deus ob solam conservationem nostram.

Itaque facilius principium investigabimus ita, si ad finem Dei in condendis nominibus respiciamus; scilicet supponimus, a) nos existentie nostrae causam non esse; antequam eramus, eramus nihil, nihil aliquid producere non potest, b) si nos existentie nostrae causae non sumus, oportet, c) e nos similes ab ente alio, & perfectissimo quidem, quin omnipotens est, ex nihilo substantiam vivam, cuique conscientiam producere; sapientiae, eam ita condere, ut nihil in nobis sine summa ratione factum sit, id est, a Deo; e) qui a Deo conditus est, ab eo pendet in esse, ergo ei obligatus est, id est, eius voluntati vel fini, qui in creatione nostra habuit, satisfacere debet; itaque propterea primaria

fac ea omnia, qua fini Dei in creatione

omnino correspondunt, & contraria omittit.

a) Jam si finem Dei investigare velimus, respiciendum erit ad media, quae nobis dicit, vel facultates; cum ergo dederit nobis a) corpus mobile; vult, ut illo varias actiones agamus; b) voluntatem, quae bonum adpetit, & malum averfatur, vult, ut bonum tantum sectemur, mala fugiamus; c) intellectum, vult, ut bona vera, non apparentia sectemur. Ergo vult,

ut

ut actiones edamus, quae ea veri boni adpetentia efficiuntur. Veri boni adpetentia est amor; vult ergo, ut amemus, omnique actiones nostrae ex vero amore proficiantur. e) Amor tendit vel in Deum, vel in nos, vel in proximum, vel in alias creaturas; quae objecta cum non sint ejusdem dignitatis perfectionisque, amorem quoque non ejusdem generis esse oportet. f) Amor, si tendit in objectum perfectius, vocatur *reverentia*; si in tale, a quo pendemus, *obsequium*, quod est amor, quo objectum aliquod ob perfectionem maximi facimus, eique libentissime obsequimur; ergo prima propositio specialis:

Deus inquam eius perfectissimum submissa veneratione colendus, eique per omnia reverendum est.

g) Si tendit in nos ipsos, *philantia*, eoque est amor, quo quis veram sui perfectionem conservationemque intendit. Ne tamen illa philantia sit prava, ordo servandus, ne nostram conservationem Dei voluntati preferamus; hinc altera propositio specialis:

homo ad suam perfectionem & conservationem promovendam servetur, quatenus illa sine violatione majestatis divinae obstrui potest.

h) Si tendit in objectum extra nos, illud nobis vel aequale est, ut proximus, vel inferius ac imperfectius, ut reliquae creaturae; si prius, amorem quoque oportet esse aequalem amoris, quo nos ipsos prosequimur; ergo regula specialis tertia:

D f homo

homo hominum tenetur eadem persequi amorem quo se ipsum persequitur.

Sed posterius, amor est benevolentia, eaque est amor, quo substantia nobis imperfectiore non abutendum; ergo regula quarta: non abutendum est creaturis nobis imperfectioribus.

Ex his totum jus naturæ prout alveo fluit, continetur etiam scriptura pulcherrime. *Matth. XXII. 37. Dominum Deum tuum tota corde, tota anima, tota mente amare hoc est primum & maximum præceptum. Aliud autem est huic simile: alterum, ut te ipsum amare. Luc. X. 27. Epist. ad Romanos. XIII. 9. Tim. I. 2. Marc. VII. 1. quidquid vultis, ut vobis faciant alii, id vos etiam eis facite.* Et hoc principium 1) verum; sicut enim ex veris definitionibus, 2) adequatum; quia omnia officia erga Deum, nos, & proximum, quin & erga creaturas inde fluunt; 3) evidens; omnia enim pius definivimus; 4) corroboratum; hoc enim & ethnicus quilibet cognoscit.

Item, quis sit juris naturæ auctor? Resp. Deus. Auctor 2) ostendit, supponendum esse Dei existentiam §. 10. §) demonstrat, Deum esse auctorem juris naturæ. Prius moner contra scholasticos, quos slavisse diximus, jus naturæ fore, certum & necessarium, prout nec legum, nec illum: nam 1) jus est complexus legum; lex non existit lea; 2) obligatio externa & lex sunt

sunt correlata; obligatio externa dicitur ex poenâ & præmiis, talia non sunt, ubi non est legislator, ergo & jus naturæ non erit. Ad objectionem, atheos etiam, quæ iuris naturæ sunt, facere posse, jam supra respondimus, atheos tum his legibus non parere tamquam iuri, sed tamquam dictis rationi consentaneis, quemadmodum princeps parat medico. Itaque facile intelligendum est, quid respondendum sit ad questionem, an atheismus hominem necessario impellat ad impietatem? Negat Barthelemy, quem postea alii sequuti, his us argumentis: 1) quod homines vivunt secundum passionibus voluntatis, non secundum principia intellectus, e.g. ideo homo non blasphemus est pius, quia accuratiore Dei sermone divinarum cognitione imbutus est; ergo non ideo quis impius, quia ea cognitione destituitur; 2) quod homo ad suam utilitatem respiciat, ideoque & atheos jus naturæ observaturus sit, quia id sibi utile fore advertat. Sed resp. 2) homo quidem vivit secundum passionibus voluntatis; at ne semper male; deinde passionibus voluntatis non excitantur ad bonum, nisi huiusmodi ideam intellectu comprehenderit; 3) negatur, hominem temper agere, quæ vilia sunt; aliud videmus in voluptuosis. Nos distinguimus atheos practicos, & theoreticos; illi semper improbi, quia vel ideo notitiam Dei in se distinguunt, ut tanto minus a peccatis abhorreant; hi, si rationem sequuntur, abstinere a sceleribus, sed quædam sua interesse putant; alias enim.

etiam nihil est, quod eos a peccato coercere possit; non metus numinis, cuius quippe existentiam negant; non poenae & praemia, quae negantur. Cic. de divinis lib. 2. atque haud satis, an pietate adversus Deos sublati, sicut etiam, et humanae generis & una excellentissima pars, i. superior tollatur. Conf. BANSTRAC. ad PUFENDORF. II, 4. 2.

§. XI.

involentem habere Deum; supplicium nimirum, 1) Deum hominem creasse; 2) Deum non cura sua creaturas destituere, sed providentia sua omnia complecti; 3) qui creaverit hominem, & omnia provideat, eum inde eae ejus conservationem; 4) qui hominis conservationem intendat, eum & mediae conservationis velle; 5) aique suam probatum esse, hominem conservari non posse sine 1) sui naturae, 2) sui legum naturae deo. Sed non opus est hoc ambigere, poenae nos poenae non demonstramus ita:

qui auctor est juris naturae, se debet potentia possidere, talia principia cordi inscribendi; atque tali potentia possidere Deum.

Deus est auctor juris naturae. Major astra est ex definitione juris naturae; minor vero ita probatur: qui cordi quid inscribit, debet auctor fuisse mentis humanae, auctor mentis humanae solus est Deus; ergo Deus solus auctor juris naturae esse debet inscribere potest.

§. XII.

§. XII.

Sequitur tertia pars capituli de modo promulgandi jus naturae. Ad id facile respondetur: 1) jus naturae est jus universale tantius humani generis, ergo talis debet esse modus promulgandi, ut omnibus hominibus innotescat; 2) jus naturae est immutabile, ergo modus promulgandi debet esse talis, qui sit immutabilis, & apud omnes homines semper idem: atque nullum est principium commune toti generi humano, & semper idem, quam ratio; itaque jus naturae promulgatum esse debet per rationem. Et hoc ipsum sibi vult phrasit: jus naturae inscriptum est cordibus, quae non modo utitur Apostolus Rom. II, 14, 15, sed & Cic. pro 1) Non. cap. 4. Queritur tantum, actu nobis insit, an vero potentia est Resp. potentia; nam quid iustum sit, ratiocinando demum adsequimur, illud jam actu inest cordibus hominum. Demonstratur id etiam 1) exemplo infantum, qui nesciunt, quid iustum iniustumve sit, sed, 2) experientia, hominem abstrahere posse, si non diligenter ratiocinetur, e. g. barbates, inter ceteros educatos. Demonstrant hoc ex inscripto LOCKIUS, de intellectu humano I, 2. & 3. BUDDIUS Instit. theol. moral. pag. 544. CUMBERLAND. de legib. naturae. prolegom. §. 1.

§. XIII.

Ultima pars capituli agit de objecto juris naturae, vel quosuplicia sint officia. Consideranda sunt exia, quae nos circumstant; supra nos est Deus, proximi sumus nos ipsi, & aequalis nobis proxima.

Hinc

Hinc & nemo nouam dubitavit, officia alia debent Deo, alia nobis ipsis, alia proximo. Argue ita etiam auctore distribute libellum; agit enim 1) *de officiis erga Deum*, cap. 4. 2) *de officiis erga nos ipsos*, cap. 5. 3) *de officiis erga proximum*, cap. 6. seqq. Sed præter hæc tria objecta & alia nobis obseruantur in hoc mundi theatro: 1) angelis; 2) brutis, & creaturæ inanimatæ. Quæ, an non his quoque certis officia debeantur? Resp. a) agimus de iure nature, quod per rationem innoscit, angelorum autem existentia nobis per rectam rationem innoscit. Hæbetunt quidem Chaldaei, Pythagorei, & Platonici, quamvis gentes, notionem angelorum, archangelorum, demonum, &c. vll. oracula **Zolca.** 1781: sed id est per traditiones acceperunt ab Hebræis. Itaque officia erga angelos cessant iure nature. B) Bruta & creaturæ inanimatæ ratione destituuntur, adque nobis nulli officia præstare possunt, ergo nec ipsis illi debentur. Bruta nobis reque superiora sunt, neque æqualia, sed inferiora, hæc autem maiora nobis debent, quam nos ipsi, nec illa tamen præstare possunt. **Deus** in summa legis positivæ amicit bruta. Sed obijciunt, 1) brutis etiam fieri posse injuriam, e. g. torquendo sine ratione; hinc **Proverb. XII. 10.** *habet rationem iustus et iumentum sui.* 2) **Rom. VIII, 21.** *dicit, animam terram naturamque conuenisere ac standere!* Resp. posterior locus dubiæ est interpretationis; quocumque vero modo intelligatur, genericus iste improprie talis; itaque

Itaque inde officia erga bruta non inferuntur. Præter negamus, injuriam fieri brutis & creaturis inanimatis; qui enim nullum jus habent, certè officia a nobis exigendi, illis nulla sit injuria. At non tamen recte agunt, qui bruta excruciantur sine ratione, lateor, sed tunc injuriam non faciunt brutis & creaturis inanimatis, verum Deo, eorum conditori. Res declaretur exemplo ejus, qui artificis officinam invadens, ejus horologia destruit; is sane horologiis non facit injuriam, sed artificem. Hinc nos supra, ubi principium juris nature investigavimus, meditatione invenimus regulam specialem: *non abutendum est creaturis* cujus conclusiones suo loco videbimus.

CAPUT IV.

De Officiis erga Deum, seu de
Rationibus naturalibus.

§. I.

Am de primo objecto juris nature, **puer** **Deo.** Cùm per Deum nihil aliud intelligere possimus, quam ens perfectissimum; de eo supra invenimus regulam specialem: **Deus** tanquam ens perfectissimus submissa invocatione colendus, atque per omnia servandus est. Cultus ille & obsequium, quod Deo debetur, dicitur religio; ergo de hac agendum, & quidem quatenus ex recta ratione potest cognosci. Hæc officia non possunt

Hæc & nemo nouam dubitavit, officia alia debent Deo, alia nobis ipsis, alia proximo. Atque ita etiam auctore distribute libellum; agit enim 1) *de officiis erga Deum*, cap. 4. 2) *de officiis erga nos ipsos*, cap. 5. 3) *de officiis erga proximum*, cap. 6. seqq. Sed præter hæc tria objecta & alia nobis obseruantur in hoc mundi theatro: 1) angelis; 2) brutis; & creature inanimatae. Quæ, an non his quoque *ceteris* officia debeantur? Resp. a) agimus de iure nature, quod per rationem innoscit, angelorum autem existentia nobis per rectam rationem innoscit. Hæserunt quidem Chaldaei, Pythagorei, & Platonici, quamvis gentes, notionem angelorum, archangelorum, demonum, &c. vult. **2016a.** 1711: sed id eî per traditiones acceperunt ab Hebræis. Itaque officia erga angelos cessant iure nature. B) Bruta & creature inanimatae ratione destituuntur, adque nobis nulli officia prestare possunt, ergo nec ipsis illi debentur. Bruta nobis reque superiora sunt, neque equalia, sed inferiora, hæc autem maiora nobis debent, quam nos ipsi, nec illa tamen prestare possunt. **Deus** in summa legis positivæ amicitie brutis. Sed obijciunt, 1) brutis etiam fieri posse injuriam, e. g. torquendo sine ratione; hinc **Proverb. XII. 10.** *habet rationem iustus et iumentis suis.* 2) **Rom. VIII. 21.** *dicit, animam terram naturamque congemiscere ac sustulere!* Resp. posterior locus dubius est interpretationis; quocumque vero modo intelligatur, gemiscus iste improprie talis; itaque

Itaque inde officia erga bruta non inferuntur. Præter negamus, injuriam fieri brutis & creaturis inanimatis; qui enim nullum jus habent cetera officia a nobis exigendi, illis nulla fit injuria. At non tamen recte agunt, qui bruta excruciantur sine ratione, sateor, sed tunc injuriam non faciunt brutis & creaturis inanimatis, verum Deo, eorum conditori. Res declaratur exemplo ejus, qui artificum officinam invadens, ejus horologia destruit; is sane horologiis non facit injuriam, sed artificem. Hæc nos supra, ubi principium juris nature investigavimus, meditatione invenimus regulam specialem: *non abutendum est creaturis* cujus conclusiones suo loco videbimus.

CAPUT IV.

De Officiis erga Deum, seu de Religione naturali.

§. I.

Am de primo objecto juris nature, **præter Deo**. Cùm per **Deum** nihil aliud intelligere possimus, quam ens perfectissimum; de eo supra invenimus regulam specialem: **Deus** tanquam ens perfectissimus submissa consideratione colendus, atque per omnia præcedendum est. Cultus ille & obsequium, quod Deo debetur, dicitur religio; ergo de hac agendum, & quidem quatenus ex **recta ratione** potest cognosci. Hæc officia non possunt

38 *lib. 1. Cap. IV. De Officiis erga Deum.*
sunt deduci ex principio socialitatis; cum
autem Deo debemus & extra societatem;
nec ex solis principiis Thomasi, quia he
Deum colimus propter nos, non propter
se. Sed ex nostro sicut aperte: *Deus tan-*
quam ens perfectissimum submissa univ
ersitati rationis, velle de eo sentire debemus, si ei
obsequium prestare velimus, & alienas nostras
ad ejus præstantiam assumpere debemus.

Eam auctor duobus partibus consistere ait:
1) in eo, ut de Deo recte sentiamus; 2) ut
actiones nostras ad ejus voluntatem compo-
namus. Prius vocatur *religio* strictè; posse-
rius *pietas*. Prius consistit in intellectu: pos-
terius in voluntate: prius est theoreticum,
posterius practicum. *Enic. xv. Enic. cap.*
38. religio est erga Deum immortalem præ-
stantiam illud esse secta, velle de eo habere opti-
miores, & parandum ei esse utra. Sunt, qui
prius putant supervacuum, & sufficere exi-
stimant, si quis pie vivat, & Dei præce-
pta pareat; sed hunc indifferentissimum fal-
sium esse demonstrabimus duplici argumen-
to. 1) Si in me existit obsequium erga
Deum, deheo ens illud revereri, id est,
mereri, amare; atqui revereri, mereri,
amare nihil possum, nisi ejus perfectio-
nem & præstantiam perspectam habeo; ergo
deheo Deo perfectiorem & præstantiam
perfectam habere, lenotum hominem re-
vereri non possum: si quis vero mihi ejus
perfectiones & præstantiam ostendit, sta-
tum in me mereri reverentia; 2) A fine,
Deus nobis dedit intellectum, ut cognosca-
mus ejus perfectiones; hoc sane non fecit

fru-

ita de Religione naturali. 39

frustra. Itaque ostendit auctor: 1) quid
de Deo sentiendum §. 2. 3. 2) quomodo
ille colendus, §. 6. ad finem. In qua pos-
teriori parte omnia ex principiis nostris
demonstrabimus.

§. II.

I. Prima propositio theoretica est:

Deum existere.

frustra enim a nobis exigeretur pietas,
nisi certi essemus de existentia Dei. Jam
multæ demonstrationes hujus theses ne-
cessariæ, sed quædam nimis subiles sunt,
aliæ non satisfaciunt atheis; hinc ita pro-
ceditur:

A) Omne ens vel necessarium est, vel
contingens.

Necessarium est, quæ a se ipso est; &
hæc non potest non esse.

Contingens, quod causam existentia
extra se habet, adeoque potest esse
& non esse; tertium non datur.

B) Cum necessarium sit a se ipso, & non
possit non esse: consequens est, ut sit

1) æternum, & nec principium, nec
finem habet,

2) immutabile; si enim mutaretur, non
esset necessarium,

3) simplex, quia mutabilia sunt composita,
4) incorporeum.

C) Cumque ens contingens possit esse
& non esse: sequitur,

2) ut principium & finem habeat,

b) ut variis mutationibus sit obnoxium,

c) compositum, ac proinde dissolubile, &
d) incorporeum.

D) Jam

D) Jam non modo nos, sed totus mundus est contingens; videmus enim varias ejus mutationes; videmus esse ens compositum; videmus denique, nihil æternum; ergo nos & mundus non sumus a nobis ipsis, sed ab alia causa extra nos.

E) Cum progressus causarum in infinitum sit impossibilis, subsistere debemus in causa prima, quæ sit ens necessarium a se subsistens, æternum, immutabile, simplex.

F) Atqui ens a se subsistens, æternum, immutabile, simplex, incorporeum vocamus Deum; Deus ergo existit. Itaque stultum est dogma Spinozæ, mundum confundens cum Deo; sic enim mundus esset ens necessarium; ergo incorporeum: simplex, immutabile, quæ omnia experientia repugnant. Stultum quoque dogma Epicuro-rum, qui mundum sine causa ab æterno existere statuerunt; res enim nihil in mundo corporeum, nihil mutabile esset, quod absurdum. Stultum est, statueri progressum causarum in infinitum, quia hic rationi repugnat; ubi enim omnes cause ponuntur, necessarii etiam ponitur prima. Stultum denique est obijcere progressum numerorum in infinitum: nam hic est imaginarius quantitatum; nos vero loquimur de progressu causarum. Ex eo colligitur auctor, atheos esse detestandos, & gravissimis peccis erudicendos. Prius concedo, detestandus est atheismus, 1) quia est doctrina pessilensissima, quæ omnem tollit fidem & justitiam; 2) quia est indemonstrabilis, quippe

propositio negativa; 3) quia mentem turbat. PANTARÆMUS librum scripsit, quod non suaviter vivi posset secundum Epicurum. Sed non ideo concedendum postulat: nam 1) athens potest aliquis esse virtus ob varias tentationes; hic commiseratione potius dignus, & hinc juvandus potius; 2) atheismus est defectus intellectus, ac hinc ignorantia vel error, non delictum; distinguendum ergo inter atheum, qui civiliter quiete vivit, & qui turbat rem publicam, alios corrumpendo, secundum atheismum suum vivendo, fidem & justitiam violando; hic quidem puniendus, Conf. PETA. FRON. ARIZ. *Apologia pro Jul. Cesar. Vanio. ROBERTUS, ac cir. 14, 19. C. 13, r. s.* sultre admodum statuebat, atheum comparandum cum eo, qui quadraturam circuli reperire nequeat.

§. III.

Secunda propositio theoretica hæc est:
Deum esse mundi creatorem.

Demonstratio. Mundus est ens contingens, quia corporeus, mutabilis, compositus, seu demonstratum §. 2. omne contingens existentia sua causam habet extra se, ergo & mundus. Causa illa non potest alio esse, quam ens perfectissimum, nempe Deus; ergo Deus est causa hujus universi. Obijciunt, 1) naturam mundi fecisse; 2) p. i. hæc intelligitur vel aliquid extra mundum, vel ipsius mundi ordinem ac dispositionem. Si posterius: mundus esset causa mundi, quod absurdum; sin prius, natura est Deus; 2) sicut esse mundi causam; ARISTOTELIS: *sol.*

Quæ sunt causæ mundi. Resp. triundus est totum, sedera sunt pars; absurdum, partem esse causam totius; 3) immam mundi esse causam mundi: sed per eam quaque intelligunt vel aliquid extra mundum, tunc erit Deus; vel mundi partem, tunc pars conditotum, quod absurdum; 4) mundum esse æternum. Resp. quidquid est æternum, illud est immutabile; mundus est mutabilis; ergo non æternus. Docet hoc ipsum quæque mundi natura, orbium historiz. Elegans argumentum LATINI a vortibus delictum. Ceterum & hæc thesis est magni momenti, scilicet maxime necessaria, inde enim sequitur dependentia nostra a Deo, quæ esse fundamentum omnis obligationis, jam supra vidimus cap. 2. §. 1.

§. IV.

Terza propositio theoretica est:

Dei providentiam ad omnia sese extendere.

Per providentiam intelligimus actum Dei, quo omnia creata conservat, & dicitur. Hanc ita demonstramus:

1) quidquid durationis sui causam in se non habet, id non a se, sed ab alio conservatur; creatura durationis sui causam non habet in se, sed a deo sui; nam concludere non possum: tunc modo, ergo & sequenti momento erit; ergo conservatur ab alio. A quem vero? Qui nos conservat, is existentiam futuram dicit; ergo conservatio est continuata creatio: qui nos creavit, & conservat; Deus creavit nos (per §. 3.) ergo & nos conservat. Sic demonstratur conservatio nostra. Elegans observatio EU. WALLEN. nos

singul-

singulis momentis de novo creatur ipsa namque nostra materia per transpirationem mutatur.

2) Directio omnium ita probatur: omnia, que sunt, habent suas causas, causasque earum causarum is est nexus, ut uno deficiente vel non fieret; & nexus iste causarum requirit ens omniscium, omnipotens, sapientissimum; ergo est a deo; directio ergo omnium rerum est a Deo. Ceterum magni momenti est hæc propositio; quisquis enim Dei providentiam negat, veluti Epicurus, vel eandem in fatum mutat, ut Stoici, is non minus tollit omnem moralitatem, ac si Deum plane negaret. Quando enim timere, amare, consistere possem, ens, quod nullam mei curam gerit? ex Instituto hujus doctrinæ necessitatem demonstrat ANNIUS, Diff. Epist. 3, 13.

§. V.

Quarta propositio theoretica est:

nil in Deum cadere imperfectissimum.

est enim ens perfectissimum, adeoque non esset Deus, si quidquam imperfectioris in- esset; cui enim non competit defectio, ei nec competit definitum.

Est ergo Deus

1) infinitus; cui enim addi detrahique potest, ille est ens imperfectum; si ergo finitus esset Deus, ei aliquid addi detrahique posset; esset ergo tunc ens imperfectum, adeoque non esset Deus;

2) incomprehensibilis; nullum enim finitum comprehendit finitum; intellectus noster est finitus, (alias esset ens omniscium); ergo non comprehendit infinitum; ergo Deus nobis est incomprehensibilis;

3) æter-

7) *eternus*; est enim causa prima omnium rerum; si vero principium habuisset, non esset causa prima, sed ipse aliam causam haberet; est ergo *eternus*, adeoque & a se ipso, nec non

8) *simplex*; si enim esset compositum, haberet partes, adeoque esset dissolubile in partes, ergo non *eternum*; at *eternum* esse ante probavimus;

9) *omnipotens*; qui enim fines non habet substantiæ suæ, ille ubique est; Deus non habet fines substantiæ suæ, (est enim ens infinitum, ut paullo ante demonstravimus); itaque ubique est, & sic *omnipotens*;

10) *omniscius*; qui enim est omniprensens, is omnia incipit ac videt; Deus est omniprensens, (ut paullo ante vidimus); ergo est *omniscius*;

11) *omnipotens*; qui enim omnia produxit, quæ possibilia sunt, is potest omnia producere; Deus omnia produxit (§. 3); ergo & potest omnia producere. Facultatem omnia producendi vocamus *omnipotentiam*; ergo Deus est *omnipotens*;

12) *justissimus, et omnissimus, sapientissimus*; hæc simileque adfectiones sunt perfectiones; nulla vero perfectio deesse potest ensi perfectissimo;

13) *unus*; quia est infinitus; dua vero infinita concipi non possunt.

Hæc omnia fluunt ex naturali lumine, recteque ratione, ac proinde non auctum, pleraque & gentiles agnovisse, imprimis Pythagoreos & Platonicos.

Jam progredimur ad alteram partem de cultu Dei, vel pietate, quæ constat propositionibus practicis.

Deum esse colendum, patet ex principiis nostris; quod est bonum, id est adperendum, adeoque amandum; ergo Deus est amandus; quod bonum nobis est perfectius, id amandum amore reverentiæ & obedientiæ; ergo Deus amandus amore reverentiæ & obedientiæ. Amorem reverentiæ & obedientiæ vocamus cultum; ergo Deus est colendus. *Cultus* ergo est complexus omnium officiorum, quæ ex amore reverentiæ & obedientiæ erga Deum proficiuntur; estque vel *internus*, qui in mente est, vel *externus*, qui adibus externis se exhibet, e. g. amare Deum, timere, ei confidere, sunt actus cultus interni; orare, eum laudare, præceptis ejus parere, cultus externus; de interno agitur §. 6. de externo §. 7. In quo vero consistat cultus internus, facile potest ostendi ex consideratione attributorum paullo ante demonstratorum: 1) vidimus Deum esse bonum, ergo amandus, & quidem in gradu eminentissimo; scriptura ait: *curo corde*; 2) vidimus esse perfectissimum, ergo honorandus; 3) vidimus esse justissimum, simulque omnipotentem, ergo est timendus; 4) vidimus esse omniscium, clementem, potentem, ergo in eo sperandum & fiducia collocanda; 5) vidimus esse unum, ergo abstinendum a cultu plurium deorum, & idolatriæ; 6) vidimus esse clementem & sapientem, ergo adquirendum in ejus volun-

ut *sanctius & castius esse Deum, quam ea, qua iusserit, facienda.* *MARCI ANTONII, ad sapientiam, 2, 7. quamvis servus, colis Deum; d) vidimus, in Deo excellentiam fiduciamque erga calamitates patienter & sine inburrumatione ferendam, ergo precibus & supplicationibus insistendum; e) vidimus, esse unum; ergo cavenda omnis idololatria, atque plurium deorum cultus; f) vidimus, esse ad quietem in eius voluntate; ergo cultum non ad nostram, sed Dei voluntatem componere debemus; g) vidimus, cavendam esse hypocrisim; ergo cavendus est cultus externus sine pietate.*

§. VIII.

Sub finem querit auctor, quem usum hæc naturalis religio habeat? idque ostendit, tum *negatice*, §. 6. tum *positice* §. 9. *Negatice*: demonstrat enim religionem hæc naturalem non sufficere ad salutem æternam consequendam; quod observandum contra *CURRANIAM*, alinque, qui naturalis vocantur, de quibus *TASSIUS* vius singulari febedisismo agit. Argumenta sunt: 1) religio naturalis nobis non offert medium propitiandi Deum; ratio enim satis nos convincit, nec sacrificia, nec preces, nec ieiunia ad id sufficere, ut iustitiæ Dei infirmis satisfaciat; 2) ea quidem præcipit, quid agendum sit, sed non suppeditat vires ad agendum necessarias; perinde est, ac si ægroti diceret, ambulandum esse, cum appetitu eorum experientiam, modice laborandum; 3) ipsam salutem æternam non potest promittere, an Deus velit probos

æter-

æternam beatos reddere, ignoramus sine promissione Dei; ratio enim nos non convincit, Deum pro brevis temporis asequio nobis dare velle felicitatem sempiternam; sine sequitur, 2) necessarium esse aliquam revelationem, quod omnes religiones agnoviverunt. Hæbuerunt enim ethnici *suæ oracula*; *Judæi* suum *Talmudem*; *Mahomedani* suum *Alcoranum*; *Christiani* suam *Bibliam*; 2) tam diligenter indagandam esse, & ex caracteribus suis judicandam; 3) characteres ejus non alius esse, quam ut suppleant, quod rationi deest, modo Deo digno, adeoque ostendat medium propitiandum Deum placandi, vires ad sacrificiorum necessarias, & certitudinem salutis æternam. Hinc apud *PRATOEM* in *Simulacrom. 11. pag. 604. SOCIETATI: utriusque bonum fieri debet ad hanc societatem; aut enim distare debent utriusque, quæ admittunt ita se habeant, aut, si hoc fieri sequuntur, epimam ac utilissimum humanam rationem eligere.* Et hæc posterior via omnino eligenda, nisi liceat forte istas procellas hinc inde quadam vehiculo verbo quadam diviso unius ac minoris cum periculo transare.

§. IX.

Positive hujus naturalis religionis utilitatem ostendere conatur auctor, atque vinculum esse societatis humanæ; aliis enim non potuisset religionem ex principio sociætitatis derivare, id quidem verum; quia cessaret fides, reverentia subditorum erga principes & summas potestates, in potentiores, si cessaret religio; ut jam

E 2 non

non dicam jusjurandum, cuius religione
 impertita societas humana continetur, va-
 num & sine effectu futurum, nisi esset re-
 ligio. Sed 1) nec solus est hujus religio-
 nis hic naturalis usus, & 2) ille religio-
 nis revelatae cum naturali, verum cum salis
 communis est; sicut Graeci, Romani, &
 pleraque gentes, quamvis a recta ratione
 quam maxime discederent, tamen religio-
 ne sua contemperunt societates civiles. Ita-
 que potior usus consistit 1) in conserva-
 tione revelatae religionis: Deus non po-
 test revelare, quod recte rationi repug-
 nat; est enim utriusque luminis auctor;
 ergo religionis certitudo accedit revelatio-
 ni, si eam nihil adversum rationem conti-
 neat, ostendere possumus. Commendari me-
 ritur PETR. DAN. HUBERTI *Christian. Aethi.*
 2) In convictioe hominum in probum;
 hi abhorrent ab omni religione, sed eam
 Deus iam inscripsit cordi, ut sine inexcusa-
 bilibus esse demonstret Romanos, quod con-
 senerint, Deum existere, sed eum non
 luerint, ut Deum, sed ejus majestatem
 amittunt in idola, & speciem homi-
 num, animalium, quadrupedum &c. item
 quod ejus praeceptis non paruerint, sed
 se pellunt in notandis peccatis.

CAPUT V.

De Officiis hominis erga se ipsum.

§. I.

Haec officia PERSONAE SUAE denique ex
 principiis socialitatis deducuntur; ponit
 enim, nos non nosmetipsos, sed & alio-
 rum hominum causas esse creatos, adeoque
 societati humanae servire & prodesse debe-
 re; si autem servare & prodesse nos non
 posse, nisi nos ipsos conservemus; ergo
 nos jure naturae teneri ad conservationem
 nostri. Sed nos contra argumentamur:
 quaecumque officia & ante societatem, &
 extra eandem, nobis incumbunt, illa non
 deducenda ex socialitate officia erga nos
 ipsos, &c. Nos ex principio nostro faci-
 lius haec officia derivamus: scilicet Dei in
 creando hominem fuit, ut verum bonum ap-
 peteret, malum averteretur; obligatus ergo
 hic est ad adaptionem boni, adeoque
 ad amorem amor erga nos ipsos vel phi-
 larum non potest in alia consistere, quia
 in perfectione & conservatione nostri; obli-
 gati ergo sumus ad nos perficiendos & con-
 servandos: comque amorem nostri oportet
 esse ordinatum, ac proinde nos non
 magis debemus amare, quam Deum, ergo
 praestantius & perfectius; hinc addidimus
 restrictionem, homo tenetur ad se perfici-
 endum conservandaque, quatenus id
 ne violenter divini majestati fieri praeter-
 Vid. cap. 3. §. 9. Ex eo sequitur: a) ut homo

se perficiat, quod cum fiat per culturam
sui, de ea, §. 1. 3. A) ut homo se conservet
§. 4. 7) ut se defendat adversus omnem vim
injuriam §. 4. 11. §) denique ut in casu
necessitatis vel sui conservationem, ut
Dei voluntatem violat §. 18. ad finem.

2) Homo tenetur ad sui culturam; id
probatum 1) ex infra Qu naturali; volun-
tate felices & perfectiores nasci; ergo tenen-
tur ad culturam; 2) ex facultatum instru-
tum natura; Deus dedit nobis facultates
præstantissimas, corpus ad varia aptum,
intellectum perspicacem, voluntatem ad
honum flexibilem; sed ea omnia parum uti-
lia; obsolesceremus enim sine cultura; er-
go eas facultates excolere, & ad majorem
perfectiorem perducere tenemur; 3) ex
brevitatis vias; ars longa, vita brevis, quia
si ad 80. annos prævenierimus, primam de-
trahendum decennium pueritiae, & postea
remanet senectutis, quia tunc usu
rationis parte destitui-mur; sic remanebunt
anni 60. hos pro parte dimidia vigi-
lando, pro parte dimidia dormiendo exi-
vimus, sic remanebant 30. Jam si ab his
anni deducimus tempus, quo nihil egimus,
quo edimus, bibimus, nugas egimus,
quo impediti sumus amicorum com-
muniis & solationibus, vix decem anni
supererunt. Properandum itaque erit,
ut nos perduciamus. Similis, præfatus
praetor Hædriani, abdicato magistratu
suo secessit, ibique meditationibus vacavit
per quinquennium, moriens sibi posu-
it monumentum:

Hic

HIC ERITUS EST SIMILITUD,
QUO QUI QUOTUS ANNO VIXIT,
TESTE LUCIO CASSIO. Eleganter EURIPI. in
Sup.

Hu milii, quare non licet hoc hominibus
Sic fieri iuvenes, & omnes senes
Nam in talibus quidem, si quid non recte
se habet

Id postea vultu senectutis emendamus,
Vitam vero nobiliter. Si autem essamus iuvenes
Sic, & senes si quid peccatum, id nos

Duplici via componi fasli corrigentur.
Bonu. Diss. de cultura ingenii, quæ exstat in
eius Selectis. Jur. nat. & gentium. p. 293. seq.

II.

Quotuplex vero illa cultura? Id ex con-
sideratione facultatum nostrarum patebit;
invenio earum 1) omnes homines aliqua-
tenus sibi æquales deprehendimus, omnes
enim habemus corpus, omnes 2) ani-
mum, intellectum & voluntate instructum;
sed ratione gradus tamen pernoctam de-
prehendimus differentiam; alius enim car-
nere robustiore, alius infirmiore utitur;
alii est intellectus perspicacior, alii ob-
fusior; alii voluntas ad vitia proclivior,
quam alteri. Itaque est duplex sui cultura:
1) ad aliam enim omnes obligati sunt
hominines, quam vocabimus *generalem*, e. g.
ut homo cognoscat Deum, memem, im-
mortalitatem; 2) ad aliam quisque pro mo-
dulo virium corporis & animi tenetur,
hanc vocabimus *specialem*, e. g. ut quis
studii operam navet, opticum addicat,
ad id non omnes perque obligati.

E 4. Cul-

Cultura generalis de specialis partim ad mentem, partim ad corpus pertinet: de illa hac §. 2. de hac §. 3. agitur, & consistit in perfectionis intellectus; inde veterum exercitatio per aenigmata: corrigendi sunt pueri, quoties male ratiocinantur; §) in principis necessarii sunt insigendae, veluti de cognitione Dei, de immortalitate mentis, de virtute & vitis, officiis &c. sine his enim homo non potest non obstruere; §) in emendatione voluntatis; ista ergo opus est puerorum educatione, ut ad ignaviam & voluptatem, ali-que vitis adstruatur, adeo a tenetis adiuicere multum est. Elegans demonstratio LUCRGT per duos canes ejuldem originis diversimode educatos. Quibus educatio desuit, eos crescenti jura intellectu se ipsos emendare docet §) in decore; homines libertatem in eo quaerunt, ut sine rusticit indolis; sed is per omnem vitam infelices, quia nemini placent, decorum nobis aliorum nominum conciliat anorem, quis nec sapientia sine decori observatione cuiquam prodest; exempla sunt Cynici; §) summa omnibus honesta non studere, qua se sustentant; aut enim mendicandum, aut furandum, aut ex honesto labore vivendum; primum & secundum est injussum, ergo elidendum est postremum; honestum autem dico vite genus eligendum esse, nam aliquoties a turbo parum distet; hinc officio juris naturae non satisfaciant praestigiatores, ludiones, scenici, astrologi.

Specialis nititur regula, a) quisque in

tantum tenetur, ut ad perfectionem adspirat, in quantum ipse iudicat potest; §) ergo inducenda indoles & vires animi & corporis, quod dum facimus, divina vocemur patremus. (Quid divina vocatio? Eleganter PERK. SM. III. 71. 72. 73.)

quomodo Deus esse

Jussit, & humana quae parva loca ut in te. Discit.

Vid. JANI AVARYI Sententia ingeniorum, TUTOEN. de cogitatione sui, BEXLEII de nervorum. Sed hoc plerique hominum negligunt, & hinc tot homines, quibus intellexerit omnia, electa semel vitae genere, procedunt.

§. III.

Corpus destinatum est actionibus naturis, eoque quoque duorum sunt generum: 1) generalis, ad quos omnes homines adstruunt, e. g. cundum, studendum, laborandum, 2) specialis, ad quas tantum quidam obligantur, e. g. concionandum, pugnam. Genera in ista ratione culturae corporis sunt, a) ne debiliemus corpus voluptatibus, otio, vigiliis, labore, §) ut agile reddamus illud; tunc non plane sciendum exercitia corporis, saltare, pugilandi artem addicere, equitare; specialia, ut in eum habitum componere studentium corpus, quo opus est ad professionem suam adjuvandum, e. g. miles aethiops & frigus ferre dicit: docens, ut lingua obtemperantem habet, vocemque ad amantem componat, ut g. flus d. formosus vitet optet, ut corpus totum ab exercitacione & calu durare reddat.

E 5 §. IV.

Alterum officium erga nos ipsos est *an-*
ima conservatio; conservatio quidem de-
 pendet a Deo, ut supra demonstratum,
 sed usus mediorum nobis incumbit; ira-
 que omnia media, quibus vita conserva-
 tur, adhibenda; ergo 1) corpori nostro
 debemus nutritionem; 2) abstinendum est
 a luxu, quo nos ante tempus destruisimus;
 3) abstinendum a rebus inlucubris;
 4) quiete & labore moderate utendum;
 5) cavendi affectus vehementiores, qui
 nos quam facillime destrouunt. 6) Cum
 vero sui conservationi quam maxime re-
 pugnet propitium, quaesitio est, a) cur
 veteres etiam philosophi laude dignum pu-
 tarint haec facturus, exemplo Atrix apud
 PLIN. *Epist. III, 16. 1*) Existimabant, cor-
 pus non esse partem essentialem hominis,
 sed ergastulum, 2) quia id credebant ori-
 ginem omnis mali, 3) quia non erat saepe
 in potestate, perturbaciones fugere,
 tunc putabant potestatem patere. VALER. MA-
 XIMUS, *III, 9*. Praeter philosophos & Hebraei
 permittebant haec propitium, sed eo tantum
 casu, si vita vergeret in Dei ignomi-
 niam, exemplo Samsonis. GRAT. *de jur. bell.*
cap. 16, 19. 7. Ex recentioribus exstat *Aca-*
nymi biobanator, quo libro autochiria defen-
 ditur, quod sit etiam in *TRAM. MORI. Utopia*,
lib. II. Hodie non ira philosophantur, qui vio-
 lentas sibi manus inferunt, sed ex mera despe-
 ratione id faciunt, tantoque deteriores omni-
 no sunt, vel stupidiiores potius. 6) Quae ad id
 iure naturae permittuntur negantur, et tenentur

homo

homo ex sine Dei ad conservationem sui,
 non ergo ad destructionem, Deus non po-
 test velle contraria; A) non potest ejus-
 modi facinus committi sine diffinita in
 Deum; et superiore capite demonstravi-
 mus, sperandum in Deo, in ejusque vo-
 luntate adjuvandum esse, quod contra
 Hebraeorum doctrinam observandum; 7)
 amare tenemur proximum, uti nos ipsos;
 ergo nos ut proximum; atqui proximum
 occidere non licet; ergo nec nos ipsos;
 d) abstinendum est pro remedio quaerere id,
 quod fugimus, & perire, ne pereamus;
 inde MARTIUS *Epigr. II, 80*.

Hic in dum sapit se facinus esse peremptum
Nonne hoc summittit, non mirare, miris

Obijciunt; a) valent non in injuria?
 Resp. supra vidimus, hanc regulam asse-
 re, si quis a) in te licet non verteret,
 nec b) facultatem volendi habeat. 2) Ob-
 jiciunt exemplum Samsonis, qui virtute
 diviti summatu manus suis intul. ita & ip.
 Samsonis exemplum est typicum, adhaec
 ad exemplum non trahendum. Non Deus
 ipsi concessit virtutem id se occidendum,
 sed ad hostes Dei proterendum; quod
 simpliciter perit, non magis propitium
 est, quam si quis in acie percat. 3) Consi-
 cimus, socialitati id non repugnare. 4) quis
 e. g. ad horrendum damnatum supplicium
 mo te voluntaria illud anteverat, socialita-
 tem enim et jam renunciatam esse a reli-
 quis? Resp. inde hoc tantum patet, princi-
 pium iuris naturae non esse socialitatem,
 non autem sicutam esse autochiriam.

E 6 §. V.

Sequitur officium tertium erga se ipsum, sui defensus, de quo queritur.

- 1) an sit iure natura licita? §. 5, 6.
- 2) an sit conditionibus sit licita? §. 7, 11.
- 3) pro quibus rebus licita sit? §. 14, 17.

1) Negatur alii primam questionem absolute, ob dicta *Matth. V. 39. ego qui tibi dico, non esse resistendum injuria: quia si quis tibi colaphum in dextram malum integret, abverte ei et alteram. Rom. 12. 18. si fieri possit, (quantum ad vos est) amicum cum amicum amare, non te: ipse ultescentes, a tibi charissimi, sed supplicio locum dantes. Ex his enim scripturis: non est ultio, non vindicta.*

Alii distinguunt inter defensionem cum laesione, & sine laesione: hanc concedunt, non illam; Sicutiani & Arimani hanc sententiam defendunt. Lacedaemonii eam non modo permissam, sed & praecipiam putabant, ac proinde puniebant eos, qui vel non propulsarunt injuriam, vel ignaviores ea in re fuerant.

Plutarchus in *Lucanica*, *Lamb. Velut* *Thucydides in Principio 1^o ubi & dicitur, pag. 33.*

Sed 4) licita saltem esse defensione, siue sine laesione, siue cum ea fiat, teste *Matth. 5. 39. 41. Grotius, Proferendibus, Thomasius*, eaque sententia facile demonstratur a) ex principio nostro, quia tenemur ad 2) inter conservationem, tenemur etiam ad illa amolenda, quae nos destruunt; id vero in hac defensione ius, ergo ad eam tenemur, B) amare nos jubemur tanquam proximum; at proximum tenemur defendere;

deret; ergo & nos ipsos; 2) ab absurdo, quod cum contraria sententia conjunctum; si enim me defendere non liceret, obligatio mihi esset mortero injulissimam subeundi; magistratus tunc nobis obique & te non auxilio esse non potest. Hinc sententiae non obstant dicta paulo ante allegata, *Matth. V. 39* enim procul dubio agitur de patientia in persecutione, alias etiam & jactura sustulisset Christus, quod absurdum. *Roman. XII. 19.* Paulus loquitur de vindicta periculo jam propulsato, non de sui defensione. §. VII.

Alteri de hac materia quaestio est, quibus conditionibus haec sui defensus sit licita?

- 1) defestitur casus §. 7.
- 2) subiectum se defendens §. 8. 9.
- 3) subiectum, contra quod se defendere licet §. 10.
- 4) auctoritas iuris se defendendi §. 11. 12.
- 5) modus defensionis §. 13.

Primum casus in illo naturali est, quoties alter nobis vel quocumque facit injuriam, vel intemtat, nam tunc iudice delinquimur: in statu civili vero licet defensionis, quando alterius sentire nos in periculo veltamur extremo, idque aliter evadere non possumus, quam eo modo. Hinc patet. a) periculum debere aliquis momenti esse, nec ferendos se hostilicos, qui ob levem injuriam hanc defensionem violentam concedunt; unde mirum his assentiri *Grotium, de jur. bell. & pac. lib. 2. 10.* Sane 1) repositivum fieri potest opte iudicis, 2) non imminet defen-

destructioni; sed de hoc infra §. 14. sequen.
 4) periculum deberet esse presentissimum, e. g. si quis me aggrediaris armis mortiferis; e) ut ab alicuius scelere periculiscaur; nam si ipse me illi sponte obiecti, nullum jus defendendi esse potest; 4) ut illud aliter, quam alicuius destructione, evitare non possim. Quæritur, an quis obligatus sit ad fugam? in thesi nullum dubium est, quia, si tunc me aliquo recipere possim, ad id obstrictus sum, non enim presentissimum est periculum, quod evitare possim. At ad fugam nemo obligatus est ob anceps periculum, quia tunc non præbet hosti, & se ipsum scelerate defendendi prius. At in hypothesi non omnia tam ad vitam rescandenda, quæ in casu confirmatione non omnia accurate circumspicere licet.

§. VIII. IX.

Quod ad subiectum se defendens attinet, denuo distinguendum inter statum naturalem & civilem. *In statu naturali* est omnis laesus vel iniuria aditus, etiamsi ea sit a levis videatur, modo satisfactio denegatur; nam qui hoc lædit in statu naturali, & frustratione denegat, is hostis in nos animo est; hostis in hostem in statu naturali in infinitum omnia licet; ergo & defendere se in infinitum licet. Aliud *in statu civili*, ubi non quilibet laesus habet jus se a tenere defendendi, sed in periculo constitutus. *In statu naturali* se de se defendere pergit quis etiam extra periculum consequens quicquid alter satisfactionem denegat, quia adhuc durat hosti-

Es animus. Id idem non licet *in statu civili*, quin paulo statim cesset jus sese defendendi, ac cessat periculum, *Quod dicitur de iur. bell. & par. III. q. 1. §. 1. Ratio* discriminis denuo est, quia in statu naturali non est iudex, quem implere possumus, cum in statu civili ejus auxilio uti possim.

§. X.

Tam tenuis questio oritur, cetera quæ me eo modo possum defendere. Potest quis me lædere vel dolere, vel culpa, vel casu. Quod contra primum, e. g. aggressorem, jura defunctio sit, nullum est dubium; ac magis ambigi posse videtur, an idem dicendum sit de posterioribus. In primis distinguant de casibus, a) si quis alium aggressurus per errorem me aggrediaris; b) si furiosus me aggrediaris; c) si miles me hostem putet, & me aggrediaris. Sed omnibus casibus licita est defensio: ego teneor me conservare; ergo & impedire, qui minus quis me destruat; hoc cum sine defensione heri non potest, defendere me teneor. Obijciunt a) aggressorem non in me utitur dolo malo, quia vel errat, vel rationis usu destituitur. Resp. non hic questio est de pœna, sed de defensione; non quaeritur an alter peccet, sed an non ego jus habeam me defendendi. Eleganter *Castr. de iur. bell. & par. III. q. 1. §. 1. ubi infans non nascitur ex dolo a' terciae, sed ex obligata se defendendi; b) obijciunt, durum esse, hominem occidere, qui vel errat, vel furiosus sit? Resp. ac multo durius, accidi se pati ab homine errante & furioso.*

furio; quemadmodum ergo mihi jus est me defendendi contra bruti & belluas, quamvis his dolus impurari non possit; ita & contra errantes, furiosos, & similes.

§. XI. XII.

Duritia juris defendendi est consideranda secundum *terminum*, a quo incipit, & terminum, ad quem pergitur, & quidem iterum secundum *statum naturalem* §. 11. & *civilem* §. 12.

Terminus a quo a) in *statu naturali* est momentum, quo licet quis & denegavit satisfactionem; nam ab eo momento ostendit hostilem animum; ergo mihi ab eo tempore jus est illum ut hostem tractandi. *b)* in *statu civili* contra non lesione, sed ab initio periculi præteritissimi jus defensionis oritur; nam antea iudicis auxilio uti licet.

Terminus ad quem a) in *statu naturali* durat tantum, donec mihi satisfactio data, & de futura securitate cautum est; *b)* in *statu civili*, donec ea periculo isto me expediv; nam tunc de satisfactioe & securitate futura iudicis est statuer.

Quæri hac occasione solet: an sola suspitio in statu naturali sufficiat ad defensionem violentam, seu belluam, e. g. si vicinus arma parat, milites sanciscibat; *Horatius, de civi. V. 4.* hoc addimat ex ea ratione: qui & vult, & potest me aggredi, ejus aggressum præcepere possum: in statu naturali viventes & volunt, & possunt me aggredi, volunt, quia naturali sunt; possunt, quia arma parant; ergo possum ag-

gressorem præcepere. Sed hic semper jus erit bellum inchoandi sine causa; quis enim princeps non armatus? ergo vult & potest me aggredi. Sed distinguendum inter suspicionem justam, & injustam; illa est, quando certa argumentandi ratione concludere possum, illum me petere. e. g. 1) si annis comparat ad futurum bellum necessaria, & neminem tamen habet vicinum, quem petere possit, quam me v. c. si rex Lusitania, non mari sed terra arma pararet; 2) si non modo arma parat, sed etiam hostilem animum declarat. Obijci- tur a) sic non late defensionem, sed offensionem? Resp. negando, quia in statu naturali tempus defensionis non incipit a presenti periculo, sed quamprimum alter hostilem animum declarat; ergo nemo tenetur prius idem expectare; b) ita minus cautus esse, si non nisi ob justam suspicionem velimus ad defensionem procedere? Resp. negando, quamvis prohibet, se quoque præparare ad defensionem. Eadem facilitate deciditur questio, an nimia potentia vicini iusta causa sit defensionis? Ita philosophatur *Horatius l. 2. de Art. Gestulis*, in libro de *injuriis armatarum Romanorum*, sed causa defensionis in statu naturali est lesio: adquisitio potentie non semper me lædit; nam qui jure suo utitur, nemini lædit injuriam. At si quis injuste sese reddit potentiorum, tunc id prælesione habendum, adeoque distinguendum inter potentiam justam, & injustam adquisitam. Priori casu sola hæc ratio non sufficit, quia

Obijciunt, improbari in sacra scriptura duellum Caini & Abelis? Sed resp. e) hi non vivere in statu plane naturali, quia quisque patrifamilias, adeoque & Adam, procul dubio fuit simul princeps familiae suae; f) causa hujus certaminis erat injusta, quia nimis Deus benigne receperat sacrificium Abelis. In statu civili nullo modo defendi possunt, 1) quia non pro defensione suscipiuntur; defensio enim incipit a periculo, quale hic non est; 2) quia vix nunquam iuste utimur, quamdiu in magistratu nobis est praesidium; 3) quia cum maximo magistratus contentio conjuncta duellum; 4) quia medium admodum iuribicam decidendi controversias; nec enim certi esse possunt ii, quibus iusta causa est, se victoria posituros, alioque succubituros. Sed quid si subeant imperatores, vel nec per iudicium cum negent se inter suos ministros ferre posse, qui injuriam hoc modo non vindicent? Resp. tunc quidem homo veluti ad statum naturalem redit, adeoque duellum in se non injustum est. At in causa sua plerumque injulium accedit, Deo placere non posse affectus irae, vindictae, cupiditatis, odi, sine quibus vix duellum intelligi potest.

§. XIV.

Ultima questio est. pro quibus rebus licita sit defensio qualesmodi violenta? Resp. non modo pro vita, sed & pro integritate membrorum; nam a) nemo providere potest, an non & hoc conjunctum cum vitae periculo; h) aliquando membra quaedam pati possunt ambulante cum vita, e. g. oculi; c) aliquando per omnem vitam inse-

infelix est, qui membrum amittit, e. manum, qua sibi victum & amicum parat; a) omnis vulneratio & mutilatio conjuncta est cum dolore tali, a quo natura ipsa abhorret. Val. quidem ATTENTI in *Comp. jur. nat. part. II. cap. 3. §. 15.* distinguit, an periculo vix subitu, nec ne? sed haec distinctio inere speculativa; quis enim hoc praevideat?

§. XV.

An & pro pudicitia? Adfirmat auctor, & exagrat injuriam; negant AUGUSTINUS, THOMAS, BODINUS. Distinguendum inter 1) iudicium morale, quod in animo consistit; haec eripi non potest, adeoque nullo modo defendi; 2) & inter pudicitiam physicam; haec eripi potest; ergo etiam defendi; sed non, ut videtur, violenter; a) quia non libellum vix pericit laesum; b) quia nec infamia sequitur stuprum; c) magistratus satis est. nem potest procurare. Interim si virgo tale admiserit facinus, procul dubio impune feret, quia cum excosabit iustus dolor, stupratoris vis & malicia, metus infamiae, incertitudo satisfactionis. Alia questio, an femina stupri vel declinandi, vel vindicandi causa se ipsam intinere possit? quo nomine. Laudant LUCRETIAM; id vero negandum, 1) quia atrocitatem illicitam praebavimus; 2) quia nullum effectum habere potest hoc facinus.

§. XVI.

An pro rebus quoque nostris licita defensio violenta? Distinguit auctor inter statum

statum naturalem & civilem: 1) in statu naturali licita; qui etiam res meas mihi eripit. animum hostilem declarat; 2) in statu civili non nisi inminente vitæ periculo; talis enim si furem aliter amoliri, vela iudice defendi passum, mihi vim adhibere non licet. Hinc leges divine, Solonis, VII. tabb. furtum nocturnum accidit patiuntur, diurnam vero non, nisi se telo defendat.

§. XVII.

Aliquando is, qui iuste se defendit, injuriam esse habet, aggressor iustam. Hoc fit potissimum in statu naturali inter liberos populos, quovis se, qui laesit, ad satisfactionem offert, laesus vero illam acceptare recusat, e. g. populus bellum iniustissimum infert, & alter victoriis variis positur, belliciosam premit, offert satisfactionem, petit pacem, victor denegat; tunc laesae iustitiae causa transit ad aggressorem, ratio, quia in statu naturali non alia est iusta defensionis causa, quam laesio, & satisfactio denegata; hac cessante, cessat jus defensionis.

§. XVIII.

Progredite ad ultimam capituli partem de favore necessarii, de quo auctor nollet ad finem usque ita agere, ut 1) *summa mentum huius doctrina capere* §. 18. 2) *ex ea casus varios servare* §. 19. *na h*

Quaestio est: si casus incidat, ut me conservare non possim, nisi violens alium, utrum hunc salva religione violare possim, an mihi potius preceudum sit.

Fundamentum auctor ponit admodum

generale, quod nempe *necessitas non habet legem*, idque probat, 1) quia legislatores salutem hominum impendere videantur, adeoque his casibus lege non intelligantur solvisse, quibus eam sine periculo servare non possumus, e. g. Christus ipse ait: *homo non est propter sabbatum creatus, verum sabbatum propter hominem*; ergo si Hannibal sabbatho sit ante portas, procul dubio Deus dispensat, ut sepelitus sabbathi officio me adversus hostem defendam; 2) quia nemo obligatur ad impossibilia, impossibile autem videtur, quod agendum cum malo patitur. At hæc auctoris philosophia est nimis generalis; nam sane si hæc regula vera esset, imprudenter exissent martyres, qui morti, quam sacrificari maluerint imprudenter Iosephus per tulisset captivitatem amoribus uxoris. Hinc alii distinctius procedere solent, & Tertius quidem distinguere inter leges divinas & humanas; de illis habet regulam: *quoniam violatae legis tenet in contumeliam vel abnegationem Dei, toties necessitas non parit exceptionem*; reliquis casibus, ut & in legibus humanis hanc exceptionem admittit. Jam quidam hæc egerie congruunt cum principio nostro, ubi supra præstuximus, tenent nos ad conservationem perfectionisque nostram promovendam, quatenus ea re iustitias divina non laedatur; sed tamen adhuc incertum manet ex regulis Tertii, quando actio vergat in contumeliam & abnegationem Dei? Aut Tertius, a lex sit divina naturalis, eam non hæc contentu Dei violari; si positiva, aliter se tenet habere; sed procul dubio, *nemquam recide,*

Dei

Dei lex est naturalis, & tamen eam in equo necessitate aliquando violari posse adhuc vidimus exemplo moderaminis inculpatæ tutelæ. Itaque rem magis perspicue tradidit THOMASUS, *Jur. ord. div. II. 2. 123. seq.* aut lex est vel divina, vel humana; divina vel præscribit a) officia erga Deum, vel erga proximum; illa denno sunt vel a) affirmativa; hæc semper habent exceptionem necessitatis, quia leges affirmativæ tantum obligant data occasione; non autem occasio est, ubi mihi perendum est; hinc ipse Christus in lege de sabbatho excipit necessitatem; B) vel negativa; hæc non admittunt exceptionem necessitatis, quia dum prohibuit Deus, majestatem suam exercuit, ea vero violatur, quoties contra ejus prohibitionem agitur, e. g. martyres recte cogitant, dum moti mori volunt, quam iohannis supplicare; C) officia erga hominem iidem vel affirmativa, vel negativa; illa iidem admittunt exceptionem necessitatis; D) ob eandem regulam, quia leges affirmativæ obligant data occasione; a) & sic ob necessitatem licet violare officia affirmativa erga Deum; multo magis erga proximum; *negativa*; in his distinguendum, ad necessitas sit a) a Deo, tunc qualibet honesta ratio expediendi salutem, e. g. in naufragio suæ quisque salutem consulere potest, quamvis alii perendum sit; nam ex duobus malis physicis minus est eligendum; B) a malis hominum; tunc, si homines intendam, idque agant, 1) ut peccem, necessitas non excusat, e. g. si quis

hominis erga se ipsum 251
carcere adigatur ad peccatum, veluti Joseph; nam ita læderetur majestas divina; a) ut peccem; tunc qualibet honesta ratio est expediendi salutem. Ita Judæi oblecti ab hoste merito comedere potuissent carnem scillam.

§. XIX.

Jam variè casus solvuntur, 1) an ense refecari possit membrum, ne pars sincera irahatur? Affirmat auctor recte, lex est: *conserva membra tua*; ea est affirmativa; ergo admittit exceptionem necessitatis; si negative legem concipias: *ne corrumpas membra tua*; jam necessitas est a Deo; ergo qualibet honesta ratio expediendi salutem; 2) ex duobus malis physicis minus est eligendum.

§. XX.

Alter casus: in casu naufragii si plures insideant cymbæ, quam ferre possit, an aliqui repelli queant? Affirmat auctor; secundum principia nostra hæc lex, *ne occidas*, est officium erga proximum, necessitas est a Deo; ergo qualibet honesta ratio expediendi salutem; amare præterea non magis tenor proximum, quam me ipsum, sed tanquam me ipsum. Illud modo dubium, quomodo cedere debeant? Resp. in ejusmodi casibus quidem non locum fore diuturnæ deliberationi; in istis tamen, si dominus cymbæ in cymba est, ad ejus arbitrium rem redire volunt. Sed in casu necessitatis cessare dominium, ipse auctor paullo post affirmabit; hinc si de dominus adit, live non, is, qui ultimum insisterat, *Abstin. de Off. Hom. & Civis*. B. cederet.

cedendum e. it. quia prioribus jam iux
 quæsitum fuit per occupationem. Dubitat
 TITIUS, *Chiro.* 144. n. 2. an talis casus
 existeret possit, putat homines potius una
 posituros, quam alios perdituros; sed cum
 necessitas omnem misericordiam excludat,
 suprad. exemplo septem Anglorum ostendit
 GROT. *de iur. bel. & pac.* II. 13. quod
 defendit PURNBORFFIUM in *opere ma-*
gno II, 6, 3.

§. XXI.

Casus tertius: an, si duo in præseoti
 periculo sint, uni liceat sibi consulere alie-
 rius interitum? Contingere hoc potest 1) in
 naufragio, si alternantem complectatur,
 vel si alter metum tabulam apprehendat,
 quæ duos ferre non possit; 2) in fuga,
 si quosdam excludamus, ne hostis simul
 in urbem penetrat? Resp. in utroque casu
 quælibet honesta ratio est expediendi salu-
 tem; priori enim casu necessitas est a Deo;
 posteriori a malitia hominum, iique ne
 occidere intendunt. Sed posteriore casu
 probe considerandum, an non & hostes
 quidam admitti sine periculo possent. Apud
 GROT. *lib. 16.* Darius fugiens consilio mi-
 nistrum popes dissolvere voluit, dicens:
 se male insequentibus iuxta dare, quam au-
 ferre fugientibus.

§. XXII.

An in fuga proterere possim obstentem?
 Resp. quæritur: an non esse de fuga turpi,
 e. g. malefici, quem liberos persequuntur,
 sed de fuga necessaria, e. g. si arma-
 tus interemum aggrederemur; tunc qui obstat,

297

aut id latet ex malitia; tunc intendit mor-
 tem meam, ergo necessitas excusat; aut
 obstat mihi ex impotentia, e. g. infans,
 claudus; tunc necessitas est a Deo, ergo
 & hinc casu locus est exceptioni necessita-
 tis. Exceptio est, si talis obstat, pro quo
 ipsa vitam ponere tenetur; limitatio quo-
 que addenda, ut, si dampnum dederim, il-
 lud pro virili relaxem.

§. XXIII.

An in casu necessitatis liceat alterius ho-
 minis invito domino uti? Negat ATAVARI in
Comp. iur. nat. part. II. cap. 2. n. 20. 24.
 quia sic furtum; sed hac peticio principii,
 furtum est contractatio fraudulosa rei
 alienæ, hic non est trahs; furtum sic lu-
 crificandi causa, hic famis causa & ex
 necessitate. Casus est, si 1) sine culpa quis
 2) in eum statum devenit, 3) ut pere-
 undum sit, 4) nec aliud superbit medium
 expellendi famem, nec ullus miseretur
 famelici, an 5) tantum sumere possit,
 quantum necessitas præsens adit, 6) sub
 proposito restituendi, si ita ferat occasio;
 e. g. si naufragi in terram pervererint nu-
 di & famelici, & nemo vobis fructum pa-
 nis dare. Hoc casu quæritio attendenda 1)
 1) necessitas est a malitia hominum, si
 volunt meum interitum; 2) si in casu ne-
 cessitatis ne vitæ quidem alterius parere
 possim, multo minus ergo bonis. Non ergo
 hac doctrina se excusare possunt fures,
 qui 1) sua culpa, 2) etiam sine neces-
 sitate, 3) aliis reiectis remediis, quibus famem
 expellere possent, 4) lucri facienda
 causa.

F 2

124 *It. l. Cap. VI. De Officiis*
causa, 1) sine proposito restituendi aliquid bona contrahant. *Gr. o. l. 11.*
SELDENUS, VI, 7. Tur. mas. l. 11.

§. XXIV.

Ultimus casus: an ad me esse servandum aliorum res contumpere possit? e. g. pro jectio aliorum merces ex navi, ut levetur navis; d'ruo alterius aedes ob incendiū, ut mea intacta serventur? Resp. necessitas utrobique a Deo est, adeoque illa non habet legem, sed 1) periculum aliter esse fugi non posse, supponendum; 2) obstrictus sem ad damnum revertendum acquisita lege Rhodia de jactu. Ea incendiis servari requirunt, quia incertum est, an & illa fuisset incendio liberata.

CAPUT VI.

*De Officiis quorundamlibet erga quoslibet,
& de non laudandis aliis.*

§. I.

Proxima sunt officia erga alios, seu proximos, de quibus ab hoc sexus capite ad finem huius libelli agitur. Ut vero de ordine constet, observandum, alia officia esse absoluta, quae quilibet a quolibet debentur, sine respectu ad certum statum, vel institutum humanum; e. g. neminem occidere; alia hypothetica; ad quae non obstringitur homo, nisi supponatur certus status, vel certum institutum humanum,

e. g.

Quorundamlibet erga quoslibet. 125

e. g. ne furem; haec enim lex non obligaret, nisi homines in suum dominium; eo vero semel introducto, jus naturae vult, eos a furtis abstinere. Observandum hoc contra SATURNIUM, qui negat, furtum esse contra jus naturae, de usur. lib. II. cap. 9. & hinc videt doctrinam JACOBI §. 1. Inst. de oblig. qua ex delict. nasc. l. 1. §. 1. D. de furt.

Ejusmodi instituta humana potissimum sunt quatuor:

Summa; verba etiam non significant naturaliter, ut sibi perlusisset PLATO, sed ex impositione hominum; si enim naturaliter significarent, non posset unum vocabulum in diversis linguis res diversas notare, quod tamen saepissime contingit.

Dominium; nam antea omnia erant communia, & dominium introductum est per occupationem tum deorum, quam res humani generi univervo non amplius sufficere viderentur.

Resum praesum; in ielo homines ignorant numeri usum, sed omnia permutatione sibi adquirebant, quod apud antiquissimas gentes diu valuit. Sic ELIUS PRIMOGORITIBUS jus Jacobo pro pulce turpiter vendidit, *Genes. XXV, 29. sequ.* Apud ROMAN. *lib. II. H.*

Indo capitulari sibi vincta parava Poligny
Flori viciano alii; nupta parva altera ferro;
Parva bubalis tergis, ipsi plerique juravere;
Pecus quaeque mancipiis.

Similia de veteribus Germanis severt TACITUS, de morib. German. & observatio

F a iane

tant elegans est MURRI, Lat. nar. X. j. amois vocabula, quæ Græce significant, esse ab animalibus derivata.

Civitas vel res publica: omnes enim homines naturæ æquales & liberi; hinc invaluit imperium domesticum; denique inægræ instituitur sum res publicæ: omnia ergo officia, quæ exorsuntur his institutis humanis fiunt, vocantur hypothetica; hinc agitur 1) de officiis *absolutis*, cap. 7. de 2. 2) de officiis *hypotheticis*, cap. 9. *supp.* De quidem *de iis, quæ fiunt & seruantur*, cap. 9. 12. 6) *domina*, cap. 12. 13. 7) *totum genus*, cap. 14. ad finem libri 2. 8) *ex statu sum familia*, cum civitate, cum libro II. Prima etiam de *absolutis*, quæ deus duorum generum sunt; alia vocamus *perfecta*, quæ admittunt *quædam*, in *statu naturæ* per bellum, in *statu civilis* per iudicem, e. g. pacta servare, debita solvere; *imperfecta*, quæ talem coactionem non admittunt, quamvis se ipso omnino iure debeantur, e. g. elemosinas dare, erranti viam monstrare. Ratio, cur hæc coactionem non admittant, illa admittant, hæc est, 1) quia hæc ex virtute proficiuntur, illa ex lege; lex gaudet facultate cogendi, virtus si coacta præstatur, virtus esse desinit; 2) quia illa ab uno tantum subiecto debentur, quo non præstante iuramentum excidit; hæc ab omnibus recte promittuntur. Jam agitur ergo primum 3) de officiis *absolutis*, a) *de non laudandis aliis*, b) *de agnoscenda hominum æqualitate*, cap. 7. a) *de promissa officio humanis exorrendis*, cap. 8. a) *de officiis hypotheticis*, cap. 9. *supp.*

Absolutum officiorum ergo primum omnium auctor statuit illud *de non laudandis aliis*, quod deus resolvit in duos alios: *neminem laedere*, §. 2. 2. *si laesit, damnum referat*, §. 4. 13. Neminem esse laedendum, auctor 1) ex suo principia socialitatis præbat: quod eam delibuit, est contra jus naturæ: siqui societas non potest non desitui, si impune alter alterum laesit; ergo est contra jus naturæ; 2) ex facilitate huius officii; utraque alia officia præstantur cum aliquo detrimento, hoc sine detrimento; 3) a ceterum hominum affectione; pauci a nobis quid præstant; at ne laedantur, a nobis omnes exigunt. Sed debent hæc officia illis quoque, quibuscum non vivimus in societate. Itaque ex nostro principio ratiocinamur: homo hominem eodem præsequi tenetur amore, quo se ipsum prosequitur; inde fuit illud CHRISTI, *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*; laedi ergo cum nobis, reminem laedere.

Sed jam præter hoc officium explicandum: homo non est laedendus. Laeditur homo vel 1) in substantia, & quidem a) corpore, per occisionem, vulnerationem; ergo inde fiunt leges: *neminem occidite, vulnerate*. Apud veteres extortes habebantur, qui homicidia admiserat, tanquam indigni societate humana. Cain *in fratrem suum*, *fructum*, idem apud Græcos, *hæc* quædam animam; hinc leges: *neminem corruptis*, *neminem sanctitatem præbet*; in

pudicitias; hinc leges: ne adulterium, ne stuprum, ne aliquid huiusmodi prosum esse amittito; 3) in honore; hinc leges: nemini iniuriam fieri; 4) in rebus & juribus; hinc regula: *Justum ne admittas, nec nisi iura accipias, suum cuique reddas. Falso estimo neminem opprimis;* atque ita tota tabula posterior decalogi est juris nature. Ilinc Alexander Severus Imp. apud Lampronum supplicia infligebat cum elogio: *quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.*

§. IV.

Jam alterum officium: si *laesio* damnum resarci hoc auctor probat §. 4. explicat §. 9. *segg.* Probatio facilis est, 1) eo amore prosequi tenemur proximum, quo nos ipsos; nos volumus nobis damnum ab alio datum resarciri; ergo & aliis resarcire debemus; 2) sine quo aliud officium jam demonstratum esset frustraneum, illud omnino est necessarium; atqui sine restitutione damni officium, *maximè laesio*, est frustraneum; necessarium ergo est restitutio.

§. V.

Quam ergo regulam de resarciendo damno antea probavimus, ea jam quoque explicanda erit, quod fit, dum auctor ostendit, quid sit *damnum*, §. 5, 7. quo modo illud resarciendum, §. 8. 1094. *Dammum* in jure Romano accipitur pro deminutione patrimonii; hinc quicquid non recipit certam altimationem, non vindicatur lege Aquilia. Possum quidem agere servi vel ancillæ acclæ nomine, itaque ob pecudem, qua-

druped-

drupedem, omnia, quæ in patrimonio sunt corrupta, sed agere non possum ex ea lege ob damnum inextimabile; ergo *damnum* ex jure Romano est quilibet deminutio patrimonii nostri ab altero iniuria facta. At in jure naturali accipitur vocabulum, comprehendit omnem rei perfectio jure ad nos pertinentis corruptionem, deminutionemque nullo jure factam. *Diminutio*: rei perfecta jure ad nos pertinentis; nam si quis intercipi, vel intervertit, quod nobis jure perfecto non debetur, non videtur damnum fecisse, e. g. si quis nobiscum ambie officium idem publicum, & illud accipit, non vero repulsum ferimus, nulla iniuria facta: eam qui suo jure utitur, nemini facit injuriam; hinc damnum nobis datum vindicare non possumus, si quis hortum suum in horreum convertit, atque ita indirectè subtrahit apibus vicini; jure enim suo usus est. Ceterum hoc damnum *parvi generis* est, cum *ratione nocentis*; dum enim vel datur dolo male, i. e. ex proposito nocendi, e. g. si quis lapidem in prætereuntem projecerit: culpa, id est, ex negligentia & lapsu inadvertentia, e. g. si propallum quidem non habet, lapide aliquem ferendi, at lapidem tamen e fenestra mititit interdum in locum, ubi vulgoiter sit, & aliquem percussit: *casu*, si nec propallum, nec culpa contulerit, sed sola providentia divina, cui resisti non potest, e. g. si regula ex tecto nostro desuit. Deinde damnum consistit ratione objecti 1) partim in negatione ejus, quod nobis jure perfectum

§. 3. debe-

130 Tit. I. Cap. VI. De Officiis
debetur, e. g. si quis cui denegat alimenta
debita, fructus rerum suarum, usus, &
sortem; 2) partem in illatione decimæ
positiva, de qua §. 5. sup.

§. VI.

Dammum nobis *positivum* datur, quoties
quidquam, quod iure perfectio nostram
est, laeditur, sive æstimabile sit, sive in-
æstimabile, v. c. si laeditur animus; e. g.
scandalum; ita diabolus maximum dam-
num intulit protoplastis, dum iis persuasit
etiam fructus veritatis *corporei*, e. g. vulne-
rando, mutilando; *libertas*, e. g. dum Je-
sepbus a fratribus venditus; *res vestrae*, e.
g. dum incenduntur aedes, fruges, arbores
surtim caduntur, sive fructus jam perce-
pti, sive percipiendi sine, e. g. si quis
fructus immaturos desecat, vel arboribus
excuciat; *fama*, per calumnias, injuriam,
&c. quidem hic non modo ad factum res-
picitur, sed ad effectum seu consequentiam,
e. g. Atiarathes a Romanis 30. talentis
multatus, quod obstructo Euphrate occa-
sionem dederat, ut Cappadocia inunda-
retur, Strabo, lib. XII.

§. VII.

Denique *dammum* quis dat vel 1) *ser-
se*, si ipse actu physico ad id factus con-
currit, e. g. si quis ipse fruges nostras de-
tacet; 2) vel *per alios*, quoties actu phy-
sico quidem non concurrat, sed tamen simul
causa moralis est a) *per iussum, consen-
sum, permissionem*, e. g. si paterfamilias filium
quod jubet facere, vel id facturo permittit,
vel peccatum id fieri patitur; b) *per partici-*

partio-

131
quomlibet ergo quolibet
partem, si partem lucri sibi capit, e. g.
aliquis occasionem alteri furandi ostendit,
sibi que dimidium luræ stipulatur.

Quæritur, an ille ad reparandum dam-
num obligatus sit, qui ex post facto de-
num consentit, e. g. laudando facinus, vel
ille datum habendo? Resp. negando; obli-
gatum enim reparandum datum ex duplici
fundamento est, 1) quia aliquis est causa
damni, 2) quia particeps est lucri; nemo
enim debet cum alterius damno locupletier
fieri. At qui ex post facto datum consen-
tit, is nec causa est, nec lucri factus parti-
cipeps; ergo nec obligatus est ad reparand-
um datum. Alia quaestio est, an non
hoc peccatum sit, & poena dignum? id
vero nemo negaverit; nemo enim sine pec-
cato approbabit alterius peccatum; & no-
vimus, quam graviter Deus animadvertit
in Eli, postquam maximum iudae-
orum, qui sane nec auctor fuerat filijs, ut
spoliarent sacrificantes, nec ejus lucri fa-
ctus fuerat particeps, sed tamen eos non
castigavit, quum fama eorum scelera an-
nunciaret. Et ita facile intelligimus locum
CiceroNIS ex Philipp. II. quid interest inter
suasorem filijs, et probatorem? aut quid re-
fert, uti volentem fieri, an iudicem fuisse?
id enim verum est, si de peccato quaerit-
ur, non si de damno restitutione.

§. VIII.

Hactenus de damno, quod reparand-
um, jam regulæ ipse de damno repar-
iendi.

1. Quis est causa principalis primi loci tractatus.

E 6 Ad

Ad poenam omnis tenetur, etiam, qui causa minus principalis huius, sed ad restitutionem damni causa principalis altera non nisi in subsidium, e. g. si pater iussit arborem cadere, filius parvit.

II. Plures uno damnorum dolores tenentur in solidum, uno vero solvendo reliqui liberantur.

Ratio, quia laeso nihil debetur, quam quod amisit, hoc si semel recepit, plura frustra petit. Quod aliter se habet in poena, quam singuli debent, qui peccaverunt, adeoque uno solvendo, reliqui non liberantur. Distinguit auctor, ad plures per conspirationem, et circa conspirationem unum idemque facinus perpetrare, additque, potius casu omnes solvere debere pro singulis, et singulas pro omnibus. Sed ad id & illi obstricti sunt, qui circa conspirationem damnum dederunt, adeoque hactenus nihil est differentiae; alia vero observanda regula:

III. Si plures circa conspirationem damnum dederunt, tunc aut dividendum est factum, aut individuum.

Si prius, quisque damnum a se datum pendat, e. g. Titius fores perstrinxit, Maevius fenestras, Sempronius fornacem, speculum, mentas, &c. In posterius, singuli tenentur in solidum, ita tamen, ut uno solvendo, reliqui liberentur, e. g. si quatuor frangerent noctu fenestras, adcurate distingui non potest, quot orbes & rhombos quisque perfringerit, adeoque actus, est individuum. Idem observandum, si plures circa conspiratio-

rationem hominem vulnereverint, unus gladio, alter fuste, tertius scilicet peto usque; tunc vulnera facile distinguuntur; secus, si singuli eisdem armis usi sint.

§. IX. X.

Sed cum supra ostendimus, non solum dolo, sed & culpa & casu damnum dari posse, de his quoque observanda regulae:

IV. Qui culpa sua, sine lata, sine levissima culpa, seu levissima damnum dedit, ad restitutionem tenetur.

Est enim & in causa damni. Quiritur, an hae distinctio culpa solida sit? rejecerunt tam aliqui, tamquam somnium Ictorum, & quidem vel ideo maxime, quod culpa menturam non capiat. Sed resp. vel ideo tres sunt gradus, quia mensura non recipit. Vid. Titius *Observ.* 164. Omnes res morales habent dum extrema, & medium inter extrema, e. g. unum extremum est primo negligentia nimis supina, qualis dissolutorum hominum; alterum est nimis & misera diligentia, qualis est Euclionum; tertium media inter haec extrema est diligentia, qualis est parumfamilias frugalium, ergo est triplex culpa. Ceterum ex culpa sua datum damnum restitui debet,

1) si lex prohibet eiusmodi damnum, 2) si obstrictus sit ad diligentiam; ergo non tenetur, qui in vicinia audias strepitum lecto non surrexit, adeoque furtum non prohibuit; 3) si laesus vel directe, vel indirecte non consenserit; indirecte consenserit, qui ipse tale quid agit, ex quo damnum consequi necesse est, e. g. pugnam

damnet,

mover, & plagam accipit. Huc pertinet casus Henrici IV. Gallie regis, qui ad pugnam equestrem provocatus comitem de Montgomery petiit in illo haultudie.

THOMAS, *libr. I. de anno 1159. 4*) si damnus culpa datur in magna animi perturbatione, quæ omnem diligentiam excludit, restitutio peti non potest, nisi culpa præcesserit. e. g. Injulse quis alterum agreditur in alieno cubiculo, hic se defendit, & inter pugnam frangit speculum aliquod pretiosum; hic nulla præcedente culpa ad refarciendum damnum non tenetur; si ipse, qui speculum confregit, pugnam moverit, ob culpam antecedentem tenetur; supra enim ditionis, obligationem ad refarciendum damnum auri vel ex eo, quod quis causa fuerit, vel particeps socius sit lucri; necurum adesse priore casu. Elegans exemplum apud ALLIANDUM, *Hist. var. III. 44.* adolescentis, qui socium defecurum in ipsum socium ensam impulit; consultum eo de re oraculum respondit:

*Adjutus fuisse perimis; nil pollice ista
Te cades, manibus manus armis, ac asta
fielebas.*

V. Damnum casu datum non reparat.

quia culpa non est. Addunt quidem nonnulli limitationem, nisi culpa accedat; sed hæc ridicula; culpa enim accedente non amplius est casus.

§. XI.

Paragraphis insequentibus auctor agit cum de noxali alicui §. 17. cum de alicui, si quadrupes pauperum factis dicitur §. 12.

Cum

Con enim supra monuisset, dampnum dare quem posse vel per se, vel per alium; ad hunc pertinet questio: quid juris sit, si servus animalve nostrum alterum læserit. Hoc casu jure Romano agere possumus adversus dominum, ut damnum refarciat, aut servum noxæ det, quod etiam eo casu obtinebat, si filius familias nocuisset. §. ult. *sect. de nexal. ad.* Jam quartæ auctor, an hoc juris naturæ sit? Idque affirmat, quia servus naturaliter debeat dominum refarcire, & tamen nihil habet proprii; hinc dominum aut pro eo solvere debere, aut corpus noxæ dare. TITUS, *dist. 149.* alicuius rem explicat, servus, inquit, si dominum non haberet, a me possit occupari pro dampno, quod refarcire non potest; si dominus non potuit constituere in præjudicium nostrum, ergo etiam occupari potest, aut, si dominus id noxæ, pro eo solvat oportet. Sed frustraneæ sunt hæc ratiocinationes; si enim queritur, an noxales actiones sint juris naturæ præceptivæ? id quisque negaverit; hinc & apud multas gentes non in usu fuerunt actiones noxales: si de jure naturæ permissiva dicitur, & queritur, concedimus id permittere, ut servi delinquentes noxæ dentur, sed non ob rationes adhuc allatas, verum idcirco, quia dominus omnem utilitatem ex servo capiat, adeoque merita & incommodum serv, ac proinde aut pro eo solvat, aut eum noxæ det. Ceterum distinguendi casus, 1) si dominus insignavit, ipse directe tenetur; 2) si rarius insignavit, hæc itidem directe tenetur; 3) si ipse læsus

servum incitavit, satisfactio plane cessat, ideoque unus supermanet casus, 4) si servus proprio motu alium nocuerit.

§. XII.

Jam 2) facile etiam deciditur questio de animalium pauperie; totam hanc questionem ex jure Romano esse, argumento est, 1) quod distinguatur jure illo, sine quadripes pecus, nec ne? 2) quod quæritur, an contra naturam sui generis nocuerit? 3) quod non omnes gentes id jus receperint. Helveti ejusmodi animalia lapidibus obtruncant; Saxones expelli jubent a domicilio, aut noxam faciant, Grot. de jur. bell. et pac. lib. 1, 37, 21. Interim facile legitur, non repugnare hanc dispositionem juri nature, ab eadem rationem, quam paragrapho superiore ascendimus, adcoque esse juris nature permixti. Ceterum iidem casus distinguendi, quos superiore paragrapho recensuimus; nec hoc jus pertinet ad casus, si 1) vel dominus, 2) remus, vel 3) ipse iustus animal irritant, sed 4) eo tantum casu datur actio de pauperie, si animal motu proprio damnum dederit, e. g. si bos cornu petierit, equus calce quem percussit, &c.

§. XIII.

Denique disquiret auctor, quousque quis ad damnum retaliendum reneatur? Resp. 1) si damnum est æstimabile, tantum præstandum, quantum nocuit; 2) si damnum est inæstimabile, tantum restituit, quantum potest, e. g. si quis vulneravit hominem, vel manu mutilavit, non potest qui-

dem manum reddere, sed tamen solvet soltrum, operas cessantes. In Germania etiam pro dolore aliquid adjudicatur. 3) Damnum non retaliendum cum proprio nocent, e. g. Nicephorus imperator abduxerat Zoen, alienam uxorem, pro eaque oberebat marito prædia pinguisima, quod absurdum; ita enim continetur damnum; ergo omni momento nova datur satisfactio; 4) laderem ergo debet poenitere, & facti veniam petere, si ea malitia damnum datum, contra 5) læsum ad id promptum esse ac paratum; alias enim damnum retalietur cum proprio peccandi contra regulam 3. Titius quidem putat, hinc generositatis tantum esse, sed non juris præceptivi, ac proinde in foro humano non observari: sed etiam is bonus est, quod putat, jus namque tantum dirigere actiones externas, ad interiora non pertinere, quod & Passerius statuit in præf. Sed id falsissimum sequentes ab ratione, 1) Auctor juris nature est Deus, qui non respicit ad externa tantum, sed ad animum pericigne. 2) principium est amor, qui in corde sedet, non solum verbis, sed & actionibus sese extenit; 3) quia ipsi gentiles agreverunt, per solas actiones externas juri nature non satisfieri, sed Deo esse offerendum:

*Compassum jus, fasque animi, sanctasque
viresque*

*Adoneis, et incellum generosa jallus hænesta,
Hoc nomine libellum Pufendorfianum
repre-*

138 *Lih. I. Cap. VII. De agnoscentia*
reprehendit imprimis LEONITIAS in *Epist. ad*
varum quendam *delecta*, edita a BOEHMUS.
in *Programm. III. disput. Pufendorff. pra-*
miss. pag. 44.

CAPUT VII.

De agnoscentia naturali hominum aequalitate.

§. I.

Quemadmodum infimus gradus amaris erga proximum est, neminem laedere: ita proximus est, si alios homines nobis aequales agnoscamus. Est hoc praecipuum juris naturae, facile probatur, ejus principium si statuamus 1) societatem humanam; inter socios sane est aequalitas, habent enim communem finem; 2) suam amorem pro fundamento ponimus, is aut venerationis est, aut benevolentiae, aut amicitiae: non venerationis, quia homo ab homine non pendet; nec benevolentiae, ob eandem rationem; ergo amicitiae; in vero semper ponit aequalitatem; 3) hoc etiam ita cordi inscriptum observat auctor, ut statim homo salus conquereatur: utique non etiam sum, sed aequo homo, ac tu. Jam dispiciendum, 1) *qua in re consistat ea aequalitas?* §. 2. 2) *qua officia inde consequantur?* §. 2. ad fin.

§. II.

Sed jam explicanda ulterius hae aequalitas: videmus, *quomodo hominis duplicem*

naturam hominum agnoscentiam. 139

esse, alteram 1) *naturalem*, in quo videtur vivimus, quemque non primum elegimus; 2) *adventitiam*, quem ipse adreparavimus, vel qui per legem, aut per pactum nobis est impostus, e. g. conjugalem, herilem, civilem. In posteriori maxima est inaequalitas; majoris e. g. superior est honore, herus serva, imperator civis: quin inter cives magna differentia. De inaequalitate, e. g. alii nobiles, alii plebei. Jam facile patet, nos de posteriori non loqui, sed de prioris; unde de inaequalitate additum: *de naturali hominum aequalitate agnoscentia.* Probandum ergo, eandem aequalitatem inter homines esse; auctor Hobbesiana haec argumenta, 1) ob aequalitatem vitium; sed hoc non est aequalitatis fundamentum, alius est brevis quaedam pro aequalibus agnosceret teneret, quae est philosophia Hobbesii, de civi, 1, 3. 2) *ob inaequalitatem naturae naturae & fortunae*: sed non sequitur, homines intuitu harum sunt inaequales, ergo quoad reliqua aequales; 3) *ob obligationem aequalitatis*; ego volo vivere socialiter, alii id etiam volunt; ergo sumus aequales 4) *est circulus, obligationis etiam illius est fundamentum, de effectum status aequalitatis*; 1) probat hoc quidem aequalitatem voluntatis, non vero naturae; hinc praecipua argumenta sunt: 1) quia excedit omnium hominum partes essentielles; 2) eadem omnium ratio; 3) eadem infirmitates; 4) eadem ista; omnes oriuntur, moriuntur; 5) si jungimus historiam, etiam ex eadem nos omnes massa esse cognoscimus.

§. III.

140 Lib. I. Cap. VII. De agnoscenda
mus, adeoque cognatos; quod & Stoici,
& Icti pagani agnovērunt. L. A. D. de
justit. c. par.

§. III.

Item :) de officiis, quæ ex naturali
æqualitate sunt:

I. Qui alios sibi utiles fieri cupians, &
iis vicissim utiles esse studens.

Æqualium enim æqualis obligatio est,
æquimus enim hic de officiis perfectis; eo-
rum hæc natura est, ut retributionem exi-
gant, cum imperfecta non perfecte obli-
gent ad retributionem, sed ad gratitudi-
nem; e. g. non ideo ab altero exigis elec-
molynam, quia ipse dedi, sed gratitudi-
nem tantum: attamen & retributio non
semper exigis identitatem, sed æqualita-
tem, e. g. si faber ædificat ædes meas, non
ideo teneor ædificare ædes fabri.

II. Nemo in privati causa sibi debet privi-
legium vindicare.

Æqualium enim æqualis est dignitas,
æquale jus; hinc e. g. ex duobus fratribus
nempe potest plus ex hereditate paterna pe-
tere. Interim hoc mutari potest per leges
civiles, quæ sæpe rei publicæ causa inæ-
qualitatem inter homines introducunt, qui
alios natura æquales sunt; aliquando & ipsi
homines pacto æqualitatem tollunt, e. g.
legibus Domæis cautum, ut frater præ-
toribus accipiat duplicem portionem he-
reditatis; in familiis principum introdu-
dum jus primogenituræ.

§. IV.

Maxime in rebus Individuis alicui qua-
dam

naturali hominum æqualitate. 141
dem prærogativa concedi solet; quinvis
enim certissima sit regula:

III. Inter æquales res æquales distribuen-
da est, propter regulam 2.

Hæc tamen regula patitur exceptionem in
rebus Individuis, quæ vel a) communes
sunt & manent; sic inter duces Brunsvicen-
ses communes sunt aliquæ metalli fodinæ,
sylvæ, academia Julia; in domo Saxonica,
archivium; in linea Ernestina, academia
Jenensis; ß) alternative conceduntur, apud
Helveticos *die Servigung der Kantonsob-
und andersverwandten Lander*; γ) res lot-
te dividendæ.

§. V.

Hæc officiorum præstatio constituit cer-
tam virtutem, generositatem, eorumque
omissio incidit in vitium, quod superbia
vocatur. Auctor prius agit de vitio, tum
de virtute, contra naturam bonæ metho-
di virtutem enim prius cognoscere debe-
mus, quam cognoscamus vitium, quippe
quod in declinatione a virtute consistit. Se-
quitur tamen ordinem auctoris; quia Deus
vult, ut vera bona sedemur ac amemus,
omnes res jullo pretio æstimandæ sunt cum-
que & nos amare teneamus; sequitur, ut &
nos jullo pretio æstimemus, id si faciunt;
generosi vocamur; est ergo *generositas* julle
sui æstimatio; huic oppositæ *superbia*, quæ
est injusta & immodica sui æstimatio; hæc
sele exierit, a) in arrogantia, si quis se
sine ratione alius præfert, & de facultati-
bus suis amplius, quam in vis est, spec-
tat; ß) si imperium in æquales affectat.

7) si ex hac imperandi cupiditate sese immiscet rebus alienis, castareo papaus; 8) si omnes alios contemnit, eorum doctes ac merita deprimit, solum se sapere putans, ceteros volitare velut umbra. Characteres superbiorum sunt, 1) quod omnium odium incourans; 2) quod semper stultitiam prodant; omnis enim superbus est stultus, & omnis stultus est superbus; 3) quod litigiosus & iniustus in alios.

§. VI.

Hinc facile intelligitur, qualem se gerat, quales characteres prae se ferat *generosus*; 1) nullam enim prerogativam injuste prae aliis affectat; 2) veram prerogativam in virtute ponit, & hac sola prae aequalibus excellere gloriatur. Hinc notanda Atheniensium insania, qui ne ens quidem in civitate ferrebant, qui virtute exercebant, eosque ostracismo urbe expellebant; 3) fortuna ac sorte sua contentus, spartam, quam nascus est, ornare laborat. Hinc elegans Epaminondae dictum, qui cum Demarchus fieret, idque officium parum aestimaretur, sese operam datum dixit, ut hoc in posterum honorabilius haberetur; 4) ut nihil agat, statu suo indignum, neminem contemnat, neminem injuria adficiat, nemini aduleat; ac omnes beneficiis sibi devincere studeat; 5) ut aliorum iniquitatem generata contentu vindicet. Exemplum generosi principis ostendere voluit *Χερσικον* in *Cyropedia*, cujus auctoris finis & scopus ostenditur.

CAPUT VIII.

De promiscuis Officiis humanitatis.

§. I.

Discimus adhuc de officiis absolutis perfectis; sequuntur imperfectis, quae quibusdam ut supra diximus, debentur, sed conditionem tamen minime admittunt. Ea differunt a perfectis multifariam: nam 1) perfecta possunt esse vel affirmativa, vel negativa, e. g. neminem laedet, alios aequales agnosce, imperfecta omnia affirmativa sunt; 2) perfecta sunt ex lege proprie sic dicta, imperfecta ex virtute; 3) ad illa quis potest cogi, ad haec non potest; 4) qui illa non praestat, est iniustus, qui haec contemnat, inhumanus vocatur; 5) illa imperpetuum sunt mutui & reciproca; haec non sunt semper; sic principes dat beneficia, sed talia non expectat.

Fluere haec officia ex principio juris naturae, ut demonstramus: ex sine Dei tenemur ad amorem proximi; quem amamus, eius commoda pro virili promovere studemus; in commodis alienis promovendis consistunt officia humanitatis; sumus ergo ad ea ex sine Dei obligati. Unum addimus: ex officio imperfectis aliquando fieri posse perfecta. 1) si casus necessitatis incidat; 2) si in statu civili imperantes talia officia legibus praecipiant. Ceterum ea vel a) *indivisa* sunt, quae respectu ad certam personam promiscue omnibus praestantur, aut

144 Lib. I. Cap. VIII. De primis
officiis (alim, §. 2, 3, b) definita, quæ
tamum certis personis, earumque iuribus
prellamus, eaque 1) vel sine instrumentis,
quæ vocantur officia innoxie utilitatis, §. 4,
2) vel cum instrumentis quodam exhibentur,
§. 5. ad fin.

II

Officia humanitatis in eo consistunt, quod
quilibet tenetur operam dare, ut publica
prosit. Cum enim 1) alios amare debeamus,
tanquam nos ipsos, nos vero nobis modis
omnibus prodesse studeamus, nostrum quo-
que est, aliis prodesse. 2) In philologia
moralis demonstratur, bonum communis
preferendum esse bono proprio: bonum
communis est, quod toti humano gene-
ri, vel multis prodest; ergo id bono pro-
prio preferendum, ad illudque sumus ob-
ligati. Peccant ergo contra hoc officium
1) qui data opera ebriantur, & nec cor-
pus, nec animam excolunt, qua de re supra
cap. 4. diximus; 2) qui nullam vitam genus
ehigunt, aut 3) si elegerint, otiosorpent,
genique indulgent. Hoc recte SALUSTIUS *Bell.
Cathol.* cap. 2. vitam stragere, ait, veluti
peccata. Obijciunt, se opibus suis instructos
esse, ut non necesse sit aliquo officio vel opi-
ficio victum parare; Resp. non nobis solis
nati sumus, sed & proximo; non solos
nos amare tenemur, sed & proximum tan-
quam nos ipsos; 4) qui vitæ genus quidem
eligunt, sed turpe, & humano generi
noxium, veluti luxus, raptores, Judæi-
nes, &c. Hinc recte Ægyptii quotan-
ois explorabant, unde quisque viveret,
cum-

Officia Humanitatis.

145

eumque multabant, qui hoc indicare non
posset. Dios. Sicr. I. 77.

§. III.

Jam ad officia *indefinita*: hæc auctor ex
imperio elicit; si enim publico prodesse
teneamur, alii quoque teneamur nos profu-
turos non impedire, hinc regula:

*nemo aliorum humano generi profuturus im-
pediat.*

At observandum tamen, vere utile esse
debere institutum, ad quod pertinere regu-
la hæcenus explicata, adeoque pretendere
neminem posse. 1) ut promoveamus insti-
tuta manifesto noxia, e. g. fixa, seditio-
nes; 2) ut instituta dubii usus promovea-
mus, e. g. alchymiam. Vid. BUNOVS *Dis-
sert. alchymista in re publica sine tolerandi*. Pec-
cant homines contra hanc regulam *sepius*:
a.) *ex superstitione*, si multo alios utilissimas
doctrinas proposituros impediunt, quibus
purant religioni contrarias; id priusquam
liquido demonstrari possit, neminem move-
re debet exemplum PUSSEPOUSI; eadem
obijcta sunt ipsi servaturi; ß.) *ex ignoran-
tia*, damnant doctrinam, quia non intelli-
gunt, ac proinde argum in herba bituta-
re purant; sic professor quidam refutare
volebat Galileum a Galileis, cujus ipse
librum nunquam viderat; 3) *ex invidia*; si
nihil enim ferre possunt, quo illi præ se
excellant; ita invidia sophistarum Socratem
oppressit; 4) *ex avaritia*, quæ cum invi-
dia conjunderet; elegere exemplum Deme-
trii.

Bein. de Off. Hom. & Civit. G. §. IV.

Hæc officia indefinita; sequuntur *definita*.
1^a. & primo ea quidem, quæ sine detri-
mento præstantur, vocanturque idea effi-
cia innoxie utilitatis; de his auctor tradit
regulam:

*ille summæ inhumanitate est, qui alium
enigat*

*officia, quæ sine ulla detrimentis præ-
stantur.*

Com enim aliis prodesse tenemur, et-
iam cum detrimento ex lege moris, quan-
to magis sine detrimento; Unde etiam doctores
inculcare solent axioma: quod tibi non
nocet, & alteri prodest, ad id eo obligatus,
e. g. lumen a tuo lumine accendere pati;
erranti monstrare viam; solutam comites
resolotare. Ex eo sequitur, 1) inutilia
reipublicæ membra esse, qui hæc denegant
officia; quid enim sperare possum ab
eis, qui mihi ne quidem sine detrimento
prodesse volunt? 2) non esse peragenda,
quibus ipsi non indigemus, e. g. si quis
projiceret in flumen, quod prodesse adhuc
pauperibus posset; 3) non esse occultanda
quæ nobis non profunt, & aliis prodesse
possint; Absurditas heredum Aristotelis, qui
describentibus ejus bibliothecam, ne Attalus
eam peteret; tales sunt similes cani incom-
benriplicæ, & aliis ejus utrum prohibenti.
Sed addendum, hanc regulam tantum valere
1) in statu ordinario, & in pace;
nam hostis ab hoste ejusmodi officia posse
non potest, quia ita nobis non lae-
rent innoxie, e. g. hostis potius flamma

abluere commeatum, & tormenta perdere,
quam ut ea relinquat hosti; 2) si ipse ejus-
modi rebus indigemus, e. g. alios aquam
pauco ex puteo meo haurire; ac si ea es-
set aquæ penuria, ut ipse indigemus, me-
rito alios putei usum excluderem; teneo
enim alios amare tamquam me ipsam, non
magis quam me ipsum. Hinc facile judi-
cari potest de officiis humanitatis inter gen-
tes, quæ nimis extendit Grotius. Sic
lib. I. cap. 1. §. 13. quaerit, an gens genti
teneatur transire per territorium suum
concedere; idque affirmat, si iusta causa
adsit, quantum res recenset: a) si popu-
lus expulsus regione sedes novas quaerit;
b) si gens cum gente extranea commercia
velit intrinse; c) si justam bellandi causam
habeat, & aliter ad hostem pervenire
non possit, quam terras transiendo.
Sed ratio ejusmodi transitus est innoxius,
non modo ob periculum a transentibus
imminens, sed & ob territorium, qui hæc
ipso lædatur. Hinc primo & secundo casu
distingendum, utrum imbelles transire vel-
lent, an armati, e. g. olim Cimbrici; 1) an
ius quaerere habeamus, nec ne. Tertio
casu vero nunquam sine innoxio est tran-
situs, qui eundem etiam hosti denegare
non possumus, & praesertim transentibus
hostibus utilitatem capiet; quid Hostatiz
contingit, adhuc in recenti memoria est.
Tales etiam sunt rei quæ quædam a Gra-
tio moræ, an mercato extraneas per terri-
torium nostrum duci pati debent; an
teneantur suscipere advena; an mercibus

semper sit occasio, & hoc ut sine detrimento nostro; 1) *verbis*, quando beneficentiam laudamus, ejus beneficia celebramus, gratias agimus; id quoque sine detrimento praestamus; 3) *re ipsa*, quando gratias referimus, quin cum scenore, & de hoc dici potest, quod sine detrimento aliquo praestari non possit. Sic gratus erat Aristoteles, quando Nicomachi, a quo educatus erat, alium iterum instituit. Ex definitione vero patet, 1) gratitudinem presupponere beneficia, adeoque illum frustra praetendere gratitudinem, qui quid facit, ut aere alicui faceret, e. g. fratres Josephi non poterant possidere, ut Josephus sibi gratiam referret, quia causa fuerint, cur factus sit pro-Rex Aegypti. *Præterea*. *Fabul.* 1, 13. 2) gratitudinem non requirit identitatem beneficiorum, sed qualicumque praestari possunt, alias non esset beneficium, sed creditum, non gratitudo, sed retributio.

§. VII.

Jam facile demonstratur, obstructum esse unanquemque ad hoc officium: nam 1) amantem debemus redamare; ille est hominem inhumanissimus, qui ne beneficiis quidem conciliari potest; 2) is, qui nobis bene facit, intentionem habet, sibi nos conciliandi; ego, dum accipio, concessio in hanc inventionem benefactoris; teneor ergo re ipsa ostendere, me illi tantulum esse; 3) ab abscondi si nulla ad gratitudinem obligatio est, jus natura me

juberet projicere & temere jactare meum, quod abscondum; 4) quin & effectus admodum trillis tuturus esset, si nulla esset ad gratitudinem obligatio; quin enim tam solidus esset, ut alicui beneficeret? cessaret itaque beneficentia inter homines.

§. VIII.

Gratitudo opponitur *ingratiuidini*, quae est vitium, quo quis beneficia male recipit; id fit dupliciter: 1) *negative*, quando beneficii non beneficium; ea vocatur *simplex*, 2) *positive*, quando ei quavis injurias exhibemus, & haec dicitur *atrox*, vel *pergrana*. Ciceronem occidebat miles, quem in causa criminis defendebat; prior ingratiuidine repugnat virtuti; posterior ipsis legibus. Cum enim nemini sit aere faciendum, necesse laudendus; dupliciter procul dubio peccat, qui beneficentiam laedit. Hinc facile solvuntur quaestiones: 1) an ingratiuidine sit injustitia? respondet actor, in animo ingrato in se nulla est injuria; ratio ejus est, quia ad eam nemo perfecte obligatus, praestatur enim beneficia sine spe retributionis; sed tamen distingue inter simplicem & atrocem vel pergranam; haec omnino justitiae repugnat, quia repugnaret, si etiam alii, qui nobis nihil boni praestitit, aere faceremus. Accedit, quod erga quasdam personas etiam leges gratitudinem praecipiant, e. g. erga parentes, pariterque injustitiae est, qui legibus non parat; 2) an deus actio ingrati? Multis hanc quaestionem

tractant SENEC. de benef. VII. BOETIUS de
aliqua ingrati. Idque plerique negant: er-
 go distingue denuo inter ingratitude[m]
 simplicem, & atrocem: illa non dabit actio-
 nem, quia est officium imperfectum, gra-
 tum esse; hæc dabit, maxime si legibus
 præcepta. Sic e.g. leges civiles dant actio-
 nem adversus liberos alimenta denegantes
 quæ est ex ingratitude; eadem dant actio-
 nem adversus liberum ingratum, ut revo-
 cetur in servitium. Quin & simplex, si
 legibus præcepta, dat actionem, e.g. si
 quis patrem senem & indiguum domum
 suam recipere velit. Conf. THOMAS Junif.
opulent. divin. 24. 6. 23.

C A P U T I X

De Officio pacificentium.

§. I.

UT de connexionione constet, sciendum
 est, pertractatis adhuc officiis abso-
 lutis, tam perfectis, quam imperfectis,
 sequi debere officia hypothetica. Sed in-
 termiscuit auctor doctrinam de *pactis*, quia
 officia hypothetica supponunt instituta hu-
 mana, sermonem, dominium, rerum præ-
 tium, & rem publicam. Hæc auctor om-
 nia pactis introducta censet. Negat equi-
 dem TITUS, verum id esse, quia num-
 quam homines convenerint, ut sermo-
 nem,

De Officio pacificentium. 133

neri, dominium, &c. introducerent, sed
 hæc omnia ex consuetudine esse contem-
 dit. Verum hæc non repugnant; præmi,
 qui hæc invenerant, mortales non aliter
 id facere poterunt, quam per pacta, ex-
 gr. convenire debuit inter proca lassa,
 quod velint hoc animal bovem, illud fe-
 lem, istud camelum appellare; conveniri
 debuit inter familias, quod quisque oc-
 cupatores sit, id in ejus dominio fere,
 &c. id vero postea alii probarunt & imi-
 rati sunt, itaque ita res abiit in consue-
 tudinem. Quidquid sit de connexionione,
 utilissimum sane est hoc caput, quia pactis
 fere totum humanum genus conserva-
 tur, quibus sublati & fides, & justitia
 collapsaeretur; de his itaque dispiciendum
 1) *quam obligationem producant?* §. 2, 4.
 2) *quos officia sint?* §. 5, 7, 3) *quodnam*
requisicum horum prætorium? §. 8, 19, 4) *quomodo*
pactis possunt? §. 20, 22.

§. II.

Quæritur, quam obligationem pacta
 producant? ad id vero respondere non li-
 cet, nisi pactorum præmittamus definitio-
 nem. *Pactum* igitur est duorum plurium-
 ve in idem placitum consensus, obliga-
 tionis vel introducendæ, vel solvendæ, vel
 utriusque eadè iñtus. *EA consensus;*
 quidquid agimus, agimus vel Impetia le-
 gis, vel sponte, seu libere; sponte quod
 æquimus, agimus volentes; ergo si vult
 alter, ut agamus aliquid, ad id non

G 5 se.

tractant SENEC. *de benef. VII.* BOETIUS. *de alienis ingrat.* Idque plerique negant: et eo distingue denuo inter ingratitude[m] simplicem, & atrocem: illa non dabit actionem, quia est officium imperfectum, gratum esse; hæc dabit, maxime si legibus præcepta. Sic e. g. leges civiles dant actionem adversus liberos alimenta denegantes quæ est ex ingratitude; eadem dant actionem adversus liberum ingratum, ut revertatur in servitium. Quin & simplex, si legibus præcepta, dat actionem, e. g. si quis patrem senem & indiguum domum suam recipere velit. Conf. THOMAS. *Jurisp. publicæ. divin. II. 6. 23.*

CAPUT IX

De Officio pacificiorum.

§. I.

UT de connexionione constet, sciendum est, pertractatis adhuc officiis absolutis, tam perfectis, quam imperfectis, sequi debere officia hypothetica. Sed intermiscuit auctor doctrinam *de pactis*, quia officia hypothetica supponunt instituta humana, sermonem, dominium, rerum pretium, & rem publicam. Hæc auctor omnia pactis introducta tenet. Negat equidem TITUS, verum id esse, quia nunquam homines convenerint, ut sermo-

nem,

nem, dominium, &c. introducerent, sed hæc omnia ex consuetudine esse contenta. Verum hæc non repugnant; præcipi, qui hæc invenerant, mortales non aliter id facere poterunt, quam per pacta, ex gr. convenire debuit inter proci lassas, quod velint hoc animal bovem, illud felle[m], illud camelum appellare; conveniri debuit inter famias, quod quisque occupator sit, id in ejus dominio ferre, &c. id vero postea alii probarunt & imitari sunt, itaque ita res abiit in consuetudinem. Quidquid sit de connexionione, utilissimum sane est hoc caput, quia pactis ferre totum humanum genus conservatur, quibus sublati & fides, & justitia collabesceret; de his itaque dispiciendum 1) *quam obligationem producant?* §. 2. 2) *quosupplicia sint?* §. 5. 7. 3) *quodnam requisitum rerum prætoriarum?* §. 8. 19. 4) *quomodo pacisci possint?* §. 20. 22.

§. II.

Quæritur, quam obligationem pacta producant? ad id vero respondere non licet, nisi pactorum prætoriarum definitionem. *Pactum* igitur est duorum pluriumve in idem placitum consensus, obligationis vel introducendæ, vel solvendæ, vel utriusque eadilla iñtus. *Est consensus;* quidquid agimus, agimus vel Impetio legis, vel sponte, seu libere; sponte quod æquimus, agimus volentes; ergo si vult alter, ut agamus aliquid, ad id non

G 5 se.

tenemus, nisi & nos velimus; quod dum volunt, est consensus, ergo pactum est consensus. *Datum vel plurimum*; possunt enim innumeri pacifici, e. g. tota res publica pacto conuenerit. *Obligatio vel inuoluntaria*, omne enim pactum aut est obligatorium, ex. gr. si quis alteri promittit certum, aut *liberatorium*, si debitum remittit; aut *mixtum*, si transigit, adeoque pro vetere obligatione novam introducere. Jam facile intelligitur, 1) cur pacta inter homines necessaria sint; 2) quam obligationem producant. Necessaria fuerunt, quia a) officia humanitatis nullam admittunt coactionem, adeoque certus esse non possumus, alterum mihi ea praestitutum, opus ergo est pactis; quibus alter ad ea mihi praestanda devincitur, e. g. indiget aliquis pecunia, cum pauci praestituri essent ex sola humanitate, itaque tam mihi stipulari cogor; b) saepe indigena rebus alienis, eas nec lex, nec Princeps, domino eripere potest; si ergo mihi praestandae sunt, opus mihi est domini consensu, adeoque pacto; c) saepe amicitia & pax inter homines interruptitur; in bello nihil hostis humanitatis exhibet; opus ergo est pactis quibus pax & amicitia reparetur. Eleganter *Isocrates* adversus *Callimachum*: *in foederibus & pactis sanata res est, ut plerumque vel sumi Graecorum, vel barbarorum ea pactis & convitiis transigantur. His enim foederibus, & convitiis agitur, ut per hoc inter nos amicitiam, per hoc cum prius inimicissimos, cum communia bella*

deponimus; hoc una sanctorum communis bono homines nec nos desistimus.

§. III. IV.

Nec difficile jam erit demonstrare, *pacta obligationem praestitam producere, mol necessarii servata esse.*

1) Exigit id societas, quam auctor pro principum admittit, nam in la pacis consuetudine. Et tunc dicitur, quomodo pacta servantur; dissolvitur vero, simulac a pactis dilaceratur; hinc *Cicero* ostendit, etiam latantum iocitatem consistere non posse, nisi pacta serventur; 2) si principum amoris supplicamus, illud exigit, ut alios amicos tanquam eos ipsos; ergo, quod nobis fieri volumus, & alteri facere debemus: ita nihil magis doctus, quam ubi pacta nobis non iuvant, ergo nec nos ea violare debemus. Notum est, Romanos pactis non tribuere obligationem civilem, indeque provenientem actionem; unde quiri potest, an idem jus natura servatur? *CONRADI COMENIENSIS. Jura civilia. lib. V. cap. 2. id demostretur connotat, sequentibus usus argumenta, a) culpam esse, credere promittit sine causa; promittite eam causa, esse contrahere; culpam ergo esse, non contrahere sed solo pacto consistere; h) pacta saepe ea silentatione profecti;*

Regis, crede mihi, res est, promittite vultis;

fontis ergo hominum imminere periculum, si pactis obligatio perfecta tribuatur; c) nihil relinqui libertati, si pacta

omnia necessitate servanda. Sed respondeatur, 1) *CONTRACTUS* viximus ingredi, quam *IUS ROMANUM* hi enim pactis tantum obligationem civilem negabat, & concedebant, pacta obligare naturaliter; at hic ne naturalem quidem obligationem relinquit; 2) omnia *CONTRACTUS* argumenta esse frivola; 2) culpa est, fidere homini sine causa pollicenti, sed multo majore culpa, immo dolus, promittere, quæ præstare nolis; illa est impudentia, hæc perfidia. An jus naturæ dolo avertat? hoc contradictionem in adjecto involveret; b) alienationis causa promittere, quæ præstare nolis, est dolus, adeoque & hic respondendum, quod ad argumentum 1. Nec obstat, periculum inde raminere fortunis, hoc enim non est ab eo, cui promissum, sed ab ipso promittente; damnum, quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur; c) liberalitati tantumdem relinquitur, quin non relinquendum est ex mente *CONTRACTUS*, si pacta non obligarent. Nam etiam valde sunt pacta, tamen & sine pacto possum donare, beneficia præstare, & alteri quævis officia humanitatis exhibere; 2) potius dicendum, liberalitati nihil relictum iri, si pacta non obligarent; nam qui ne ea quidem præstanda præstat, quæ promissæ, quomodo præstiturus est, ad quæ ex promisso non tenetur? 3) hæc doctrinam vere tollere omnem fidem humanam; nam *fidem est*, inquit *CASSIUS*, cum sit id, quod dicitur, jam illa fides nititur aut pacto, aut contractu, quia discrimen inter pacta

& con-

De Officiis pacificiorum.

& contractus jus naturæ ignorat, illudque ex mente *CONTRACTUS* jure naturæ non obligat nec contractu, quia discrimen inter pactum & contractus jus naturæ ignorat, illudque ex solo jure civili est, ergo jure naturæ plane ipsa erit fides.

S. V.

Quotuplicia sunt pacta, ostenditur paragraphis sequentibus. Supra vidimus divisionem in pacta obligatoria, liberatoria, & mixta, sed cum auctor omisit. Hinc prima divisio est, quod pacta sint vel *mutuata*, quæ non sunt, quando fidem damus per actum solvitur, (id enim nunquam potest fieri), sed quando omnes tantum obligatur, alter nullam obligationem in se accipit, ex. gr. donatio, promissio, mutuum; v. *mutuata*, quando duo plures se sibi invicem recipere obligant, e. g. sponsalia, permutatio, transactio. Simile quid contingit in foederibus: nam ea solent cum appello, ita ut potentior promittat subsidia, et pressus nulli promittat, ex. gr. Imperator cum republica *Raguzensi* seu *Epidaurica*, Aliquando foederibus ubi reciproce mutua auxilia promittunt, veluti hodie Galli, *Sahardi*, *Hispani*.

S. VI. VII.

Deinde auctor pacta vel promissiones dividit in *perfectas*, quibus non solum obligati volumus, sed & alteri jus damus. Illud, quod promissimus, a nobis exigendi, e. g. debitor promittit, se solum: in

impofitad, quibus quidem oblixi volumus, fed alteri tamen non ideo ita im jus est, id, quod promiffum, exigendi, e. g. honorationes amicorum, promiffa potentiam paritorum. Sed hae doctrina minus est adcurata; nam imperfecti vocantur, aut quis ejusmodi promiffiones non obligam civiliter, aut quia executio difficilis est, e. g. in promiffis potentum; si postea, obligatio tamen est perfecta. Quamvis enim inter homines deit executio, quia iudicem non habent; Deus tamen, tanquam auctor juris naturae, poenas exiget a legem violantibus. Priore sententia omnes promiffiones producant jus perfectum; est enim officii absoluti perfectum: *passa sunt servanda*, jubet haec lex, jubet regula iuris, quod tibi non vis fieri, alteri ne faceris. Itaque dicendum potius: *omnis passio pura, serio, ex deliberato animo inita, perfectam producat obligatorem*, quamvis per accidens fieri possit, ut exitum non habeat. Dicimus: *passio pura inita*; nam si tacitam in se continent conditionem, non existente conditione non obligare possent; tales sunt promiffiones amicorum & paritorum, ego te promittam tibi, ego te ex his verbis expediam, scilicet, si Princeps potest persuaderi, si apud eris officio publico, si poterit, *Serio inita*; alias enim deit consensus: hinc facile patet, si ioco quis pollicetur nuptias, divitias, &c. nullam inde ascei obligationem. *Deliberato animo*; ergo supra ostendimus, non obligare promiffa ebriorum; quia consensus

deest;

deest; imputantur quidem ebriis adiones necessariae, non voluntariae; et minima, non facta & promiffiones, cap. 5. 11. *Per accidens*; e. g. si conveniri promittens non possit, quia non habet superiorem, e. g. si rex quod promiffit; si prudentia enim convenire dissuadeat, e. g. si potentes, ministri auctores promittent, si quis ante permissum promiffum non habeat heredem vel instructorem, a quo peti possit. Si rem ita concipimus, plane non opus est divisione illa in promiffa, & facta perfecta & imperfecta.

§. VIII.

Tertia pars capituli agit de primariis palli requisitis, quae sunt 1) *consensus*, §. 8. 16. 2) *rei possibilis*, §. 17. 18. 3) *libera de re dispositio*, §. 19. Requiritur consensus, ob definitionem, quia est *duplex* vel plurimum in idem placitum consensus. *Rei possibilis*, quia obligationem de dando vel faciendo vel introduco, vel tollo, vel utamque facio, dare vero vel facere non potest, quod mihi possibile non est, immo de quo libere disponere non possum, unde & tertium requisitum est evidens. Per *consensum* intelligamus duorum vel plurimum voluntatum convenientiam in re, de qua agitur, e. g. rem volo emere, alter vult mihi emendam dare, ego pretium continuo 10. aureorum, ille mihi dare vult pro 10. aureis. Ex ea definitione patet, *consensum debere esse* 1) *de voluntate*, §. 9. 2) *reum*, §. 10. 11. 3) *mutuum*, §. 16.

§. IX.

Consensum oportet esse declaratum ; cum enim consilium in convenientia voluntatum, alter autem alterius voluntatem perspicere non possit, consequens est, ut signis quibusdam alteri intellegere, adeoque declarari debeat : jam cum declaratio illa fiat signis, ea vel in verbis, sive scriptis, sive ore prolatis, sive in factis consistunt. Si prius, consensus vocatur *expressus*, e. g. si quis ore interrogat, dabit, alter respondeat, dabit, vel si mercator ad alterum Lipsiensem scribit, rogatque, ut sibi tot pondus optimi cinamomi pro tanto pretio mittere velit, & alter rescribit, se missurum ; si posterius, consensus erit *tacitus*, ergo hic semper presupponit factum ex quibus immediate & apodictice colligi possit, alterum consentire. Talia sunt 1) ex more & consuetudine nutus, quemadmodum confessio capitis pro declaratione dissentis habetur ; itemque consensus indicatur dicitur dextra, fidei pignus, nec non silentium ; plerumque enim qui tacet, consentit, quia non contradicit ; plerumque inquam ; nam saepe quis ex indignatione & contemptu tacet. In aliis Principes tacent, ubi nec concedere, nec indulgere volunt : unde frequens in aula proverbium : nulla responsio responsionis locum est ; 2) ex conventionione consuetudinum, ex. gr. qui hoc sensitus in hanc, qui alia omnia in illam partem discedere, qua sensitus, ex. gr. apud Casacos projectio pileorum ; 3) ex presumptione, e. gr. ex red-

ditione chirographi colligitur remissio dediti, L. 2. D. de pasc. ex redditione pignoris remissio pignoris ; ex continuata habitatione & usu rei tacita reconductio. Adhibenda tamen quaedam observantia ; a) signa debere esse voluntaria ; hinc stolidus quis colligere, senem hunc noluisse accipere solutionem, quia caput qualitate, cum caput senio tremuerit. Ludimagister moribundum interrogabat, an filium heredem instituat addebat, illum annuisse, cum moriens caput submitteret ; b) facta non debere habere aliam rationem ; nam h constat de alia ratione, frustra inde elicitur consensus tacitus, ex. g. si redorem debitori meo chirographum, ut defectus suppleatur, frustra hic diceret, sibi remissum esse debitum ; si debitori pignus commodarem, ut eo die nuptialis utatur, frustra hic inde probaret, sibi a me remissum esse jus pignoris ; denique si quis migrare volens inquilini utensilia remeret, frustra diceret, inquilino relicta esse res domini ; c) non confundendum esse consensum tacitum & presumptum ; ille ut verus, hic contra fictus ; ille supponit subiectum habile ; qui enim non potest consentire expresse, is nec tacite potest ; ac presumptum potest & locum habere in iuncto, infante, absente, ignorante, qui nec expresse, nec tacite consentire potest. Eravit hunc errorem Puffendorfus de iur. nat. et gent. lib. 12. cap. 6 ubi turelam ex consensu tacito pupilli repetit ; illum agnosci jure naturae, hunc civile

162. Lib. I. Cap. IX.
untum, & quidem in omnibus quasi con-
tractibus.

§. X.

Consensum oportet esse verum; ex de-
finitione autem supra §. 8. data patet, ve-
rum illum esse non posse, nisi quis i) in-
telligat, qua de re agatur, ejusque dili-
gentiam idem habeat; hinc non convenit
Jacobus & Labanus, cum ille de Rachele,
hic de Lea lentiret; 2) liberam volunta-
tem habeat, ut in idem, quod alteri pla-
cet, appetitus fieri possit, adeoque non
convenit Carolus V. Imperator, &
Franciscus I. Rex Galliarum, cum hic petens
Mediolanum a Carolo per Galliam iter fa-
cienti responderet, quod vult frater meus
& ego volo. Ex hoc principio patet, con-
sensum verum impedire 1) *furiosum, dnu-
tiam, insaniam, ebrietatem*, §. 10. 11.
2) *erratum*, §. 12. 3) *dolum*, §. 13. 4) *ma-
lum*, §. 14. 15.

De furore, amentia, infantia nullum est
dubium, cum usu rationis destituantur;
quomodo vero consentiant in id, quod
non intelligunt? an de ebriis res alio-
ius indignis videri possent. Quamvis enim &
hi rem non intelligant, adeoque consen-
sente non possint, tamen hec ignorantia est
in se quidem, sed non in sua culpa in-
voluntaria; culpa plerumque sua in hunc
statum inciderunt. Sed 1) distinguendum
inter ebrietatem involuntariam & volun-
tariam: in illa non obligatur quisquam,
quia sine culpa contracta, in hac obliga-
tur. Distinguendum demum 2) an sit mo-
dica,

De Officiis beneficiorum. 163

dica, an summa: illa non impedit, quo-
minus quis sciat, quid agat, adeoque ob-
ligatur, si pactus est, qua consentit. Hinc
gentium mos de publicis privatique ne-
gotiis inter pocula agendi i. fuit hic mos
Germanis quoque. Tacit. *de morib. Germ.*
Persis, Atheniensibus, *Quar. VII. 4.* Con-
tra si summa sit ebrietas, distinguendum,
an actio sit necessaria, legibus prohibita,
vel precepta, an arbitraria: priore casu
obligatur consentiens e. g. delinquens, pos-
teriori non obligatur. Ratio discrimina
est, a) quia posteriore casu agere & non
agere potui salva lege, priore non potui;
b) priore casu actus fuit sollicitus, poste-
riori aliter mecum contraxit. Id vero dum
eris, aut ipse sobrius scivit, me ebrium
esse, vel ipse quoque ebrius fuit: si prius,
ipse in dolo fuit, adeoque fructum ex sua
malitia capere non debebit, sin posteriori,
natus consentit, adeoque nullum iniuriam
est pactum. Eleganter Flandrorum con-
suetudinem refert Nic. Bussano, in *profer.*
consuetudinem Flandrarum de contractibus
in taberna vinaria contractis, recedere
nempe iis licere ante meridiem subsequen-
tis diei.

§. XI.

Cum consensus sit, *insaniam* impedire
consensum §. 10. querit auctor, quo us-
que ea duret, & quando pubes fiat ho-
mo? recte respondet, hoc definiti in iure
naturali non posse, huc enim requirit pro-
positiones mere universales, & qua iuri
generi humana applicari possint. Talis au-
tem

tem proposito hic inventi non potest, 1) quia alii citius, alii tardius propter temperamentum corporis adolefcunt; 2) quia in quibusdam irgenita precocius, in quibusdam tardius; 3) quia & climora hic discrimen aliquod faciunt, ac potissimum 4) educatio efficit, ut quidam reliquis sapiant citius. Antiqui philolophi & mathematici imprimis gerethiici ab ætate pueri didicerunt, singulis septenis annis corpora, ætionis mentes quasdam mutationes subire, hinc pleraque gentes hinc annos climatæricos pro principio sumebant.

Hinc Romani ætatem pubertatis 14. plenam pubertatem anno 18. infantiam anno 7. finiri statuerunt. Sæones quoque anno 21. finiri minoræmritatem, 3. e. anno climatærico 3. Sed hoc principium quoque, quod latius deduxit Cæsonius *in die natali*, & indemonstrabile est, & suas pariter in hominibus exceptiones, hæque nihil superest, quam 1) ut vel ex animo, vel ex mentis acumine ipso corporis habitu iudicetur, an quis ad consentiendum habilis sit, vel 2) imperantes in statu civili annos definiant, quod & ubique fieri, factumque esse novimus. Ceterum & hoc fundamentum est, ex quo 1) tutelam esse juris naturalis colligimus: cum enim pleraque expendantur in vita pactis, illique carere non possumus (§. 2) ad pacta requiritur consensus verus (§. 12.), is verò ab impuberibus exspectari non potest, consequens est, ut alii contentum suppleant,

se sic sunt pupillorum tutores; 2) ex eodem fundamento colligimus, æquissimum esse siue tutelam, siue curatellam furiosorum, arrencium, similibusque personarum miserabilium ob eandem rationem; 3) utroque casu prærogativam merito concedendam esse propinquis, amicis, cognatis. Cum enim aliorum consulere commodis supponat amorem, amor autem quam maxime cadat in propinquos, his prærogativa ceteris paribus merito conceditur; 4) tutores; hos merito ex omnia agere, quæ ipse pupillus agere nequit, adeoque eorum nomine pacisci, administrare, &c. 5) eosdem administrare tamdiu, quamdiu durat causa, cessare vero ea, cessare quoque tutelam; 6) si ita tutela merito potest rationem, ad eam enim restrictus est, quicumque res alienas administrat.

XII.

Consensus quoque obstat error, quem supra definitivum discrepantium idcirco ab objecto: si discrepant idem ab objecto, de alio objecto cogito, quam quod revera id est: ergo non consensus; e. g. Jacobus, dum Liam duxit pro Rachæle, non contentusse dici potest. At facile tamen patet, non omnem errorem pactum vitare: primo enim supra vidimus, errorem esse, vel vitabilem, vel invitabilem; invitabilem errorem omnem impedit consensus, dubio caret, ergo ejusmodi pactum non valet, e. g. si quis morbosum animal pro sano emerit; vincibile vel diffidens deprehenditur, adeoque merito consensus impeditur,

e. g. si quis rei gemmarum imperitus ad-
amantem accidentalem pro orientali eme-
rit, vel facile deprehendi aut evitari po-
tuisset, & tunc consensum non impedit.
Re vera enim consentit, qui, dum erro-
rem evitate percipisset, rem diligentius ex-
plorare voluisset. itaque hic regula est.

error in dubio nocere debet erranti.

Gemmarum elegantem: *Utrum de Augur. nichil
ambigat, sicut de Benefic. nos.* Sed cum di-
cimus in dubio, ea natura erroris & con-
sensus iudicandum de exceptionibus; tales
auctor tres tradit, cum regulas tradere de-
buisset: a) quoties aliquis tanquam con-
ditionem imponimus, ea deficiente con-
sensisse non videmur, e. g. promissa ma-
trimonium, si doctus fueris; b) si in er-
rorem lucrum impulsus ad contrahendum,
re integra premitere licet; hoc falsum, quia
licet erraveris, mea tamen culpa est. in
dubio autem error nocere debet erranti;
c) ubi circa ipsam rem, eiusque substan-
tiam errorum, error merito consensum im-
pedire videtur, non, si error circa accidenta-
les, e. g. si quis aureum putans horolo-
gium inauratum emat, non consentit, sed
a Titio emitit, cum vellet emere a Cajo,
consentit, potestque ratum est. Ita auctor
suo more sine fundamento. Nos excep-
tiones accuratius ita concipere possumus: *quis
quis error est officium, non tamen erroris quo-
dam conceptum rationem, licet.*

§. XIII.

Impedit potius consensum dolus, qui est
proposuit alterius in errorem inducendi,
qui

qui illi detrimentum inferat; dolus hic vel
est a) a paciente, & tunc non obligatur
deceptus, 1) quia re vera non consentit,
2) alter versatus in delicto, cui iura non
adhibent; b) a tertio, & tunc etiam qui-
dem non consentit, sed delictum non est
penes eum, quocum pactus sum, ergo hic
tunc non licet, adeoque nulla causa est a
pacto vel contractu discedendi; ac postquam
tertium illum, qui me decipit, convenire
in id, quod interest. Hinc non difficile est
iudicare de regulis auctoris. Prima est ve-
ritas, dolus enim a tertio adhibitus ne-
mini potest imputari, nisi doloso: secun-
da itidem restrictissime se habet, nam dolo-
sus nature non assidit, nec quisquam de-
bet ex malitia sua fructum capere; 3) di-
stinctionem inter dolum causam contractui
damnum & incidentem ius Romanum inve-
nit, ad eoque non est juris natura, & hinc
regula hac superflua est, & ad secundam
potest referri; 4) ultima regula plane non
pertinet ad dolum, sed ad errorem potius
in accidentalibus, inestque vera est per ea,
quae §. 12. diximus.

§. XIV. XV.

Quarta causa impediens consensum est
metus, de quo tamen auctor eodem fere
modo philosophatur, ac de dolo, id est,
concluse admodum. Primo aut, metum ac-
cipi dupliciter, vel 1) pro suspitione pro-
babili, fore, ut ab altero decipiamur, aut
2) pro vehementi animi terrore, orto ex
alterius vi & iniuncto malo; nam e. g. qui
non

non sine insigni suspitione gemmas ab ignoto emit, metuit, & cæcis armis intratatus a latrone, eidem metuit. Deinde de utroque genere metus dat regulas, de primo agit §. 14.

- 1) Qui confidit alterius promissis, cui parum fides est, passum impugnavit ut quis.
- 2) Si passum jam incam, ob solam suspitionem metus ab eo resistere non possum.
- 3) Si in via passu remansit iudicia, ut mihi, si ex mea parte promissis fectus, illudat, jura exigere possum rationem.

Similes regulas dat deinde §. 15. de meto, qui ex alterius vi oritur. Sed multa se habet & in tota hac doctrina male habent; nam

- 1) suspicia de dolo non est metus, quia suspicio est conjectura vergens in desertorem patrem, conjectura autem ad intellectum, non ad voluntatem pertinet; 2) iustificet auctor regulas prudentiæ & de iusto, ad solam tamen prudentiam pertinet regula §. 14. Nos itaque distinguimus inter metum leviori & majori vi extortum. Terror Panicus neminem ab obligatione liberat, quia vanus est, & ratio ei facile resistere potuisset: ac si atrocior vis, talisque sit metus, qui se in virtum constantem cadit, distinguendum est, siue alteri jus cogendi, an non? priori casu pactum validum est, posteriore non. Rationes sunt a) quia obligatio & jus sunt correlata; ubi

ubi ergo ex una parte jus non fuit cogendi, ubi ex altera parte non est obligatio; b) si prestandum esset latroni, quod coactus promissit, nasceretur inde absurdum, eum premium exigere posse, quod nec non occidit. Eleganter HOZATIUS, *Epist. l. 16. v. 66. sequi.*

*Nec furiam fieri, nec fugi, si mihi dicas
Sertius: habes pretium, loris non arvis,
suo.*

*Non hominum occidi: non passus in cruce
corpus.*

Hinc facile patet, cur metus reverentialis secundum reg. 2. §. 10. non liberet ab obligatione. At contra non minus in intellectu facile est, non obligari quemquam ex promissio latroni, qui illud injustissima vi extortit. Inde etiam solvi potest quæstio, an locus exceptioni metus sit adversus patrem & bello sane illa extorta est, adeoque vi & metu; quis ignorat, quantum terrarum pace Ultrajectina & Rastadiensis cessanti peracta: sed bellum est medium justum cogendi liberam gentem, adeoque idem, quod actio in re publica, ergo proculdubio valet pactum vel transactio, ad quam adversarium actione iudiciali iustura adegerim; ita valet etiam pax, ad quam quis bello coactus est. Obijciat, posse esse bellum injustissimum? R. sp. ac alterum id negare, idque pro iusto habere; jam in mundo non est iudex, qui pro uno vel altero posse arbitrarere, ergo premitur bellum iustum fuisse, adeoque & p. cem incum valide obligate, Conf. GUNNING. de *Epist. met. Abad.*

Hinc. et Off. l. 1. v. 6. G. 1. 1. 1. 1. 1.

ergo, si princeps a subditis carcere cogitur ad aliquid promittendum, e. g. Maria, regina Scotiae, in carcere cassetat h. n. 13. menses nam regnum; id pactum pollicetur Scotiae proceres iterum pronuntiant. Vid. *Comes. ad actum 1564. Truaxii, Hist. lib. XIII. an eund. ann.*

§. XVI.

Diximus, consensum debere esse declarationem & verum: at debet etiam esse mutuum, quia *passum* est donum vel plarium in idem plarium consensus. Ex eo patet, in omni pacto esse debere promissum & acceptationem: eorum utrumque in pactis unilateralibus est simplex, e. g. Titius mihi donat librum, ego accepto; in bilateralibus contra utrumque & promissum & acceptatio occurrunt, e. g. venditor promittit rei traditionem, emitto acceptat; emitto promittit pretium, venditor acceptat. Praeterea etiam acceptatio tacita sufficit, modo quis non contrahat, e. g. si quis donandi geste testatur, sibi donationem gratam esse; aliquando etiam praesumitur acceptatio ex antecedente rogatione, e. g. rogas quis centum sibi munitum dari, ego promitto, nulla hic opus est nova acceptatione, quia illa jam in antecedente facta est. In iure civili & ecclesiastico quaedam promissa occurrunt, quae sine subsequente acceptatione valere dicuntur, sicutum *pollicitatio*, si quis rei publicae vel civitati aliquid ex iusta causa promittit; ad id enim promittens tenetur, quamvis nemo nomine rei publicae acceptat, e. g. si quis pollicetur sibi, se mania refectorium suis sumi-

luribus. Vid. *est. D. de pollicis. de sumo* quando Deo quid promissum, e. g. si qui equis. Enim vero negatur, alterutrum sine acceptatione esse, pollicitationem enim ut nullum pro re publica acceptavit legislator. dum sege cavet, pollicitationem ejusmodi esse adimplendam. Et Deus proculdubio quoque acceptat promissum sibi ab homine factum, adeoque perfidus est, qui non tenet verum. Ex eo vero principio facile patet, quoniam demum vnta id nomen mereantur? Respond. quaecumque acceptavit Deus; acceptare autem nec vult, nec tenet, quae ipsius legi, relictum, rationi rejuvant, acceptat ergo vntum poenitentiae, precum, virtutum, non autem acceptat promissum vntum *placit. de illis. multum*

§. XVII. XVII.

Habemus primum pactorum requisitum: sequitur alterum, *rei possibilitas*. Cum enim in consensu de obligatione introducenda vel tollenda; utroque vero casu aliquid dari, faciendum, resistendum, ve sic. cons. *de oblig. si obligatio, si quid dari, fieri, removere nequeat, e. g. si res, de qua pactus sum, quamque promisi, sit impossibilis. Impossibile est, quidquid fieri non potest: ut aliquid non possit esse causa sunt impedimenta: ea vel sunt a natura, vel a lege; si a natura, dicitur esse aliquid impossibile physice, e. g. unum utroque sine lege, impossibile aliquid est moraliter, e. g. hominem occidere, ha-*

pedimenta potro obijciuntur vel omnibus sine discrimine, tunc aliquid impossibile est absolute vel quibusdam tantum, & tunc impossibile quid est respective, respectu videlicet ejus personæ, quæ quid præstare debebat, e. g. scriptum Sylicum interpretari mihi est impossibile, ac non aliis, alterius scire cogitationes & mihi & aliis impossibile est. Jam facilis quidem regula:

impossibilitate nulla est obligatio.

At cum impossibilitas sit ab impedimento, distinguendum, utrum illud ab ipso promittente sit, an a tertio, an a natura vel lege.

1) Si a promittente ipso, regula erit: *impossibilitas præstationis a culpa ipsius promittentis non ab obligatione non liberat*, e. g. non liberat obrepta impossibilitas debitorem, qui bona obligavit. 2) Si a tertio, tunc non quidem tenetur promittens, sed tamen is, qui impedivit, e. g. commodatarius equi non tenetur, si a fure subtrahatur, ac fur tenetur.

3) Si denique a natura vel lege, non tenetur promittens, e. g. promittens Salam se exhibiturum, vel hominem occisurum, non tenetur. Objici possit, ac in culpa esse, qui tale quid promittit? Resp. in culpa quoque pari esse, qui tale promissum accepit.

Accedit, quod vere non adeit consensus in præstationem, sed in non præstationem; aut insaniverunt, aut jactati sunt, qui contracterunt in aliquid impossibile. Ex eo ergo patet, ex promissis quoque impossibili moraliter nullam nasci obligationem, adeoque

1) nec promittentem rem teneri præstare, dupliciter enim peccaret, si fidem servaret;

2) nec

3) nec eum posse promissum præmium exigere; 3) nec præstantem minus conveniri posse ad præmium repetendum; 4) nec qui promissum prædicit, peccare posse in demeritatem, sed 5) Deo obligatos esse ad prænam. Contradictio enim est, levis aliquid prohibere, & aliquem tamen coartare ad factum lege prohibendum.

XIX.

Tertium denique pactorum requisitum est *libera de re dispositio*. Ex eo patet,

1) pupillum vel in patria, vel in dominica potestate constitutum nihil posse pro-

mutere; 2) circa rem alienam neminem esse posse liberalem; 3) posse tamen aliquem promittere circa rem alienam a) *divergentiam*, qua adhibita & probata tunc liberatur; b) *indemnitatem*, c) *ipsam*.

Si persona suæ potestati subjecta est, e. g. promittit quis, filium suum alterius

in ædium; 4) non posse nec aliquid promittere, in quo alter jam habet jus

quæsitum, e. g. non potest nova sponsa inire, qui jam alii fidem dedit de matrimonio. Conf. Haxii *Disq. de obligatione alium duntaxat servandam*. Et

hactenus vera est regula, qui prior tempore, potior jure est. Objici possit,

tempore tamen posterius pactum valere & derogare priori? Resp. distinguendum, utrum idem, qui antea pacti sunt, inter se de novo pacteantur, an de novo quis pacteatur cum tertio; prioris casu pactum posterius est potius prioris; posterioris casu qui prior est tempore, potior jure,

Deinde distinguendum est inter jus naturæ & civile; regulas juris naturæ jam vidimus; jure civili distinguitur inter jus in re, & ad rem, & illud præferitur, hinc e. g. si prior erit, alteri prius traditum, hinc jus est potius, quia per traditionem consequitur jus in re.

§. XX.

Supereft ultima pars capituli, in qua distinguitur, quæ multiplici modo pacificè possunt? Resp. 1) vel pura, vel sub conditione, §. 20. 2) vel per se, vel per alios, §. 21. deinde subnectitur transitio ad caput sequens, §. 22.

Pacificimus pura, quoties nullam circumstantiam futuram adijcimus; ex die, vel in diem, quoties adijcimus circumstantiam temporis; sub conditione, quoties aliam adijcimus circumstantiam. Est ergo conditio adjectio circumstantiæ eam in hanc, ut status imperfectus ab ejus evenu suspendatur, perfectus eo resolvatur, e. g. vendam tibi aedes pro 1000. si hac hieme nemo plus obtulerit, est conditio suspensiva; reddo tibi aedes pro 1000. sed reddas eas, si quis hac hieme plus obtulerit, est conditio resolutiva. Conditionem vulgo dividunt in *possibilem* & *impossibilem*, sed re vera conditio impossibilis ne conditio quidem est, quia actum nec suspendit, nec resolvit. *Possibile* demum sunt vel *potestativa*, quæ in naturali potestate sunt, e. g. dabo 100. si studium juris elegeris; *casuales*, quæ a providentiâ divini pendunt, e. g. dabo 100. si cras navis redierit; *mixtas*, quæ a providentiâ divini & cetero respectu

a meo arbitrio pendente, e. g. dabo 100. si Meviam uxorem duxeris. Ea vero quidem quodam modo sunt, nisi quod vix ulla est potestativa conditio, cum nulla cadant inter calicem supremæque labræ. At in jure naturæ non habent usum, ac ne in jure quidem civili habent usum in doctrina de pactis, sed in ultimis voluntatibus. Regule potius observandæ.

1. Promissa pura statim obligant, ac præmissa statim fieri possunt, leges tamen civiles plerumque concedunt suspitum laxamentum.

II. Promissa ex die vel in diem debentur a certo tempore, vel ad certum tempus; Ergo jus naturæ ignorat subtilitates juris civilis, quo promissa in diem perpetuantur, & exceptione excluduntur.

III. Promissa sub conditione possibili suspensiva non obligant, nisi existant conditiones.

IV. Pacta sub conditione possibili resolutiva inter districte servanda existunt conditiones.

V. Pacta sub conditione impossibili iniviam insensum est, seu physice impossibilia seu nec sine moralibus. Aenoicit hanc regulam etiam jus civile, at in ultimis voluntatibus aliter se res habet, ubi conditio impossibilis pro non adjecta habetur. Ratio discriminis est, quia in conditionem impossibilem heres vel legatarius non consentit, adeoque vel jactans est, vel non satis sanus fuit.

VI. Non implentur conditiones impossibiles per cavillationem. CORN. NEP. MILICHO. cap. 2.

§. XXI.

Deinde pacificimur vel per nos ipsos, vel per aliam, cumque vel nullis mandatis instru-

ctum, e. g. si amicus mihi stipuletur 100. hoc pactum non valet iure civili, § 4. *Inst. de inutil. stipul.* ac iure naturæ nulla est ratio, cur valere non debeat, quia alter utilitatem meam promovit, idque ratum habere possum; vel *mandato illustratum*; hoc porro est vel 1) *generale*, ubi omnia relinquo alterius arbitrio, e. g. eme mihi domum; 2) *speciale*, ubi præscribo ipsi omnes circumstantiæ, e. g. qualem, in qua plates, quanti emere debeat. Jam regulæ faciles:

I. *quod alii promissum in utilitatem servitii, servandum est.*

II. *quod egit, qui generale mandatum habuit, ratum habendum, modo delictum non accesserit, sed culpa plane enormis.*

III. *quod pollicetur is, cui speciale mandatum dedit, ratum habere tenetur, si facti mandati non exceperit.*

Quid si minoris emerit? Resp. si res talis, qualem etiam volui, teneor, si nulli mihi ului sit, non teneor. Quid si fines exceperit, an non teneor ad summam tantam concurrentem? Affirmatur, quia sic nullum patior detrimentum, & alter datum leri, quod sua culpa accidit.

§. XXII.

Ultima paragraphus non nisi transitionem ad caput sequens continet. Egimus hæcenus de officiis absoluteis, in quibus imperitium humanum non supponitur; sequi debebant hypothetica, quæ tali imperio nuntiantur. Cum vero plerique ejusmodi iudicia per pacta introducta sint, auctori visum est, præmittere doctrinam de pactis.

Hoc

Hoc absolute jam ad ipsa officia hypothetica progredimur, quarum cum sint quatuor, auctor agit 1) *de forma*, cap. 10. 11. 2) *de admittis*, cap. 12. 13. 3) *de ratione preia*, cap. 14. 15. 16.

CAPUT X.

De Officiis formantium.

§. I.

Primum institutum humanum, ex quo officia hypothetica fluunt, est *sermo*, circa quem auctor duo explere officia: 1) *sermonem significativum*, §. 1. c. -) *circa ejusdem usum*, §. 2. ad fin. Sed neutrum satis intelligitur, nisi præmittatur definitio. *Sermo* est vox articulata ex impositione hominum significans, quamvis sensu distincte cum altero communicamus. *Vox*; hunc sermo non est, quando inter nos aliquid significamus nati, gestibus, umbræque signis. Sic *Mozartus*, *Professor Alderferus*, scripserunt *acti quæ Aristoteles*; i. e. deribus, palato, lingua & gutture in temperata distincta, ut distincta verba prodirent, ergo rati sumus, qualem edunt vocæ, alioque animalia, non est sermo. Atque & animalia distincta quædam vocabula seu voces articulas præferunt, e. g. cucullus, rana. nec in tamen sermo dici potest; hinc additur: *ex impositione hominum significans*; nam ranae voces articulatae nihil significant, nec ex

impofitione hominum; nec ex impofitione
 tantum; at notum tamen est, pſteracium lo-
 qui diſcere, & alias aves diſcere ceteras
 ſententias, e. g. ſalutis Anguſte, credo in
 unum Deum, &c. at nec iſtermo eſt, quom-
 vis ex impoſitione hominum ſignificet;
 additur ergo: *qua ſenſu animi cum aliis
 conuenientibus*; pſteracium vocat aliquando
 coqueret, ſed ſine animo injuriandi, neſcis,
 quid loquatur; homines autem ejuſmodi
 voces articulatas preferunt, ut alii id in-
 telligant, & tamen nullum eſt dubium,
 animalia quoque ſenſa animi ſono indica-
 re. Alium enim ſonum edic canis iratus,
 alium ludibundus, alium dolorem ſentientis
 & timidus, alium frigus ſentientis. At ten-
 eamem corſicite unum, quod additur, ad-
 verbium: *diſtincto*; canis quidem indicat,
 ſe dolorem ſentire, ſed non natus, quid
 dolorem operetur; homo vero diſtincte
 per ſermonem omnes cogitationes, relique
 cauſas & circumſtantias indicat.

Unde dicere poſſumus, plane parallela
 eſſe rationem & ſermonem: illa eſt ſermo
 internus, hic ratio externa ſeu extrinſeca
 ſeſe externa. Quamvis ergo ita recte ſeſe
 habeat deſignationem, vocis tamen iſtiſ articula-
 te loco & aliis ſignis utitur, quæ iſdem
 valent ex impoſitione hominum, quæ ſunt
 1) litteræ vel ſcriptura, 2) vox & quæſ-
 ſatio capitis, 3) manus, pedes, oculi.
 Cum ergo loco ſermonis ſint; regulæ de
 ſermonem & his ſignis recte applicentur. Jam
 facile patet, quæ ſinis ſed non hujus divini
 plane incomparabilis; ſane enim Deus nobis
 ſermo-

ſermonem nec ſui, nec noſtri, nec anima-
 lium aliorum cauſa deſcit; non ſui cauſa,
 quæ cogitationes noſtras ſerit ſine noſtra
 ſermonem; non noſtri cauſa, quia & nos ſine
 ſermonem intelligimus; denique non ſui non
 animalium cauſa, quia hæc nos non intel-
 ligunt; ergo proximi cauſa. Cum ergo
 proximum teneamus amore tanquam nos
 ipſos, necelle eſt, ut ſermonem quoque non
 aliter utamur, quam quemadmodum in ſer-
 monem volumus erga nos proximum noſtrum. Inde
 recte ſermonem colligit regulam: *nomina ſer-
 monem aut aliis ſignis aliam accipere debere.*

§. II.

Jam primum ergo officium circa ſigni-
 ficationem ſermonem facile intelligitur. Ver-
 ba valent ex impoſitione hominum: impo-
 ſitio illa facta primum conſenſu plerumque,
 mox aliter, quæ imitari ſunt, itaque

1. *Quiſque obſeruat eſt ad eam ſigni-
 ficationem vocis tribuendam, qua conſenſu homi-
 num vocabula data eſt; nam a) ad id tenetur
 ex pacto; b) exigat & hoc ſinis ſer-
 monem, quippe inuicem ſeruat, niſi rece-
 pra ſignificatione utat. Elegante Mar-
 cellus apud Suetonium; a) Caſar, civi-
 tatem præs hanc hanc; b) verbi non patet.*

2. *Quiſque vocabula vocatur inter beati-
 tas recepta, & non ſe injuria, ſi eo ſenſu
 accipiantur, qui receptus eſt, e. g. ſi quis
 principem vocet tyrannum, virum in di-
 gnitate conſtitutum barbarum, trulla ſe
 exculare, quod per barbarum intellecta-
 rit extra Græciam natum, per tyrannum
 regem.*

III. *Mutaram significacionem etiam in sermone esse obseruandam.* Verba valent licet nummi, & in aliam plerumque significacionem degenerant. e. g. sur hodie non significat seruum, sed rapacem hominem, obum significabat seruum:

Quid deturini faciant; audens cum talia furere?

IV. *Resistuntur quidem nomenclates esse arbitrarie, sed non tamen posse agere. quæ vocabulorum plane alioquin desine, ac alii humani sermo.* Sic e. g. Plato ideam vocat exemplar veram omnium eo obseruantem; alii philosophi obiectum intellectus proprium. Jam si quis diceret, se intelligere per ideam figuram quatuor lineis inclinatam, nemini quidem fieret injuria, ac parum tamen sapere videretur.

V. *Neuimum alicui studere debet vocabulis nihil significansibus.* Si quis diceret, se vidisse pulcherrimum hircum, Binderet alteri, hirci enim vos nihil est. At re vera tamen homines sapissime vniuersi ejusmodi vocabulis nihil significantibus, e. g. fatum, fortuna, sympathia, antipathia, vis attractiva.

VI. *Si quis iniustitiam vocet tal pluresi non cum ignis, ut eam alteri accuset, & si explicare non possit, non aget fore obare, & vel ignis, vel frigus arguatur.*

Quod ad vltim sermone attinet, ille quoque ex regula supra allata rectissime intelligitur. Cum enim tenet sermone ita uti erga alium, quemadmodum alium eo

ut volo aduersus me, ego vero nolim, ut quis mihi veritatem vel bona verba de-reeget, si habeam vel jus perfectum, vel imperfectum talia exigendi, sane nec ego hæc alii denegare debeo.

Ex quo patet, 1) non ad omnia evulganda quem teneri, quæ cogitar; sic nemo tenetur dicere, quam dives sit, &c. 2) necre aliquando prestatre, quam loqui, e. g. si quis alicui amici non prodit; 3) jure perfectum nos ad veritatem dicendam adstringi, 2) quous alter jus ex pacto habet, eam a me exigendi; sic in specula positus dissimulare non potest hostis aduentum, contrahens non debet dissimulare rei, de qua conuenerit, qualitates; b) quous eom exigie officium, e. g. docens veritatem nec dissimulare, nec contumperere potest; c) quous tranquillitas publica nemio laederetur, e. g. conjurationem aduersus principem vel rem publicam nemo tacere potest; d) quous imperium adest legitimum, vi cuius quis veritatem a me exigere potest, e. g. parentes, magistratus; 4) jure quoque imperfectum a nobis exigi posse veritatem, & verba bona, quous illi non nocet, & alicui prodest, est enim hoc officium humanitatis & benivolæ utilitatis, ad quod nemo non obligatus est; hinc a) salutaris est salutandus; b) tristis solatio erigendus; c) proximus de imminente damno promouendus; d) erranti monstranda via; e) ignorans docendus.

Cum ergo appareat ex antecedentibus, non semper nos obstrictos esse ad serm. amici alteri pandenda, quaerit auctor, 1) an aliquid liceat dissimulare, §. 5. 2) an aliqua verba obsequio, immo quaedam modo ambigua uti liceant, §. 6. Prius hac paragrapho adfirmate non dubitat auctor, sed ex falsa ratione, quia sermo non solum fit inueniens propter alios, sed & propter nos ipsos. Nam si id ita intelligit, quod sermo mihi datus sit, ut verum loquar, id factum est; si serfus est, nobis sermonandis facultatem dedisse Deum, ut utilitatem nostram ea promoveamus, unquamque mendax exculare poterit mendacium. Nos ita procedimus: cogitationes nostras signis cum altero communicamus, id fit vel per sermonem, tunc loqui dicimur, vel per alia signa, inprimis facta, tunc dicimus scribere, annere per diversis tactis, quibus sensus animi prodimus; si sermonem omittimus, vocatur id *conscientia*; si factis nullo animam prodimus, erit hoc *dissimulatio*. Jam licet a pari argumentari: 1) conscientia non est illicita, si alter nec jus perfectum habeat veritatem a me exigendi. (§. 3. 4.) ergo nec dissimulatio illicita, si alter nec jus perfectum, nec imperfectum habeat, ut tertia animi pars; 2) nullum est dubium, quin dissimulatio saepe alterius utilitas promoveatur, & ita quidem, ut alter promovetur nequeat. Sic non venitur medicina in-
 lita, nisi medicus dissimularet, eam ama-

tam

ram esse) non respiciunt fraudes Josephi, nisi amorem aduersus eos dissimularet. Jam cum utilitas proximi sit promovenda tamquam propria, procul dubio & eam dissimulatioe promovere possum.

§. VI.

Paulo majoris momenti altera est quaestio: nam 1) obsecritas & ambiguitas ipsi fieri intentionis repugnat, 2) quia loqui, si non intelligaris, est actus frustrareus, h) ambiguitas aures peccat contra regulam, quam supra de significatione verborum dedimus. Cracelam Delphicum jubebat mutis lignis muniri: quis unquam audivit inter homines, mutos lignens vocari naves; 2) quia ejusmodi ambiguitas & obsecritas plerumque alterum in errorem inducit, in errorem autem alterum inducere est contra amorem proximi. Etenim veto res paulo alius eridenda. Sermo semper ad alterius utilitatem veram adtemperandus, id enim exigit amor: cum veto saepe aliter non possum utilitatem proximi promovere, quam si sermonem obsecrum vel ambiguum utar, proinde aliter inde hinc.

1. *Utilem est formam obsecro, ambiguitas, obsecritas, parabolico uti, quibus tunc alterius utilitatem promovemus.* Sic pueris narramus fabulas, sic usidem utebatur Escor. Puerus, Fab. III. prolog. 34. 7.

Scriturus obsecro,

Quis, qui volubor, non anachor dicitur,
 Adfessus propriis in fribus transillis,
 Calumniamque sibi elusus peris.

Cui.

Christus ipse usus est parabolis, quia nudam veritatem ferre nondum poterat. Pythagoræ symbola eundem habuit finem. Deinde si ad me respiciam, non tantum sum obligatus ad proximum magis, quam me ipsum amandum, itaque procedere me innocentem nunquam cogor, si aliter nec jus perfectum, nec imperfectum habet; mihi innocenti nocendi; sine

II. Quoties in periculo versari iustitiam, et aliter nec perfectum, nec imperfectum jus habet nobis nocendi, ego tamen sine periculo nocere non possum, utiis vitio vestri non potest, si formata vel obfusca, vel ambigua veritas. Athanasium injuste persequatur Julianus apostata, fugit ergo in naviculam, relictis vestibus: mitti equites, qui eum e fuga retraherent; illi raviculum stare iusserunt, & ex Athansio quæsiiverunt, nosse Athansium respondit, se nosse tam bene ac se ipsum. An non hac via fugerit? Resp. fugisse; an procul hinc abest? immo non procul, inquit. Ambigua hæc sunt, quis veteri vitio veritas vitio optimo, quod non candidè dixerit, se esse Athansium?

§. VII.

Jam facile patet, quid sit veritas? §. 7. quid mendacium? §. 8. quia falsilogium) §. 9. ic. Veritas accipitur ve. in falsis 1) metaphisica, quando in re est essentia, quæ rei illi competit, e. g. hoc est verum aurum, hic est verus homo; hæc nec veritas est, nec vitium, sed attributum iudiciale, quod a nobis plane non pendet,

2) vel

3) vel in sensu logica, & tunc est convenientia ideæ cum objecto; hæc est perfectio intellectus, adeoque nec vitium, nec vitium, quia hæc semper in voluntate fit; 2) in sensu morali; & tunc est convenientia sermonis, aliorumque signorum exteriorum cum animi cogitationibus; hæc quoque non semper vitium, immo aliquando vitium est, e. g. si amici secreta prodò, vera loquor, ac peccatamen: contra qui tacet, amici cogitationes non communicat, & tamen plerumque recte & sapienter agit. Ita distinguenda veritas a veracitate: illa est res in se habens & jam definita; hæc semper vitium est, ac ita definita potest, quod sit vitium, quia quæ animi cogitationes sine simulatione ac dissimulatione communicat cum illo, qui jus vel perfectum habet, veritatem ab illo exigendi.

§. VIII.

Ergo facile patet, quid sit mendacium? Hoc non opponitur veritati, sed veracitati, adeoque est vitium, quoniam animi cogitationes suppressit, vel aliter, ac re ipsa comparatur sunt, enunciat ei, qui jus perfectum, vel imperfectum habet, veritatem ab eo exigendi. Ergo 1) mendacium semper est injustum, quia alterius jus perfectum vel imperfectum lædit, adeoque 2) turpe, & 3) poena dignum. Hinc apud Philostratum in vita Apollonii legitur: Iudex philosophos eos, qui lenes mentiri, & in mendacio deprehensi fuerint, ab omni bonarum aditu exclusisse, quæ communem homi-

homi-

hominum societatem mentiendo fraudatior; 4) in abstinendo tamen mendacio respiciendum esse ad animum, ex quo promanare; alii enim mentiuntur ex sola levitate animi, vel consuetudine prava; hi se turpiter prostituant; alii ex dolo malo, ut alios decipiant, damnoque officios; hi graviore animadversione digni.

§. IX.

Quid ergo est *falsiloquium*? Resp. esse sermonem cum cogitatione animi non convenientem, quo quis loquitur adversus illum, cui nec jus perfectum, nec imperfectum est veritatem exigendi, e.g. si quis curioso sciscitanti, quantum quis pecunie habeat, respondet, se tam accurate non scire, vel, se hatis divitem esse; falsum loquitur, nec tamen ideo mendax est, quia alter nec perfectum, nec imperfectum jus habet, id ex illo sciscitanti; contra si quis magistratui censum solum ita respondeat, mendax erit. Ergo 1) falsiloquium in se non est injustum; ubi enim alteri non est jus, ibi nec ejus jus laedi potest; 2) illud non in se turpe, sed aliquando laude dignum, e.g. si quis liberos scire noverit divites; 3) adeoque nec poenam mereri; 4) illud nec ex dolo malo proficisci, nec ex levitate animi, sed ex prudentia & sagacitate animi, adeoque nec decipiendi, nec nocendi causa profecti.

X.

Jam ergo facile ostendi poterit differentiam inter mendacium & falsiloquium: 1) omne mendacium est falsiloquium, sed

non omne falsiloquium est mendacium; 2) mendacium opponitur veracitati, falsiloquium veritati morali; 3) cum ergo veritas sit nec vitium, nec vitium, idem dicendum erit de falsiloquio: contra eam veracitas sit virtus, mendacium vitium esse oportet; 4) mendacium semper est contra amorem, adeoque injurium, falsiloquium aliquando ipse amor exigit, ergo justum; 5) mendax amittit omnem fidem; falsiloquio tanto magis creditur, quando apparet, eum non enunciare, quodquid in buccam venit.

C A P U T XI.

De Officio jurantium.

§. I.

Species sermonis est *juramentum*, unde de eo quoque agitur, & quidem consideratur 1) *aspectu*; §. 1. 2) *quid sit circa jurandum*; §. 2. 3) *effectus*; §. 6. 4) *varia species & divisio*; §. 10.

Juramentum, quod omnes gentes profanissimi no fidei pignora habuerunt, recte definitur ab auctore, quod sit 1) *affirmatio*; ergo ubi nihil asseritur, vel saltem tanta adversione dignum occurrit, nec jurandum hoc dici potest, sed levitas, e.g. accepi sietras, me Hercule, amoris & humanitatis; 2) *religiosa*; ergo levitas deum est, non jurandum, si quis jurat per res, quas religiose non veneratur, e.g.

per

per oculos, per animam, per cœlum; 3) qua divina misericordia variamur; id enim sibi volunt verba; ita me Dominus adiuvet, id est, Deus misericors me non adjuvabit, si scilicet pejeravero; 4) et vindictam divinam in nos deprecemur; hoc ex antecedente jam sequitur, non potest enim non sequi vindicta, ubi misericordie non est locus; 5) nisi verum dicamus; ergo conditionalis est hæc interpretatio, adeoque in se non mala, si quis salva conscientia jurat. Observat Tertius ad hanc §. observ. 277. minus aduratam hanc esse definitionem, quin & perjuria quadret; sed parum solida est hæc observatio: nam perjurium etiam est iurjurandum, adeoque & illi quadrare debet definitio. Quod an licita sint iurjuranda? sæpe dubitatum, 1) quis sine confessio perfidie humane; si homines essent virtutis studiosi, & sine iurjurando verum dicerent, jam via ulli etiam jurato credimus, nonne ita commitemur perfidiam humani generis? 2) Christus manifesto prohibuit omne iurjurandum. **MATT. V. 34. omnino non est iurandum,** quod & repetit Jacobus Apostolus. Sed resp. ad 1) hoc argumentum tantum peccat, melius sese habilituras res humanas, si iurjurando non esset opus, sed inde non sequitur, illud illicitum. Melius sese habeat genus humanum, si non indigeremus iudiciis, poenis, bellis, sunt hæc manifesta confessio injulitiae, scelerum, prava cupiditatis hominum, inde tamen non sequitur, ut illicita; ut 2) ex aliis scripturæ locis patet, iurjurandum

iuranda licita esse. Dicit Psalmista, **Ps. XV. 1. Dominus, quis deget in tabernaculo suo? quis in tuo sacro manet in tabernaculo? & paucis interiectis respondet n. 4. qui, quod iuravit alteri, non recusat.** Videmus etiam, ipsum Cuiusdam iurasse: **amos, amon,** quod sanctissimum apud Iudæos erat iurjurandum. Quin & Apostolus dicit in **Epist. ad Heb. VI. 16. omnium conventionum finis est iurjurandum ad rem confirmandam.** Ergo Christus non absolute prohibuit iurjurandum, sed vult, ne temere nullo desistente sponte iuremus. Nos argumentatur; quidquid nec reverentiam erga Deum, nec amorem erga proximum, nec amorem erga nos ipsos violat, illud iure naturæ est licitum, atqui iurjurandum, &c. ergo, &c. Minorem inde probamus, quia non violamus reverentiam nominis, quin potius illam eo ipso testamur ac profitemur, dum invocamus vindictam: nec violamus amorem proximi, quin illum potius eo ipso ex incerto certum reddimus, eique scrupulum eximimus; denique nec amor nostri repugnat iurjurandum, quia non provocamus in nos vindictam pure, sed conditionate, adeoque semper in potestate nostræ est, dicam hanc vindictam evitare. Ejus finis §. 2. forma §. 3. 4. modus illud proficiendi §. 5.

§. II.

Jam quaeritur, quid iustum circa iurjurandum id vero iudicandum est ex fine iurjurandi, qui alius est 1) **respectu eius, cui iuratur,** nempe ad ea magis obstringendum iurantem, ut vel v. ritatem dicat,

dicat, vel promissum præbet. Is finis est iudicis, dum iurjurandum debet testis, in finis Abrahami, dum in verba sua redegit Fleissimum. Rationis est, quia vidimus, iuramentum debere renouari diuinæ misericordiam, & in se provocare vindictam diuinam, si sciers fallere: ac eum neminem præsummat immemor finis esse, ut vel alterum certiore reddat, vel suspitionem a se amoliat, vel ius finem faciat: nam eam iurjurandum vel præbetur de re præteritis; vel futuris; illud præbetur; ut alterum certiore sciam, itemque finis: hæc, ut suspicentem per-tiliz a re amolias, cui de re plura q. uide-
duj. i. copiz.

§. III.

Deinde quaeritur, per quid iurandum? Resp. hoc patet ex definitione: est religiosa obsecratio; ergo non iurandum 1) per res, quas quidem admittimus, sed non religiose colimus; hinc absurda iurjuranda Judæorum per caelum, terram, templum, urbem Hierosolymæ, *Matth. V. 34. XXXIII. 16. seqq. 2)* exempla Socratis per caput, anserem, canem, arbores. Excusant aliqui hæc iurjuranda Socratica, existimantque eum *POPEPUSIO, III. de abstinentia ab iuram.* Socratem iur. se per creatorem capitis, anseris: at hoc verbis repugnat, caput enim non significat creatorem capitis; 3) absurda ergo etiam sunt iurjuranda per res nobis charissimas concepta, e. g. per ani-
 mam,

nam; per oculos, &c. *QUID. Amer. II. 3. 13. seqq.*

*Perque sua illum super iurasse recorder,
 Perque mea oculus; O delicta mei.*

Et *VARGILIOS Aeneid. IX. 700.*

*Per caput hoc iuro, 700 quod pater ante fo-
 lebatur.*

Hinc & Christiani veteres iurare volebant per genium & salutem principum. De-
 lendi quidem quodam modo hæc iurjuranda *SANDERSON, de iuram. abliq. proli. L. 8. a.* sed eodem modo, ut *POPEPUSIO*, sensum nuntium esse, iurari per capitis creatorem, &c. Sed ad hoc iam respondimus, *PERANDONIS, in iur. nat. & civ. IV. 2.* alio colore illa diluit, quod nempe homo invocet Deum, ut, si sciens fallit, Deus se puniat in parte illa alias charissimæ, anima, capite, oculis. Sed id quod admitti nequit, quod enim tunc fit iurjurando per salutem principis? si sciens fallo, puni principem, scilicet erit, tu-
 eæ? Ejuandis impietatem in Regulo caustico reprehendit *PLUTARCHUS, Epist. II. 20. 2)* quomodo homo Deo præscribere potest, quæ penam a se exigere debeat summam neminem superioris est, penam dehoire, non delinquentis; 4) per res quoque absurdas frustra iuratur: tale fuit Pythagoræ iurjurandum per numerum quaternarium; Tope sane est, ludere in te tan-
 seria; 5) unus ergo superest, Deus omniscius & iustus, per quem iurandum, eam enim salum colimus, eum veneramus; quod & ethnici non ignorarunt, qui-
 pe

pe jurantes per Jovem, quem verum Deum
purabant.

§. III.

Præterea queritur, quomodo concipien-
dum jurjurandum? Deinde id dicitur
ex definitione, est enim religiosa asser-
tio, adque procul dubio attemperandum
cujusque religioni; sic absonum esset, ju-
dicos adigere, ut jurent per Christum;
Christianos, ut jurent per Mahomedam.
Ratio est, quia jurjuranda inventa, ut
homines metu numinis adigantur ad ve-
ritatem dicendam, servandumque promif-
sum; quomodo vero metu numinis, quod
vel non existere, vel falsum esse putant,
adigantur ad verum dicendum? potius eo
audacius mentientur, quo minus sibi ab eo
metuunt. Sed quantum, an perjurii reus
sit, qui per falsos Deos juravit? Adhe-
ratur, 1) quia religiosa fuit assertio, sci-
licet secundum persuasionem jurantis, 2)
quia, quantum in se fuit, Dei majestatem
violavit, quamvis in persona Dei erravit.
Non ideo excusandus erat Sevola, quod
occidit Porcennian regem; ejus admi-
nistrum occidit. Seneca, de ben. VIII, 7.
pauit, quis tanquam Deo fatis, opus illi-
tum noxia ac sua obligat parat. Similiter
querri solet, an salva conscientia terre
possimus, formidam jurjurandi falsæ re-
ligioni attemperatam? Id quoque asse-
ratur; non enim probamus jurantis re-
ligionem, sed tantum ea utimur ad ve-
ritatem eruendam. Quemadmodum enim
a lœneratione improbo manuum lumentes
pe-

pœcuniam, non ideo probant improbum
scelus, eo tamen utuntur, ut necessitati-
bus suis consulant; ita idem sciendum
de ejusmodi juribusjurandis. Grot. lib. II.
cap. 13. §. 12. & ibi Zosterus,

§. V.

Proxima est questio, quomodo jus-
jurandum præstandum? Responder auctor
1) anima deliberato, id est, eo animo,
quod velit jurare, est enim assertio reli-
giola, quæ sine intentione concipi nequit.
Hinc facile patet, 1) non jurare secreta-
rium judicis, qui jurjurandum prælegit,
2) nec docentem, qui formulam jurjurandi
audientibus recitat, nec 3) testem,
qui istam scripturam in libro reperit.
Hinc cum Acontius inscripsisset jurjurandum
pomo, perituram Cydippen, si illum
amaret, quam Acontius, & Cydippe hæc
verba 1) e primo ausciverat, an non
oblitto sit? sed postea rectius ratiocinatur
apud Orin. Epist. Heroid. XXI, 135. seqq.

Qua jurat meus est; nil conjuravit
illa.

Ille solem dixit; adde sola possit.

Conscium prudant; qui ab omni sancte noxia jurant.

Et nisi iudicis vincula nulla valent.

Si tibi conjugium velis promittere
serum.

Ecce palliis debita juræ seri;

sed si nil didimus, præter sero pallora
serem;

Verba suis frustra viridæ ora reos.

non ego juravi, legi juraveris serba.

2) contra non excusari a pœcunia, qui
Hinc de Off. Hom. & Civit. I. juræ-

qui hoc modo jurat, ac non peccat, qui hoc jurandum non servat, sed his peccaret, si servaret. Canonista hoc concedunt de jurejurando super te jure divino prohibito praestito; ac quae legibus humanis prohibentur, ea jurejurando praestita praestanda putant. Sed id falsum. Deus enim etiam humanas leges servari vult, ergo jusjurandum non immutare naturam pacti, cui accessit; itaque priora sponsalia praefertenda, licet vel maxime posterioribus jusjurandum accesserit.

§. VIII.

Hæc de obligatione jurisjurandi: probatum est, ut & de ejusdem interpretatione agamus. Præmo ergo tenenda regula:

a. in adimplendo juraverans omnes verba de suis cavillationibus,

b.) cavillationes enim in jurejurando late ad decipiendum comparat; decipere vero jurejurando est pejorare; c.) juranti res est cum Deo omnino, hunc vel fallere velle absurdum; d.) cavillans verbis inhæret, Deus autem mentem inquæret. Hinc empirer egit captivus, qui dimissus juravit, se in castra rediturum, & mox aliquot passus progressus in castra remeavit, ac si aliquid oblitus esset, & sic se defunctum jurisjurandi religione putavit. Gall. Nall. Anst. VII, 18. Comes de Fontaine cum jurallet, se nec equitem, nec peditem adversus Gallos pugnaturum, lætica victorius est. Addit auctor regulam:

quibusdam casibus jusjurandum esse strictè interpretandum,

casus.

casusque ejusmodi recenset: a) si juratum in alicujus odium ex ira aliove animi impetu, quale exemplum est Jud. XXI. Ita apud Pluraxen. Antigonus Mithridatem occidere constituerat, remque crediderat Demetrio, eumque adegerat jurejurando, quod tacere id vellet; hic amici salutem metuens hasta inscripsit atenz: *fuge Mithridates; b.)* quoties est jurejurando promissum ex necessitate, quod servari rei publicæ interfuit, s. g. David, 2. Sam. XX, 23. Semel sibi maledicenti promiserat impunitatem, & tamen Salomoni filio mandavit 1. Reg. II, 9. ne incruento facti iste nequam defungatur; c.) si tacite jurejurando insit conditio, aliquem honesti quid petiturum; hinc solida religio Herodis occiderit Joannem Baptistam, quæ privilegii saltanicæ optationem juratus erat quidvis petendi. Itæ auctor; sed pleraque, quæ assect, exempla ad cavillationem pertinent. Potius ita tenendum, aut absurdum, quod vel impossibile, sive physice sive moraliter, promissum, tunc peccatum quidem, sed jusjurandum non servandum est. Ita recte privilegii potuisset Herodes negare caput Joannis; ita & Salomon recte matri negavit, quia ipsa petebat, quamvis jurasset, 1. Reg. II, 20. aut jurejurando quid promissum, quod non est impium, absurdum, impossibile, tunc cavillatione non adimplerur, (pet. reg. I.) adeoque peccavit captivus ille, qui in castra obire remeavit: nec minus peccavit Imolcan, qui cum Milreho juratus

I. 3. pro-

promississet, se eum non recitaturum; prodeunt illo in concionem dixit: ego illum hominem non accusabo, quia juratus callas sum, ac interfici celestibus juro. POLYBII. Strategem. lib. V.

§. IX.

Sed præcipue quaeritur, quòdnam sit fundamentum interpretationis jurisjurandi recte respondetur, dispiciendum & seopum, non jurantis, sed deferentis; nam 1) cujus causa præstatur jusjurandum, ad illius mentem jurandum est, ac præstatur præcipue deferentis, non jurantis causa, ergo &c. 2) si ex mente jurantis intelligendum esset jusjurandum, unusquisque posset reservationibus mentalibus pro lubitu uti, & sic frustrareum foret jusjurandum, e. g. juravit Ulysses, se pacta, quæ cum Antenore iniisset, servaturum, ac interea cum alio Antenore pactus erat prodicionem Trojæ; 3) omnis delatio & receptatio jusjurandi est pactum, pacto enim vel promisso me obstringi ad opum feruà de re, de qua quaerit, revelanda, ergo contra pactum ago, si de alia re juro, quam ille interrogavit. Recte hoc intellexerit Romanis; hinc cum censores ex aliquo quaererent: *ex animi tui sententia: habes uxorem?* & hic respondet: *non sane ex animi sententia;* censores eum severe notarunt; respondere enim juratus debebat ex mente censorum, qui non interrogabant, an uxorem ex animi sententia duxerit? sed an habeat uxorem? Aliud 2) si quis proprio modo jurato quid promiserit; tunc enim jusjurandum

tantum est interpretandum ex mente jurantis, quia oemo deluit; promissive quis jurato, se templo daturum calicem, & provisiones jam exigunt aureum. Aliud quoque obtinet, 1) si jurans ex mente deferentis erravit, aliudque intellit, quam alter scire voluit. Sic si ille civis Romanus in sensu interrogationis censoris errasset, non peccasset, dum respondit: *non sane ex animi sententia.*

X.

Supereft ultima pars hujus capituli, in qua quaeritur, quotuplex sit jusjurandum? Præstatum 1) aut de re præterita, & tunc dicitur *affirmativum*, e. g. jurat reus, se nihil debere; aut de re futura, tunc dicitur *promissivum*, e. g. homagium, jusjurandum Salomonis, Herodis, Abasueri; 2) assertorium præstatum vel de factis alienis, se tunc est *testimoniale*, *in Regum-Egypti*; vel de proprio, & tunc est *testis desiderium*, de quo PAULUS Epist. ad Ebr. VI, 16. *jurandum testimonium emittit licet*; 3) litis decisivum vel deferunt 3 parte parti, & vocatur *judiciale*, ubi aut jurandum, aut referendum est, e. g. actor desert reo jusjurandum super depositum; vel a judice alterutri parti, & tunc dicitur *negotivum*, e. g. Coiphas adjurabat Jesum, an sit Christus; 4) necessitatum aut deferunt super quaestione, quantum debeatur? aut super quaestione, an aliquid factum? priore casu vocatur jusjurandum *in litem*; posteriore *purgativum*, si quis indicia contra se militantiã jurejurando elidit; modo *suppletivum*, quoties simplentiam prohibitionem

100 Lib. 2. Cap. XII. De Officiis
supplere iubetur iurjurando. At postea
mum & iuri Romano, & rationi
re, docuimus in Syll. epist. Exer
de lubricitate iurjurandi suppletorii

C A P U T XII

De Officiis circa adquirendum veram D:missionem.

Aliorum institutum humanum, ex quo
sunt officia hypothetica, est *domi-*
num. Unde hoc capite disquiritur 1) de
§. 1. 2. 3) de *usu* natura
§. 3. 4. 3) de *mediis* illud adquirendi.
§. 5. ad fin.

Quod ad domini originem rinet, de
ea subtiliter philosophati sunt veteres & ob-
stantes, imprimis *ALBERTI*, *Comp. in*
natura §. 4. dominium deducit
precepto divino *Genes. 1. 28.* Sed 1) Deum
non distribuit res singulis futuris homi-
nibus, adeoque nec dominium aliquid sin-
gulare constituit; 2) locus ille dat facultatem
dominium constituendi, non ipsum
conferunt dominium; 3) versantur hic in
iure natura, cujus origines & conclusiones
non ex sacra Scriptura, sed ex ratione de-
ducenda. Ceterum recta ratio statim cog-
noscent, Deum jus dedisse utendi rebus
omnibus, quæ ad conservationem nostram
pertinent: nam 1) qui dedit existentiam,
voluit ut existeremus, qui vult nos exillere,
vult ut mediis utamur, sine quibus conser-
uari

101
circa adquirendum veram D:missionem. 101
vari non possemus. Cumque hæc rebus natu-
ralibus passim in orbe obvis conseruari
non possemus, sequitur, ut earum alium nobis
ac jus utendi dederit; 2) idem probat
finitis Dei; is tamquam ens sapientissimum nihil
fecit frustra; cum vero tam multa creavit,
quæ aliis creaturis usum non præstant,
e.g. aurum, reliqua metalla, materias, ex
quibus vestes, cibi lapidiores, ædificia,
suppellex &c. confici possunt, procul dubio
Deus creavit nostro bono, adeoque jus nobis
dedit utendi. Equidem Stoici longius
procedunt, omniaque in universo mundo homi-
nis causa condita existimant, quod prin-
cipium etiam in iure nostro regnat, §. 39.
Instit. de rer. divis. Cic. de offic. lib. 2. cap. 6.
de natur. Dicit. D. 62. seqq. de statibus. III. 20.
Sed multa sane sunt, ad quæ nemo mona-
chium unquam penetravit, e.g. in meditalio
terre, in mari, ut taceamus de iis,
quæ fortassis in corporibus celestibus oc-
currunt; hæc tatis est, si dicamus, Deum
jus nobis dedisse utendi fruendi omnibus,
quæ ad conservationem commoditatemque
nostram faciunt. Eleganter *SENECA*, *de ira*,
D. 27. nimis nos suspicamus, si digni
dicatur, propter quæ tanta mercantur.

Posito hoc iure recta ratio facile cogno-
scet, quomodo sensum inde natum sic do-
minium, nimirum 1) ubi jus nobis datur
rebus omnibus utendi, ibi datum est etiam
jus illas recuperandi; occupatio est facta,
fuisse ergo oportet statum æque participatio-
nem dominio contrarium; iam atrequam res
i 3 occu-

occupentur, erant nullius, & omnibus
tamen jus erat, illas occupandi, seu 8, 3
demonstravimus, ergo ante occupationem
erat communio negativa. Communionem
hanc negativam definimus eum statum,
quo res omnes fuere quod ad proprietatem
nullius, quod ad jus vero occupandi,
omnibus parebant: 1) occupatio porro
fit dupliciter, ut recte observavit Cas-
trius, vel per universitatem, vel per fun-
dos seu rectius per singulos, *per universita-
tatem*, quando tota multitudo rem occu-
pat, eamque inter se dividit, e. g. Israe-
litae terram Canaan; *per singulos*, quan-
do singuli singula sibi occupant, veluti
Tartari. Itaque multiplicato primum es-
sete humano necesse fuit integras fami-
lias, & inde natas gentes totas provin-
cias communi nomine occupasse, easque
communes habuisse: inde nata altera com-
munio, quam positivam appellamus. Est
vero *communio positiva* is status, quo mul-
ti simul rem communi nomine occupant,
ut fit saltem multitudinis occupantis; &
ad ejus usum excluduntur. Unde facile
patet differentia communionis negativae &
positivae: in illa 1) res sunt nullius, in
haec ad multitudinem, quae eas occupa-
nt, pertinent; 2) in illa usus patet pro-
prie in hac tantum illis, qui
sunt de ista multitudine; 3) ibi excludi-
tur nemo, nec omnes praeter illam multitu-
dinem, sic in communi-
one *positiva*, commode uti non potuerunt
gentes integrae, ut illae omnibus successerint,

terra adquirendum remanere Dominium. 203
itaque non potuerunt non inter conveni-
re, cuilibet de illa multitudine jus futu-
rum esse, quaedam sibi, quibus opus esset,
occupandi, ac proinde singuli sibi occu-
parunt partem agri, arbores, aliaque ne-
cessaria ad sustentationem familiae. Hoc fa-
cto statim natus est *dominium*; quaecum-
que enim ex communibus consentu
alterius occupo, ea sunt occupantis,
adeoque esse in dominio incipiunt. Jam
facile ostendi potest discrimen inter com-
munionem positivam & dominium. Nam
1) in illa multi sunt domini, hoc intro-
ducto unus; 2) illa excluduntur omnes
extra illam multitudinem, hoc introducto
etiam ii, qui sunt de multitudine illa;
3) in illa nihil est singulorum, hoc in-
troducendo singuli habent: unum dominum,
adeoque sunt singularum, qui occupant.
Non sine causa addimus: *qui occupantur*;
paullo post enim §. 4. ostendemus, ne ho-
dientum quidem nondum facta esse singulo-
rum, sed partim in communi-
one *positiva*, partim in *negativa* permanentem. Totus ergo
ordo, quo introductam dominum,
hic est: a) omnia fuere in communi-
one *negativa*, b) multiplicatis hominibus sin-
gulae familiae, & natae inde gentes occu-
parunt totos terrae tractus, & ibi condi-
tuerunt communionem *positivam*; c) sin-
guli de ista gente consentientibus reliquis
occupant res singulas sibi necessarias, &
sic natus est *dominium*. Id quod cum
S. S. egregie congruit; dum enim Deus

ditur: *vestite & multiplicamini*. &c. con-
stituit *communione negotiorum*; dum homi-
nes tam posteri Adami, quam illi & po-
steri Noachi sibi novas sedes quaerere,
pata est *communio possessiva*; dum denique
singula loca quaedam inuenta occupare,
ibi que coelete corporum, natum est *domi-
nium*: quoniam eo modo sese res habitura ef-
ficeret, si gens quaedam hodie immigraret in
insulam quamdam insulana.

III.

Hac de domini origine: progredimur ad
quae commodissime expli-
cabitur per definitionem. Est *dominium* ius
rem corporalem sibi ita habendi, ut ea so-
li utamur, nec quiquam ea sine consensu
nostro utatur. *Est jus*; ubicunque enim ex
parte rei concessio, ibi ex parte no-
stra est *ius rem concessam* ubi ius nostris
adi hendi, atque ex parte Dei esse concessio-
nem, probavimus §. 1. est ergo ex parte
nostra *ius*, rem corporalem habendi; res
enim incorporales sunt *jura*, *jura rebus* vel
personis inhaerent; si rebus inhaerent, sunt
consequenter *dominii*, non ipsa in dominio
sunt, sed personae inhaerent, sunt attributa
personae, ergo plane non cadunt sub do-
minium; *habendi*; ergo domini initium est
possessio, habere enim dicimur, quae occu-
pavimus, at semel facta occupatione, pos-
seditur animo retinetur, id est *maneo* do-
minus & possessor, quamvis rei non in-
sitam, quia nemini jus est, rem semel occu-
pata occupandi; nec quiquam ea sine con-
sensu nostro uti poterit. Negat hoc Tertius

obfero.

circa *adquirendam rem* Dominium. *zof*
obfero. al. sed male; nam ne intelligi qui-
dem potest dominium sine facultate alios ab
ejus usu excludendi; faceret hoc Tertius,
dum concedit, hanc alios excludendi fa-
cultatem dominium consequi, negat tan-
tam, eam ad domini essentiam pertinere.
Sed argumentatur: sine quocunque non
intelligitur dominium, id pertinet ad ejus
essentiam; sine facultate alios usu rei ex-
cludendi non intelligitur dominium: sed
ergo ad domini essentiam pertinet: ea
fraus fuit Tertio, quod negavit commu-
nionem negativam, permavitque, statim
Adamum, quamvis adhuc solus in hoc ter-
rarum orbe esset, verum ac actuale do-
minium habuisse; quod paradoxum ipse
aliter salvare non poterit, quam ut negat,
ad domini essentiam pertinere jus ex-
cludendi alios. Ceterum quamvis hodie
dominium varie dividi solet, veluti in
plenum & minus plenum, haecque tribuitur
domino & vasallo in feudis, domino emphy-
teusis & emphyteuta in re emphyteuti-
ca, domino superficiarii & superficiario in
superficie, facile tamen patet, haec omnia
legibus pactisque humanis esse introducta,
adeoque ex jure naturae derivari non pos-
se, jure enim naturae per occupationem
quique plenum jus consequitur, adeoque
dominium omne est plenum, nullisque
circumscriptionibus.

§. IV.

Diximus de natura & definitione domi-
ni: proximum est, ut de quaestione sol-
vamus, *quibusnam in rebus dominium locum*

Hoc

Hoc ex superioribus principiis ita eruitur, 1) quia homines a primava illa communione negativa & positiva disceleserunt, quod res communes non sufficerent omnibus; hinc conlequitur, ut non opus fit dominio rerum inexhausti usus, quales sunt aer, aqua pefluens; 2) cumque ideo in dominium redactæ sint res, quia ad conſervationem utilitatem facere videbantur, hæc in dominio habere nemo cupiet res, quæ nulli ufui sunt, e. g. muscæ, mores, cæcæ, nec ideo quisquam furi actione pulsatur, quod nobis aliquot muscæ ex ædibus clam subtraxit; 3) denique cum possessione opus sit ad dominium adquirendum, eaque sine apprehensione ac custodia non intelligitur, non possunt in dominio esse, quæ custodiri sequuntur, id est, quæ non usu aliter excludi non possunt, itaque ex hac quoque ratione aer & aqua pefluens non sunt in dominio. *Oron. Metam. VI. 149. seqq.*

Quid prohibitis aquis? usus communis aquarum.

Nec solum proprium na. una, nec æria fecit, Nec tanquam undas.

Itaque requisita rerum, quæ dominium recipiunt, sunt tria: 1) ut sint exhausti usus, nam alias dominio non opus est; 2) ut sint utiles, nam alias dominium habere nolumus; 3) ut possint custodiri, nam alias domini esse non possumus. Jam facile decidit præteritæ quæstio de dominio maris, de qua tanto arduum motu disceptatum. Dominium maris ex Anglis defendentem Jo. Seldenus, in *mare clauso, seu de dominio maris*,

Jon-

Joanston, *secundum Britannic. libr. XII. GUIL. VALTIENUS, de dominio maris, innotuisse ad dominium spectantibus*. Ex Italia Petr. BAPTIST. BUNDEUS, *de dominio Commarum seu publicis in mari Tiquiffis*. In gratiam gentis Danicæ & Norvegicæ Jo. ISAAC. PONTANUS scripsit libris duos *diffusionum historicarum de mari libero, adversus J. Seldeni mare clausum*. Contra hoc dominium maris scripsit præcipue Belgæ, GALIUS *de mari libero*, THEOD. GRASWICKEL *in Vandicis maris liberi contra Seldenum*, ULR. HUBERUS, *Diress. part. 1. libr. IV. cap. 14. 15. 16. de resolutione vir ill. COMM. VAN BUNEBERG. in Dissert. de dominio maris*, qui modestissimus. Horum gentium intererat de ea re disputare propter navigationes Indicæ, itemque propter captivam hæcæcum. Sed Batavi vetera principia paulatim deseruerunt, postquam de societate Ostendensi agi ceperunt. Nullo partium studio hæc de re scripserunt JAC. GOTHOFRED. *de dominio maris*, JOANNA STRAUCH. *de dominio maris*, Jo. HENR. BOETTNERUS, in *Min. maris dominia*, immo & audierit nosler alienus a partium studio hæcæ quæstionem tractasse videtur in *Jur. nat. et. 1702. lib. IV. cap. 1. §. 9. Quæd. ad rem ipsam accinet, 1) servandus est status contraverfæ, non esse quæstionem de Oceano, qui nec exhausti usus esse, nec excodiri potest, adeoque non esse pccetæ in dominio; sed de mari quodam prævinciæ proximo; itaque non quæri de his rebus, quæ in mari inexhausti sunt usus, e. g. de navigatione sola, de aqua marina, &c. sed de mari, quæritus exhausti.*

exhausti

exhausti: usus est, e. g. quoad commercia, unionem piscaturam, capturam piscium pretiosorum, &c. Quæstio ergo est, an mare particulare quoad res exhausti usus ita sit in dominio, vel potius imperia, alicujus gentis, ut hæc alios ejus usu excludere possit? Id affirmamus, quia ad hunc omnium requisita: 1) est exhausti usus, 2) illa res suamnam præstant utilitatem genti alicui, vel rei publicæ, 3) potest classibus & navibus occupari & custodiri. Agnosce hæc quoque ill. *Prætorius*. & tamen sibi persuadet, sic mare non diu posse esse in dominio, quia classibus domum reversis statim cessat possessio, sed audivimus, possessionem semel adquisitam etiam animo retineri. Hæc demonstrat, mare esse posse in dominio, sed idem æquum esse, ut dominium illud vicinis provinciis permitteretur, ita probetur amor erga proximum exigere, ut quod nobis denegari volumus, & nec aliis denegemus; nos jam id quod puramus, si quis nobis negaret utilitatem ex ea re, ex qua alias omne incommodum semimus, ergo nec nos iniquitatis absolvi poterimus, si provinciæ denegamus commodum maris, quæ incommoda quotidie sentit. Objicitur, 1) mare esse inexhausti usus, ad id jam respondimus; 2) mare non esse in commercio; ell peritio principii, de eo enim quæstio est; 3) esse fluidum, adeoque non posse custodiri, resp. potest omnino per classes, præterea aqua marina est fluida, non mare; 4) mare hic esse accessorium, terram principale, mare

vero

circa adquirendum ipsum Dominium. 209
vero plerumque terra majus esse. Resp. quid tum? America Hispania accessorium est Hispaniæ, & ea tamen Hispania melior major est. Ceterum effectus hujus domitii sunt, 1) prohibere navigantes, piscantes, uniores colligentes certis locis; 2) leges maritimas & nauticas dare; 3) piratas persequi; ab aliis supplicium sumere; 4) vigalia colligere a præteravigantibus. Signum hujus domitii Veneris est desponsatio cum mari, alibi decessio veli, cujus vestigium in antiquitate quoqueprehendit *Lupus Hellor.* 1, 13. *Conf. Locenius, de Jure maritimo, cap. 4. §. 10.*

§. V.

Progredimur ad easdem *adquirenda Dominium*, quos auctor recte dividit cum *Grotio*, *lib. II, cap. 3. §. 1. in viginti*, quibus dominium adquiremus rei in nullius dominio constitutz, e. g. si quis adquiret examen apum; *acquirimus*, quibus adquiremus dominium rei in alterius dominio jam constitutz, e. g. si quis prævia emtione vel donatione alvearium a rustico traditum accipit. Originarios *Prætorios* subdividit in eos, qui tales sunt *in fa*, quando ipsam rei substantiam antea in nullius dominio constitutam adquiremus, e. g. examen apum, *secundum quid*, quos adquiremus incrementum, quod ei accedit, e. g. mel. Objicit *Tizius*, *Obje.* 230. hæc subdivisorem etiam ad modos derivativos pertinere, sed nego; suctus enim & accessiones non tradas accipimus tamquam fructus, sed tamquam partem substantiæ, nos vero loquimur

210 Lib. I. Cap. XII. De Officiis
de fructibus futuris. Jam agitur 1) *de modis originariis* 2) *in se* 3) *simpliciter* 4) *causibus*, §. 6. 6) *secundum quia* 7) *causibus*, §. 7. 8. 2) *de modis derivatis*, §. 9. *ad fin.*

VI.

Modus *in se* & *simpliciter* talis est occupatio, quæ est apprehensio rerum nullius, animo sibi haberi facta. Requiritur ergo, 1) ut res sit nullius; quæ nullius sunt, cedunt occupanti, quia nemini est jus faciendi, neque rei uso excludendi: nullius autem potest esse res, partim quod nullum habeat dominum, e. g. pisces maris rejectus; partim quod dominus rem pro derelicta habuit, e. g. pecten, quem calvus apud Phrygiam invenit, & hæc jure thesauros nostros facimus, si vere tales sint, id est, veteres pecunie pro derelictis habitæ; utrumque ergo per occupationem cedit occupanti; contra ex hac patet, res amissas, bona naufragorum, &c. non fieri occupandi, quia reus sensu sunt nullius; 2) *animus sibi habendi*; sine illo enim apprehensio est actio mere physica vel naturalis, non humana & moralis, adeoque effectum moralem producere nequit, e. g. si pallium unicum vel gemmam e sterquilino eruat, non ideo sit domina, adeoque nec furiosus, mente captus; 3) *adprehensio*, & quidem tali modo facta, quæ usata est circa hujusmodi res, e. g. feras postquam apprehendere manu, verubula, reibus, &c. aviculis celo, laqueo, visco. Solus animus sine apprehensione non tribuit dominium, e. g. si aureum nummum Titius prior e fenestra viderit,

erunt *adquirendum ergo* *Dominium*. 211
sibi que verbis adseverit, Majoris vero eandem prior apprehenderit. Majoris procul dubio dominium consequetur. Unde solvenda elegans questio de Acantho insula & urbe deserta, quam Chalcidensium legatus primus intravit, Andriatum legatus princeps jaculo perit, *Pentacem. Quest. Grec. 29. 4*) occupatio cum sit vel per universitatem, vel per fundos, consequens est, ut in provincia per universitatem adquisita nihil sit nullius, cujus enim est tota provincia, ejus sunt omnia, quæ illa continentur, e. g. feras, pisces, humina, metallum, silva; hinc omnia hæc pertinent ad populum, vocanturque res publicæ. At quia commode dividi non possunt, & facile per communionem plane extinguerentur, (sic feras nulle superstitur edeat, si singulis promiscue venari liceret) hinc populus ea principi relinquere voluit, se proinde homine referentur ad regalia.

VII.

Hic modus acquirendi originarius *in se* & *simpliciter* talis: sequitur alter secundum quid talis, pura *accessio*, quæ nihil aliud est, quam adquisitio incrementi, quod rei nostræ sive naturæ, sive operæ nostræ, sive utraque accedit. Ea est vel *naturalis*, quam naturæ beneficio debemus, e. g. alvum, fetus animalium; *industrialis*, quæ industria nostra accedit, e. g. forma anuli ex auro, scriptura vel pictura chartæ; *mixta*, quæ & naturæ, & industria debentur, e. g. factio, plantatio. Subtiliter equidem de hac accessione philosophantur.

phantur ICI Romani, sed generalis regula est juris naturæ: *accessorium sequitur suam principale*, si vel e re nostra est, vel incertæ originis, vel separatio commode fieri non potest; si certa est origo, vel rei fungibili accedit, potius restituendum erit priori domino, vel ei, qui industriam habuit. Regulam hanc probamus: 1) quia, qui semel dominus est, illud sine consensu vel culpa sua amittere nequit; si ergo de domino constat, illi res restituenda; hinc e. g. vi fluminis abrupta cetera merito relinquenda priori domino, non est alluvio; 2) si res fungibilis est, et aliquid accedit, non potest admittere premium accessionis; tantumdem enim tunc est idem, adeoque absurdum, & amoris advertit, si retinere vellem accessorium, quod tale premium admittit: hinc si alienæ chartæ inscripti, charta merito credit scripturæ, quia illa premium adfectionis non admittit, hæc admittit; 3) quod commode separari potest, id procul dubio reddendum, quia nulla causa, nullisque titulus est, ob quem ego mihi retinere velim, e. g. si quis caputium alienum ensi meo adiuturum; 4) si commode separari non potest, tunc res separata domino priori utilitatem non præstat, mihi præstat, ergo meo soluto pretio retineo; *soluto pretio*, irquam, quia nemo debet cum alterius damno locupletari. Ex hac regula jam de omnibus casibus potest judicari. *Naturales*: partus sequitur ventrem, est enim e re mea; 2) alluvio est mea, quia incertæ est originis; 3) vis fluminis non mutat dominium, quia origo certa;

circa adquirendum rem Dominium, 213
certa; 4) nova insula est accessorium fluminis; 5) alveus est pars fluminis, ergo ejusdem erit, cujus flumen. *industriales*: 1) adferruminata plerumque commode separantur æque, ac inclusa, non vero intertexti; 2) tabula & charta procul dubio cedunt scripturæ & picturæ; 3) species nova procul dubio pertinet ad specificam rem, quia materis pretium adfectionis non admittit. *Mixta*: 1) ratio me reddidit dominum, si ager est meus separari enim res commode non potest, planta plerumque separari potest, ergo recte vindicatur; 2) edificium & lapidibus constans non commode, nec sine sumtu separatur, ergo manet ejus, cujus est solum; at si e lignis, distinguendum, an jam perfectum sit, an tantum ligna juncta; priore casu idem separari sine incommodo nequit, posteriore potest; 3) bonæ fidei possessorem fructus lucrati, vel ideo acquisitum, quia ejus opera proveniunt, hæque per justitiam errant se pro domino habuit. Ita facile patet, plerumque, quæ statuit circa eam rem jus Romanum, subtilia magis esse, quam æquitati consentanea.

§. VIII.

Interferit hic ductor questionem, qui fiat, ut non semper dominus, sed aliquando tertius accessiones vel fructus e re nostra capiat. Resp. id fieri per pacta, quibus complura jura introduci possunt, jam e. g. si cui concedo 1) partem dominii, ut omnibus fructibus uti possit, id vocatur *dominium usufrecti* sin concedo creditori 2) possessionem

rei meæ in securitatem credidi, dicitur pignus, & quidem si simul concedo 3) jus utendi fructibus, *antichresis*; si 4) utilitatem concedo in meo prædio vel personæ, vel prædio alterius, id vocatur *servitus*, sive *personalis*, uti ususfructus, usus, & habitatio; sive *realis*, e. g. iter, via. Sed hæc omnia sunt ex jure civili: jus naturæ quidem hæc non improbat, sed nec introduxit; non præcipit, sed permittit.

§. IX.

Item sequuntur modi acquirendi derivativi. Hic ante omnia observandum, jure civili aliud esse *ritum*, aliud *modum acquirendi*. Illum datur tantum jus ad rem, hunc jus in re. Sed hæc differentiam juris naturæ ignorat juris enim naturæ, ut recte observavit Grotius, ad transferendum dominium sola sufficit domini voluntas, & nec creditio, nec quidquam aliud requiritur. Opponit Rantius, ad *Defens. lib. 1. cap. 9. §. B. 1*) dominium a naturali possessione coeppisse; 2) esse jus in ipsam rei substantiam; 3) ita nullam fore differentiam inter conventiones, & modos adquirendi; 4) repugnare usum gentium. Sed cum 1) Cui concedatur, dominium in ultimis voluntatibus transferri posse sine traditione; 2) jus in rei substantia haberi posse sine traditione, veluti in pignore; 3) differentiam inter conventiones & modos acquirendi esse tantum juris civilis; 4) mores gentium non fecere jus naturæ: merito sententia Grotii subscribimus. Hæc non tantum, quædam ab auctore huic referri,

quæ

circa acquirendum ritum Dominium. 215 quæ alias ad ritulos potius referri solent in jure civili. Ceterum auctor agit de *modis acquirendi derivativis*, qui descendunt 1) ex *dispositione legis per successionem ab intestato*, §. 10. 11. 2) *scilicet prioris domini*; transferunt vero tunc vel 2) *universitas bonorum*, §. 12. b) *portio bonorum*, idque a) vel *hereditas domino*, §. 13. a) vel *in bonis*, §. 14. 15.

§. X.

Primus acquirendi modus derivativus est ex dispositione legis, ex hac autem adquirimus per *successionem ab intestato*. Itaque 1) non difficile est contra Jo. a Felso ad *Grot. lib. 11. cap. 7. §. 3.* demonstrare, recte rationi consentaneum esse, bona defunctorum non fieri *adherita*, sed in eis aliquem sufficere: 1) autem ea magistratus vindicare debent, aut cuivis cederent occupanti: si prius fieret, plane futurum esset, ut nihil amplius esset in privatorum dominio; si posterius, nascerentur innumeræ litium herba, ac, si cum Hærota loqui liceret, bellum omnium in omnes; 2) unusquisque quando adquirit, eum sibi proponit finem, ut non modo sibi, sed & suis bene sit, quin magis quisque pro his laborat, quam pro illis; atqui bene non futurum esset nostris, nisi successio quædam in bona defunctorum daretur, debet ergo successio quædam in bona defunctorum dari.

Queritur secundo, quodnam præsupponi oporteat successioni hujus *fundamentum*? Veteres dum habuerunt hujus modi fundamenta: primum est, conservatio fami-

familiarum, posterius, presumta voluntas detundit. Si prius recipimus fundamentum, tunc regula erit: *quoscunque pertinent ad familiam, illi succedant, reliqui excludantur.* Hinc 1) Hebraei filia plus dabam, quam filibus; si hæc essent heredes ex alle, eas cogebant nubere proximo agnato; 2) Romani veteres ideo tantum adnoscuntur liberos suos, non emancipatos, agnatos, non cognatos; quin adeo nec inter matrem & liberos ulla erat iure voceri successio, aliquando & terrine excluderantur per legem Voconiam, de qua vid. Jac. Perizonii *Diff. ad leg. Voconiam*, nostris auspiciis Hale reculam. Sin posterius fundamentum ponimus, regula erit: *quoscunque defunctus ordinis sui sui presumitur quatenus maximo dilexisset, illi succedant.* Hunc ordinem lectus est Justinianus in *Novella CXXVII.* in qua statuit, ut liberi seu descendentes ante omnes succedant, his non existentibus, ascendentes, ac denique, iis deficientibus, collateralæ, sine discrimine suorum ac emancipatorum, agnatorum & cognatorum, masculinorum & feminarum. Ultra ergo ex his sententiis verosimilior? procul dubio posterior, quod inde demonstratur: fundamentum omnium officiorum erga proximum est amor; ejus hæc est indoles, ut quo quis mihi est sanguine propior, eo magis optem ei bene esse; ergo proximis sanguine bene esse præ ceteris volo; ergo & libentissime illis relicta volo bona, quibus ipse amplius uti nequeo.

§. XI.

§. XI.

Jam facile patet, quis succedendi ordo inde sequatur? nam 1) experientia docet, neminem nobis esse chariorem liberis, quos ipsa nobis commenda natura; hinc apostolus Paulus, *Epist. ad Rom. IX, 27. si liberi, ergo & heredes.* Quomodo enim vero iure naturæ nulla est inter masculos & feminas, suos & emancipatos differentia; quos boni parentes pari modo complectuntur, maxime cum hoc discrimen demum jus civile repererit; ita & proculdubio illegitimos admittit. Negat id auctor, quia ipsa ratio & decorum vitæ legitimis pro illegitimis faveat; sed inde non sequitur, ut hi successione iure naturæ excludendi sint; ipsi enim nihil adversus rectam rationem ademerunt, cur privandi sint hoc commodo, sed parentum culpa est, ob quam eo magis his libertas successionem deberi putandum est. Quid si filius, sive legitimus, sive illegitimus, male se adversus parentem gesserit? tunc aut declaravit parens, filium exclusum esse debere; & standum omnino ejus voluntati, quia presumpto eedit veritati; aut non declaravit, & merito creditur patrem filio inaville; 2) si liberi gradus prioris non superflui, merito sequuntur nepotes, pronepotes, & quidem æquidistantium tunc est jus representationis, qui succedit in locum, succedit in jus; nepotes succedunt in locum liberorum, ex quibus nati sunt, succedunt ergo in eorum

Bin. de Off. Hom. & Civit. K jus

jus; hinc & eorum portionem merita capiunt. Dico: æquum hoc esse: idcirco fas naturæ præcipere absolvere nemo dicitur; 3) si descendentes non sint, merito successio ascendentibus defertur, quia experientia docet, post liberos parentes nobis esse charissimos, exigat etiam id amor & gratæ animus, ut, a quibus ab irremediabilibus alimentis accepimus, iis, deficientibus liberis, bona relinquamus; 4) his quoque non superstitibus, fratres & sorores succedunt, nec in quinto est. hic germanos unilateralibus præferri; 5) denique his decessantibus, quilibet gradu proximi. Huc usque jus naturæ præcipere potest: at cum hæc sola æquitate nitatur, adeoque jura naturæ magis permissivi, quam præceptivi sint, facile largimur, ea omnia mutari posse legibus civilibus; hinc animadvertimus, 1) in Dania & Slevicensi Ducatu filius suam portionem recipere jure feudali, filia solis alimentis & dote contentas esse haberi; 2) in Austria adscendentes plane excludi; 3) inter collaterales alibi successorem gradualem, alibi linealem obtineri; 4) in plerisque legibus rationem ætatis vel maxime haberi conjugum, quibus saltem portio aliqua statutaria conceditur.

S. XII.

Est hic modus adquirendi derivativus et dispositivæ legis sequitur aliter ex *facta potestate domini*. Contraque hæc modo vel adquisitor universitas honorum, vel sui *logu-*

popularis, prius sit *per testamentum*, de quo hæc paragrapho agendum. Principio & unica quæstio est, an testamenta jura naturæ sine consensu: 1) Affirmant Grotius, Puffendorfus, & plerique alij: negant Mantius, *Observ. VII.*, 25. Tuomassius in *Jurisp. di.* alijque, idque 1) ex ratione, quod nemo potest velle post mortem, arguerentur: omnis translatio domini sibi debet, quando dominus adhuc velle potest; 2) testamentum non transferat dominium, quando dominus adhuc velle potest; ergo testamentum non sit translatio domini. Miræ elata est; non enim ad heredem transit dominium, vivo adhuc testatore, sed demum ea mortuo; nam quoad vivit voluntatem suam pro lubitu revocare potest; 2) testamentum mutatur leges ab inestato, ubi eam ausim esse, leges privare alicujus voluntate mutare; 3) plerumque testamenta caduntur ex odio invidiæque erga propinquos; hæc prævis ætatis jura assilere nequeunt. At Grotius *lib. II. cap. 6. §. 14. ut testamentum jura natura & gentium esse probaret*, testamentum ita definit: esse alienationem universi patrimonij in mortis eventum, ante eam revocabilem, venio antea jure possidendi & fruendi. Jam colligit, dominum licere alienare, licere id facere sub conditione, vel in eventum mortis, licere alienare revocabiliter, denique licere sibi reservare possessionem & utrumlibet, ergo licitum jure naturæ esse testamentum. Sed male definit Grotius; 1) etenim factum *X 2* est,

est, per testamentum fieri alienationem; quia manet testator dominus; 2) falsum, alienationem factam in eventum mortis, nam sic heres haberet jus quantum, quod ei auferri non potest, & tamen testatoris voluntas est ambulatoria usque ad mortem; 3) falsum ergo etiam, testamenta factam alienationem revocabilem, ubi enim placere facta non est alienatio, ibi & revocabiliter facta esse dici nequit; 4) falsum denique, testamentum sibi reservare possessionem & usufructum, vere enim retinet dominium, & nullum jus in heredem transfert, sed ipse, ut illud tunc demum transferat, quando nihil amplius velle potest, id est, post mortem. Cum ergo *Grægorius* tantam decisionem suam superius definitioni falsæ, tota quoque demonstratione, quæ inde petita, falsa sit operiet.

Testamentum enim potius est voluntas vivens de bonis suis post mortem in alios transferendis: manet ergo suum & firmum testamentum non esse ex jure nature, quia transire jubent dominum in id tempus, cum amplius velle non potest. Agnovit hanc difficultatem *Structius*, sed paravit eam difficultatem evadendam, si mens humaniter immortalis, quasi vero mens immortalis adhuc de bonis in terrarum inobediens sit sollicita. Cum ergo testamentum non sit ex jure nature, iustitiam iurata esset quantum, quantum sollempniter requirantur in testamentum, & quæ alia ejus sint requisita, omnia enim hæc ex jure civili

singulorum locorum, non ex jure nature discenda sunt.

§. XIII.

Ita facta prioris domini ex mente auctoris transmittitur dominium universorum bonorum per testamentum, jam explicaturus & translationem rerum singularium, eam sibi observat vel volente dominus, vel in invito. Si volente domino, id fit vel gratis per donationem, vel titulo oneroso per contractum. Sed de contractibus infra. Jam tantum observandum, non omnes contractus rem transferre titulo oneroso, e. g. commodatum, depositum. *Donatio*, de qua hæc paragraphus, est gratuita domini in alium acceptantem translatio, vel est pactum de rei dominio in alium acceptantem gratis transferendo. Dividunt eam *Joci* in eam, quæ est *inter vivos*, & *inter mortuos*; sed donatio mortis causa iidem difficultatibus premittitur, & testamentum; nam & hic transferret dominium ex eo tempore, quo id velle donator non potest, ergo & hæc non est ex jure N. sed ex solo jure civili; jure nature omnis donatio inter vivos est; testis dicere possumus, donationem esse vel universorum bonorum, vel rei singularis; illa vere erat veterum testamentum. Vide exemplum *Cyri* apud *Xenophonem* in *Cyropædia*, lib. VII. Gen. XXX, §. 1. Reg. 3, 35. *Structio*, X, 25. Conf. *Puffendorf*, Jur. Nat. & Gen. lib. IV, cap. 10. §. 5. Sed in donatione quæ sine officia observanda facile patet:

2) donatio est pactum, & de hinc requirit acceptat onem; 3) eadem ex eadem ratione transeat in alium jus, quod auctori non pot. it. nempe dominium, ergo 4) donatio si a natura est irrevocabilis, demique 4) eadem est gratuita, adeoque obligat tantum ad gratitudinem.

§ XIV.

Quibusdam casibus & invito dominus in alterum transit dominium: 1) per modum poenae in civitatibus, ex. gr. quando quis condemnatur in multam, quando bona rediguntur in fiscum; Sec. 2) per occupationem bellicam in statu naturali, e. g. quando hostis nobis oppida, pecunias, conventa, commercia &c. ipit. Quod ad prius attinet, nullum dubium est, ejusmodi poenam locum habere, nam poena est malum passionis, quod infligitur ob malum actionis a superiore: jam istura pecuniae & honorum est malum passionis, quoniam tale malum, quod gravius seve affligit hominem, quam ipse corporis dolor, ergo a superiore per modum poenae omnino potest infligi.

Obijciunt quidem, ita poenam magis ad innocentes conjuges & liberos pertinere, quam ad delinquentem ipsum? Sed resp. 1) id fieri indirecte, & in nulla poena praesens id evitare posse, nam & liberi indirecte patiuntur aliquo insamiam & jacturam, si pater ob delictum gladio percutitur, laqueo suffocatur, Sec. 2) culpa haec est patris delinquentis non Principis vel Judicis punientis; hic jure suo utitur, adeoque ne-

quini

mini facit injuriam. Interim laudanda legislatorum Romanorum humanitas, qui his casibus liberis aliquam bonorum partem relinquerebant, ne alimentis destituerentur, L. 1. & 2. D. de bon. damn. immanis contra est L. 5. C. ad L. Jul. majest. quae liberos perduellium ad perpetuam pauperiam damnat. Quod ad secundum jura attinet, leges Romanae id referunt ad occupationem, adeoque statueri, bona hostium esse nullius. Quamvis enim hostes dominium habeant ratione aliorum hominum, non tamen domini sunt ratione hostium, quippe quos usu suorum rerum excludere non possunt; hinc argumentatur: quemcumque ab usu rerum nostrarum excludere non possumus, ejus contemplatione non sumus domini; atqui hostes ab usu rerum nostrarum excludere non possumus, ergo contemplatione hostium non sumus domini.

Si ergo non sumus domini ratione hostium, res nostrae contemplatione eorum sunt nullius, adeoque cedunt occupanti. Sed haec subtilitas magis, quam vera: nam 1) si non essemus domini contemplatione hostium, res nostras adversus illos ne defendere quidem possemus; 2) revera per bellum nulla adhuc est adquisitio: quemadmodum enim hosti jus fuit aliquid nobis eripiendi, ita nobis jus est recuperandi, cuius vero futura sit, demum pacis conditionibus determinatur. Itaque rectius dicimus, jus illud hosti res eripiendi esse ex ipso belli jure, hosti in hactem in inchoatum jus esse, donec ad pacem sit per-

K 4

eli-

clivis, ergo & ipsi quævis eripere licet; ejus autem dominum non statim quis adquirat, sed tum demum, quando pacis legibus ceditur.

§. XV.

Denique inveni nobis dominium etiam transferri per *usucapionem*, quæ est adquisitio domini per possessionem temporis lege definita, de ea quaeritur 1) an sit licita? idque affirmandum, a) quia, qui res suas non vindicat iusto tempore, ipse in culpa est, adeoque rem veluti pro derelicta habuit, vid. *Judic. l. 1. §. 1.* b) quia interest rei publicæ & communis tranquillitatis, dominia esse certa; sed alia quaestio est, 2) an usucapio sit juris naturæ id quod merito negamus; nam a) jus naturæ nullum tempus definit, quamdiu quis possidere rem debet, ut dominium consequatur. illud plane ex jure civili est; b) tempus in se non potest vel dominum dare, vel eripere, quia est idea relativæ, quæ nihil operari potest; c) non præsumi potest pro derelicta habita, quam postea vindico, quando vindicandi occasio est. Ergo ita dici potest, non iniqum esse, ut admittatur vel adquiratur dominium a possidente, 1) si quis nesciat, alium dominum esse, adeoque bona fide & iusto titulo possidet; 2) si dominus sciat, alium possidere, & tamen rem non vindicet; 3) si tam diu quiescat, ut jure inde colligi possit, eum pro derelicta rem habuisse. Sed tunc proprie non est præscriptio vel usu.

usucapio, quia tempus certum non est lege definitum, sed erit species occupationis secundum regulam; *qua nullus suus, cedens occupanti*, res enim pro derelicta habitas nullus esse nemo negaverit. Idemque obtinet inter gentes; negabant id Galli apud Cæsarum ad annum 1567. idemque singulari *diff.* egit PUTEANUS; sed ea vindicias pro Grotio opposuit WALTONIUS.

CAPUT XIII.

De Officiis, quæ ex Dominio rerum per se resultant.

§. I.

Egimus hæcenus de dominio in se considerato, ejusque tum origine, tum acquisitione. Cum ergo dominium sit jus, sequitur, ut effectum suum habere debeat; ubi enim ex mea parte jus, ibi ex altera est obligatio. Quaeritur ergo, in quonam consistat obligatio nostra erga dominum? Auctor noster varios casus considerat, quæritque ad quid obligati simus 1) si res sit penes veterum dominum, §. 1. 2) si res in alienius potestate sit, §. 2. ad fin.

Si res est penes veterum dominum, tenenda est regula: *quilibet teneatur alienam* (non hactem) *parsi rebus suis quiete frui, & negare*

clivis, ergo & ipsi quævis eripere licet; ejus autem dominium non statim quis adquirat, sed tum demum, quando pacis legibus ceditur.

§. XV.

Denique inveni nobis dominium etiam transferri per usucapionem, quæ est adquisitio domini per possessionem temporis lege definita, de ea quaeritur 1) an sit licita; idque affirmandum, a) quia, qui res suas non vindicat iusto tempore, ipse in culpa est, adeoque rem veluti pro derelicta habuit, vid. *Judic. ff. de. §.* quia in rebus rei publicæ & communis tranquillitatis, dominia esse certa; sed alia quaestio est, 2) an usucapio sit juris naturæ id quod merito negamus; nam a) jus naturæ nullum tempus definit, quomodo quis possidere rem debeat, ut omnium consequatur, illud plane æ jure civili est; b) tempus in se non potest vel dominium dare, vel eripere, quia est idea relativæ, quæ nihil operari potest; c) non præsumi potest pro derelicta habita, quam postea vindico, quando vindicandi occasio est. Ergo ita dici potest, non iniqum esse, ut admittatur vel adquiratur dominium a possidente, 1) si quis nesciat, alium dominum esse, adeoque bona fide & iusto titulo possidet; 2) si dominus sciat, alium possidere, & tamen rem non vindicet; 3) si tam diu quiescat, ut jure inde colligi possit, eum pro derelicta rem habuisse. Sed tunc proprie non est præscriptio vel usu.

usucapio, quia tempus certum non est lege definitum, sed erit species occupationis secundum regulam; quæ nullius sunt, cedunt occupanti, res enim pro derelictis habitas nullius esse nemo negaverit. Idemque obtinet inter gentes; negabant id Galli apud Cæcilienum ad annum 1567. idemque singulari diff. agit PUTEANUS; sed ea vindicias pro Grotio opposuit WALHOFFIUS.

CAPUT XIII.

De Officiis, quæ ex Dominio rerum per se resultant.

§. I.

EGimus hæcenus de dominio in se considerato, ejusque tum origine, tum acquisitione. Cum ergo dominium sit jus, sequitur, ut effectum suum habere debeat; ubi enim ex mea parte jus, ibi ex altera est obligatio. Quaeritur ergo, in quonam consistat obligatio nostra erga dominum? Auctor noster varios casus considerat, quaeritque ad quid obligati sumus 1) si res sit penes veterum dominum; §. 1. 2) si res in alterius potestate sit; §. 2. ad fin.

Si res est penes veterum dominum, tenenda est regula: quilibet teneatur alterum (non habentem) pari rebus suis quæere frui &

ei aut per fraudem illas corrumpere, inter-
 uerare, aut ad se trahere sustineat; a) aman-
 dus enim proximus tanquam nos ipsi, ita-
 que quod nobis fieri notuius; alteri face-
 re non debemus; at volumus ipsi privati
 dominio nostro, ergo nec alios eo priva-
 re debemus; b) sunt idem ex natura do-
 minii, dominus enim gaudet iure alios
 usæ rerum suarum excludendi, ergo obli-
 gatus sum, ut res alienas, a quibus iure
 exclusus sum, non appetam. Ex eo ergo
 sunt, 1) contra jus nature esse furtum,
 quippe quod est ablatio rei alienæ invito
 domino facta, adeoque errare Salmafianum,
 de usuris, cap. 9. qui furtum juri nature
 repugnare negat, 2) non minus eidem re-
 pugnanæ rapinam, ob eandem rationem:
 differet autem rapina a furto, quia hoc fit
 fraudulenter, illa vero vi, 3) damnium in
 rebus alteri illatum, nec non 4) quamli-
 bet defraudationem juri nature quam ma-
 xime aduersari, 5) crimen termini mod.

§. 11.

Hoc primum officium, cui locus est,
 quando res penes dominum est. Quid ve-
 ro si penes alium? tunc obtinet regula:
 quando res pertinet ad nos sine nostro crimi-
 ne, & bona nostra sibi, usque adhuc in
 nostra possessione habemus, tenemur efficere
 quantum in nobis est, ut illa in possessionem
 legitimam sui domini redeant, id est, bonæ fi-
 dei possessor tenetur curare, ut res in po-
 sessionem legitimam redeat, 1) hoc iterum

exigitur, nam & ego volo, ut qui tem-
 pteam possidet, eam mihi restituat, ergo
 & ego teneat. Auctor lib. IV. cap. 13. §. 5.
 id officium deducit ex communi & univer-
 sali conventionione hominum, quasi pacti sint
 inter se homines, ut quod in dominium
 semel redactum domino restitueretur, sed
 ejusmodi conventionem unquam factam
 esse probari nequit, ideoque illa fingitur,
 rectius ergo hoc deducimus ex amore, si-
 mulque 2) ex natura domini: cum enim
 illud sit jus, & supra cap. 6. §. 3. demon-
 stratum, nullius jus intervendum esse,
 consequens est, ut nec dominium proximo
 intervertere possimus, adeoque operam da-
 re teneamur, ut dominus rem suam reci-
 piam; inde sequitur, 1) neminem debere
 res sibi comparare, quas licet alienas; 2)
 res inventas statim reddendas, simulac ve-
 rum dominum sciamus, Dantes. XIV. 1.
 fagg. 3) domino res suas requirenti eas
 non esse celandas, neque tamen impanis
 nostris; 4) æque furem esse, qui res ce-
 lar, quam qui surripit. Quæritur autem,
 an officium hoc superet alterum, quod ex
 pacto est, e.g. si fur apud aliquem incolumem
 rem furtivam depoluerit, & dominus verus
 superveniat, tenique suam esse probet, an
 facti res reddenda, an domini? illi jam
 ex conventionione, puta deposito, tenetur;
 huic ex lege naturali? Resp. vero domino
 res restituenda; pactum enim contra legem
 non valet; hic autem est lex natu-
 ralis, ergo per pactum tolli non potuit.

§. III.

De eodem casu, quando quis bona fide possidet, est tertia regula: si res bona fide adquisita consumitur, tantum restituendum, in quantum sumas facti locupletior, quamdiu enim in bona fide sum, puto me dominum, dominus potest rem suam consumere, ergo & eam rem mihi bona fide adquisitam consumere potui at eam tamen locupletior fieri non debeam eam alterius damno, merito restituo id, quo factus sum locupletior, ex. gr. cui alienum frumentum & consumi, tantum restituere teneor, quantum interea lucratum sum, dum frumentum emere non debui.

§. IV.

Pertinet eodem regula quarta: possessor bona fidei non teneor ad ullam restitutionem, si res casu perit; nam 1) casum in re aliena nemo præstat, qui in bona fide est, quia ipsi rei interitus non potest imputari; 2) rem restituere nequit, quia illa non existat; 3) locupletior re percunite non factus est, ergo non fructus restituere potest, ergo plane nihil restitit; aliud si quid ex re, que perit, superest, ex. gr. equi demorui supersunt ornamenta, hæc restituenda, vel domus incendio deleta superest area, hæc restituenda, ne cum alterius damno fiam locupletior.

§. V.

§. V.

Regula quinta: bona fidei possessor videtur ad restituendum fructus existantes; a) cuius enim est res, ejus & fructus; b) si foret bonæ fidei possessor eam alterius damno locupletior, si hos fructus existentes sibi retineret. Ac ob eandem causam, quod nemo debeat cum alterius damno locupletior fieri, recte ab auctore observatum, fructus restitui non debere, nisi restitutus impendat in illos factus.

§. VI.

Regula sexta: bona fidei possessor teneor et fructibus consumitis tantum restituere, quantum factus est locupletior. Sed quandoam quis factus censetur locupletior? Resp. si rem alienam consumendo sua perierit, e. g. si alienum frumentum consumendo suum retinuit vel vendidit. Erit vero hic non est unicus casus: nam eorum consumens, & alienum vendidit, tantumdem lucrifecit. Itaque magis dispiciendum, 1) utrum res aliena minus necessaria in usus suos adhibuerit, alias hæc non utilis, nisi eas habuisset, e. g. comedit aliquis pisces, cancras, poma ex alieno fundo, quem bona fide possedit; 2) an vero res tam sine necessitate, ut eas paratâ pecunia sibi comparare debuisset, nisi alienis suis potuisset, e. g. consumit quis alienum frumentum; priore casu non est factus locupletior, ac posteriore factus est. Certum sine animadvertione hic prætereundus non

237 *Lih. I. Cap. XII. De Officiis, quæ ex*
non est error auctoris, quæ bonæ fidei
possessor tum tenetur ad fructus hos resti-
tuendos, si rei evictæ pretium possit re-
cuperare; quid enim hoc ad dominum?
is rem suam cum fructibus suo jure vindic-
at, possessoris autem videre, an pretium re-
cuperare possit.

§. VII.

Regula septima: bona fidei possessor non
tenetur restituere fructus, quos neglexit, id
est, non tenetur restituere fructus perci-
piendos, nam 1) quamdiu de vero domi-
no mihi non constiterit, mihi visus sum do-
minus, adeoque & jus mihi esse de re pro-
lubito dispensandi, merito putavi, jure ex-
go meo usus sum, ac proinde nemini se-
ci injuriam; 2) fructibus neglectis non sum
factus locupletior, ergo nec &c.

§. VIII.

Regula octava: bona fidei possessor ad ul-
lul tenetur, si rem alienam sibi donatam ita-
ram alteri donaverit, ex iisdem rationibus:
nam 1) & jure suo usus est, & 2) non
factus est locupletior; aliud tamen, si ca-
lis sit donatio. quam ex officio, vel ur-
gente exigentia quis tacere debuit, r.
gr. si quis paternam argenteam tamquam donum
supplicale, hac enim donatam suscepere
non potuit; adeoque suæ rei perperam.

§. IX.

Regula nona: si bona fidei possessor rem
alienam sine auctoris scientia alienaverit,
non

de dominio regnum per se servulante. 238
non tenetur, nisi in quantum lucrum fecit,
rem enim debet cum auctoris damno fieri
locupletior: hinc si quis emit equum alicu-
rum 100. florenis, eumque iterum vendi-
derit 150. domino, qui equum non rece-
pit, tenetur restituere 50.

§ X.

Regula decima. Sed quaeritur, an domi-
nus rem suam receptus rem tenere debeat
pretium, quod bonæ fidei possessor expen-
dit? Negatur, 1) quia neque ex conventio-
ne, neque ex delicto obligatur; 2) quia
nemo tenetur dominium suum adquirem
tulo oneroso necum acquirere; aliud 1)
si rem bonæ fidei possessor recuperavit,
quam re omnino quidem ante aliquo pre-
tio fuisse recuperatus, e. g. a piratis;
2) si honorarium ei promissum, qui rem
vero domino restituit; tunc enim domi-
nus tenetur ex pacto.

§. XI.

Regula undecima. Denique quaeritur au-
dierit, an quis rei inventæ aut dominus?
Resp. aut res inventa est nullius, aut ha-
bet donum: si prius, cessit occupanti,
quod & tunc comprit, si res derelicta,
tu post. tunc, res reddenda vero domino.
Quid si quis nullius spargat? Ea cedunt
inventori vel occupanti, nisi forte ebrius
tota jactet, qui sane nescit, quid agat.
Id ex persona, qui hanc liberalitatem ex-
erret. & ex occasione, qua id faciat, fa-
cile disjudicabitur.

CAPUT XIV.

De Pretio.

§ L

SEquitur tertium institutum humanum, ex quo officia hypothetica fiunt, puta, *verum pretium*. Agitur ergo 1) de *pretii origine ac definitione*, §. 1. 2) de *justitiae divisione in univ. & eminent.*, §. 3) de *pretio vulgari*, §. 3. 4) de *pretio eminente*, §. 6, 9.

Pretium rerum originem debuit dominio: nam 1) eo introductio homines ceperunt & carere pluribus rebus ad necessitatem vel vite commoditatem pertinentibus, & aliis etiam quibusdam abundate; 2) itaque opus fuit commerciis, rerumque commutationibus; 3) ad ea initio videbatur sufficere permutatio, quam & antiquissimis gentibus placuisse novimus, veluti Græcis apud Homerum, vid. §. 2. *infra de em. vendit.* veteribus Germanis, apud Tacitum *de morib. German.* & hodiernam barbaris in India & America, qui aurum, gemmas, aliasque res pretiosissimas cum Belois permutant pro speculis, cultellis, fistulis; 4) mox tamen apparuit, hoc commerciorum genus pericula habere incommoda: nam a) sæpe, quæ alicui supererant, non placebant alteri, ut pro his suas merces daret; b) sæpe qui alienis rebus indigebat, plane nihil habebat,

quod

quod pro his daret; a) sæpe servari non poterat æqualitas, quando res pro se dabatur; a) denique res permutandæ non sine incommodo in loca remotiora tunc ferri poterant; a) hinc de materia cogitarum, quæ pro mensura omnium rerum, earumque pretio haberetur, id est, invenire pecuniarum, quæ omnia comparari possent ab omnibus, & sic pro permutacione magis placui emcio venditio, locatio conductio, simileque contractus, qui interveniente pecunia inveniuntur, L. 1. D. de *constrab. em.* Est ergo *pretium* quantitas moralis, ad quam res & opera æstimantur ad commodiorem vite usum; dico, esse *quantitatem*, quia & augeri vel interdici, & minui vel remitti, & in qualvis partes æquales & inæquales dividi, & arithmetico calculo ad liquidum perducitur potest; *invalens*, nec enim res habent pretium a natura, sed ab æstimatione hominum; nulla esset ratio, cor tantillum frustulum auri tantum valeret, quantum multo major portio argenti, æris, plumbi, nisi homines illi hunc valorem imposuissent; hinc & videmus interas insularum Hesperidum pro pecunia habere conchas conditas vel variegatas, Hugo Grot. *lib. 1. de leg. lib. 1. ad annum 1599.* quin meminimus, in Gallia chartas pro pecunia valuisse, quibus sanc parum virtutis pretii est; *ad quos res & opera æstimantur*, pretium enim verum videmus in emcione venditione, operationum in conductione operationum; & quantumvis iure Romano artes liberales dicantur ope-

operæ inestimabiles, tamen & illis pretium vel majus vel minus videamus statui; ad commodatorem *vita usum*, necessitatem enim hominibus hanc extorsisse inventionem diximus.

§. II.

Jam porro quaeritur, *quod duplex sit pretium?* Auctor illud recte dividit in *vulgare* & *eminens*; *vulgare* illud est, quod attribuitur rebus & actionibus, e. g. agro, arboribus, praediis, operis fabrilibus; *eminens*, quod attribuitur pecuniae seu nummo, quo illae res aestimantur. Differunt haec species, 1) quia vulgare ex rerum qualitate & usu nascitur, eminens ex impossibilitate hominum; 2) quod vulgare est veluti normatum, emittens normam, ad quod vulgare aestimatur; 3) quod illud quidem sit proprium, hoc commune omnibus rebus, quia nummo omnia comparate possunt, & hinc etiam vocatur emittens, quia virtualiter rerum omnium pretium complectitur. *Optatus, Art. nov. 24, 163.*

Secura habet ingratum, qui, cum libet, accipit.

Videmus pecunia comparari res, operas, jura, honores, titulos, officia, libertatem, aliquando & justitiam, maritos, & quod non?

Calvus habet nummos, & secura natus.

§. III.

Jam ergo primum agitur de pretio vulgari, & quaeritur, cur non amores, om-

omneque operæ sint ejusdem pretii? Id sane non est 1) ab utilitate, quam praesentant; nam quis neget, aerem esse utilem rem geminis, & tamen illi nullum pretium, his immensum saepe pretium statuitur; 2) nec a quantitate physica; nam magnam molem seu tantum comparare possumus pro minima gemma; 3) nec a necessitate; nam aqua carere non possumus, gemmis possumus, & haec tamen permanentium pretium habent, aqua nullum. Verus ergo respiciendum ad alia, videlicet 1) an sit in dominio? res enim inchoasti hinc dominio hominum eximitur, & hinc nullum a'mittunt pretium, e. g. aer, aqua, lumen; et possunt tamen rerum pretium impendere, sic e. g. praedictus, si praedictum quod habet aquam, aerem salubrem & liquidum, aut unum lumen; 2) an sint in commercio? hinc pretium non habent templi, alicujusque sacra, officia ecclesiastica, administratio iuribus (sed id de jure, de facto enim saepe & haec illi nihilque sunt venalia, quin ipse calamus doctorum saepe venalis est); 3) an homini infervire possint sive ad utilitatem, sive ad commoditatem, sive ad voluptatem, his omnibus statuitur pretium, cum res inuiles vocare solemus nullis pretii, sic praedictum non statuitur mercibus, auribus, glisibus, et statuitur leporibus, vulpibus, aviculis. Et quidem animadvertere licet insignem Dei providentiam, qua fit, ut res maxime necessariae & utiles viliori pretio essent, ad voluptatem vero comparatae enormi ac saepe immen-

menſio; illas enim Deus copioſiſſimas produxit, has rariores eſſe voluit, egit etenim Deus veluti legiſlator prudentiſſimus, qui ſubditoꝝum luxuriam cohibitorus rebus ad luxuriam comparatis magnam imponit reſtri-
ctiōem.

§. IV.

Haſtenuſ de illis, ad quæ reſpicendum, ſi ſcire velimus, an res in ſe pretium ali- quod habeat? Jam porro quaeritur, quænam ſint cauſæ, ob quas in ſpecie hujus vel illius rei pretium vel intendatur, vel minuatur? Hic imprimis vera cauſa eſt raritas; quo major enim eſt mercium copia, eo vilioris pretii habentur, quo rariores ſunt, eo cariores; quo major enim mercium copia, eo pauciores ſunt, qui eas anxie quaerant. adeoque eo vilioris pretio a venditore adduntur. Rariores autem habentur, 1) quæ non adeo copioſa proveniunt, ut gemmæ, unones, ſimenta annis ſterilibus, 2) quæ ex regionibus admodum remotis ad nos deferuntur, e. g. cinnamomum, et aliæ aromata; 3) quæ non ſi magno labore & periculo acquiritur, e. g. argentum vivum, merces ex terris longinquis adveſtæ tempore belli, vel rariores, e. g. Joannis Scripturae verum Magnificum, &c. 4) quando ſibi omnis monopolium vindicat, e. g. Hatzvi in et nammo. adeo ut ſuperſtitium quotannis in eis conſumant. 6) quæ proficiuntur ab artificibus celeberrimis, quod verum eſt

deprehendimus in tabulis pictis, ſculptomis; 7) quando res vel a natura, vel ab arte ſingulari quid accepit, e. g. lapis, in quo ſigura Chriſti crucifixi; 8) quæ admittunt pretium affectionis; pretium affectionis eſt pretium, quod rei ſtatimus non ob ejus præſtantiam, ſed quia nobis aliquid jucundum in memoriam revocat: fundamentum ejus eſt adſociatio idearum, de qua inſignem obſervationem habet Locke; de intellectu humani; experientia enim docet, 1) una idea ſe nobis repræſentante, plerumque reviviſcere reliquas omnes, quæ tum cum illa erant conjunctæ cum eam primum perciperemus; ſic e. g. ſi quis ſibi repræſentat abſentem patrem. ſimul etiam reviviſcent idea velliſſimi ejus, actianum, verborum, &c. 2) una idea revocata, in mentem etiam addit gratias & ingratas perceptiones & ſenſiones, quæ tum habuimus; hæc perceptio aliquando facta valida eſt, e. g. juvenis quidam deſignium animi patiebatur, quociens in conſpectum ejus veniebat chirurgus, a quo lictoriam erat paſſus; quin ſæpe matris gravidæ perceptio reviviſcit in liberis jam natis, quociens res, per quam mater talem perceptiōem habuit, per ſenſum repræſentatur; ſic e. g. Jacobus I. Rex Angliæ deliquium animi patiebatur, quociens videbat gladium evaginatum. Poſtea hæc idearum adſociatione, facile explicari poſteſt, unde ſit pretium affectionis, ſæpe enim res quædam nobis in mentem revocat 1) amicum vel perſonam amatam; hinc pretium

affectionis admittunt donata amicorum, majorem nostrorum; 2) insignem honorem; hinc pretium hujusmodi statuitur donariis principum; 3) periculum feliciter superatum; hinc pretium tale statutum a Petro Imperatore Russiæ equo, quo usus fuerat in prelio Pultawensi; 4) pristinae fortunæ catastrophæ; hinc pretium magnam Stechinelli baro statuit pileo, quo puer usus fuerat, cum mendicaret; 5) rem admodum antiquam & memorabilem; hinc magni fideæ sciblis Episcopi lucerna, magni sunt nummi antiqui, gemmæ, statuae. Sed observandum, affectionem esse personalem, ac proinde hoc pretium a possessore in alterum non transfertur: unde & ratio patet, cur jus quidem habeatur in delictis, non vero in contractibus.

§. V. VI.

Hoc erat primum pretii fundamentum. secundum quod illud intenditur vel remittitur: sed sunt quaedam causæ accessoriae, ob quas idem pretium augetur, vel minuitur, & quidem observandam, pretium esse vel *conventionale*, quando illud licitando definitur, id est, aliquid addendo vel remittendo, vel *legitimum*, quod a magistratibus definitur. Illud ergo in statu naturali & civili locum habet: hoc in statu civili tantum; illud latitudinem admittit, hoc consistit in pænâ; in illo laeso est occulior, in hoc illi in oculos accidunt. Jam in utroque varis possunt esse causæ,

causæ, cur vel intendatur, vel remittatur e. gr. in conventionali ratio habetur 1) laborum & expensarum in merem factarum, sed ordinarium tantum, non extraordinarium, e. g. festi, si mercator in itinere in morbum graviorem incidit; 2) furti. an merx quaedam anxie quaeratur, an non; 3) pecuniarum, an proba afferatur, an inspecta parata, an fides ementis sequenda; totum pretium solvatur, an pro parte tantum; 4) temporis; sic tempore belli prædiorum pretium vilescit, emtores rerum pretiosarum sunt rariores; 5) a quo contractus incipiat, ab emtore, an a venditore; priore casu res solet majori pretio venire, quam posteriore. Ita & in legitima plures esse possunt causæ, cur pretium vel remittendum, vel intendendum sit, ex. g. 1) si annona dolose flagellatur, 2) si rerum peregrinarum vile pretium civium quæsitum nocet; hinc tantum pretium statutum cæsesiæ Merseburgensi.

§. VII.

Jam ergo ad ultimam progredimur capituli partem, quæ agit de *pretio ementis* seu *penuria*, ubi quaeritur 1) *quæ origo penuria?* §. 7. 2) *cur nullatim cum in finem ultra?* §. 8. 3) *quæ valorem pecuniarum definit?* §. 9.

Pecuniarum originem jam ad §. 1. expetimus; cum enim penuriam non sufficere, cogitatum de re, quæ eminentes esset rerum omnium pretium, omnibusque peræque grata esset, ac demum placuit pecunia.

Auctor statit, id per pactum factum esse; & universale quidem generis humani. Non aridet hoc Titius, qui in *Observa.* 342. negat, umquam ejus pacti causa in unum convenisse genus humanum, recte: potius tamen & debemus pactum aliquod supponere, non quidem universale generis humani, sed unius alicujus gentis. Quae omnium prima tali usi sit pecunia, nescimus. Orientem tamen ea prius usum, quam Occidentem, ex historia Abrahami & Jacobi pater. Abrahamus autem pecunia emisit agrum cum israhelica, in qua sepelivit Saram, Josephus vendidit 30. siclis, filii Jacobi pecunia instructi ibant in Aegyptum; singamus ergo primos Hebraeos, aut, si mavis, Phoenicis gentem nauticam ita inter se convenisse, tunc nullum erit dubium quin eorum consuetudinem imitati sint alii. Origo ergo prima est a pactis; ei autem deinde successit consuetudo & imitatio aliorum gentium: ab Orientalibus enim haec didicerunt Graeci, ab his Romani, ab his Germani, atque gentes.

S. VIII.

Sed quaerit, cur metalla potissimum eum in finem elegerint? Equidem initio precudibus usos esse pro pecunia certum est: hinc 1) ipsa vocabula, pecunia, peculium, perulatus; 2) hinc & antiquissimos nummos non aliud *κεραυρα* praeter ferre viderent, quam boves, fues, agnos, &c. 3) hinc & emere est *πρωτον, απηλοδοα*; *ωμοδοα* & similia, quae sunt a *πρωτος* pullus,

apud agnos, fues abius. Passae coeperunt res, argentum, aurum adhibere, sed rudes ac infectum, quod sibi invicem non adjuverant, sed appendebant. Vid. Plinius, *Histor. natu.* XXXII. 1. Hinc & libra adhibita Romae in venditionibus & mancipationibus, libripens, denique nummi, inde habet nomina, talentum, pondus, libes, marca. Tandem res summaria paulatim a Graecis in eum statum redacta, ut nummi certa figura, pondere, & caractere donarentur, ut statim pateret, quales essent, quidque & quantum valerent. Nimirum eos ratio docuit, 1) pretium emens debere habere premium virtuale, quid enim alias percipisset omnium rerum premium esse, si ipsa fuisset nullius pretii? 2) illud nec nimis rarum, nec nimis vulgare ac obiviam esse debere; si enim esset nimis rarum, non sufficeret commercii; si nimis obivium, amitteret premium virtuale, quotamen opus est per requisitum premium; 3) esse debere comparabilis substantia, aliter enim alteretur usu, & sic semper raris pauperior fieret venditor, quo sapienter ille nummus per eos rarus iverit; 4) debere commode dividi posse in quatuorque partes; quia etiam premium rerum omnium non est unum & aequale, debent & nummi in pretio esse diversae quantitates & valoris; 5) debere commode custodiri, & de loco in locum transferri posse; nummus enim est propter commercii, haec vero etiam cum generibus remotissimis instituitur. Jam quinque haec requirit: in nulla re conjunctim reperta

Helv. ad Off. Fidei. & Crois. L. som,

244 748. L. Cap. XV.
 sunt, quam in metallis, maxime nobilioribus; itaque ex his nummos eudere ceperunt. Jam porro cum interitū generis humani, nummos esse iustis matris & ponderis: hinc prudentia suavit gentibus omnibus cultio ius, 1) ne jus montandi privatis concederent, sed imperantibus; 2) ut figuram ei datam regularem, re facile circumcidi & abradi possit; hinc hodie margines adulantur; 3) ut principis *Quarantia*, effigies, insignia, nomen, annus, locus, moneta, in nummo exprimerent. Objici posset, occurrere pecuniam characteram, coriaciam? Resp. hanc non fuisse pecuniam, sed symbola vel testeras postea pecunia luendas.

IX.

Denique queritur, quis valorem pecunie definiat? Resp. imperans; nam 1) is uti rebus omnibus prescribit leges, ita & nummis; 2) ipse est auctor nummorum, ergo & de valore curare debet. At principis hic non est absoluta potestas, nam 1) immutato nummi valore, & manente pristino pondere mox evanesceret, gentes vicine eos ad se trahent; 2) iusto pretio & valore, & manente eorum pondere, omnes res iusto pretio veniunt; 3) nummi usus non modo est in re publice, sed & inter ceteras gentes, ergo & ad aliarum gentium utilitatem est respiciendum. Hinc Alphonsus alius sapiens, insipientiam predebat, cum nummis duplum valorem tribuerit, jam enim omnia duplo cariora vendebantur; cum cogere vellet

De pretio. 243
 vellet subditos, ut res eodem, ac antea, pretio venderent, arma hi conripiebant.

CAPUT XV.

De contractibus, qui pretii verum suspiciant,
 & summi inde Officia.

L.

HABENS de rerum pretio, ex quo contractus nascuntur, quorum consideratio nihilis & officia, quae ex pretii rerum refulant, suggerit; de contractibus verum expedienda erunt 1) definitio, §. 1. 2) divisio in contractus universales, & beneficis, §. 2. 4. 3) doctrina de contractibus beneficis, §. 1. 2. 4) doctrina de contractibus universis, §. 2. ad fin.

Contractuum definitio in iure naturae non difficile est, vere enim hoc iure inter pacta & contractus nulla est differentia, & potuisset auctor, quae hoc capite dixit, &que eam modo exlequi supra, ubi de pactis egit. Nimirum discrimen inter pacta & contractus est ex iure Romanorum: hi, cum annuadvertent, paciscentes plerumque revertebatur, & negare, se aliquid serio promissum, de medio cogitarunt, quo hanc exceptionem hominibus eriperent; id non commodius fieri posse praebant, quam si certam formam prescriberent, quae in pacificando esset observanda; si quis ergo eam observasset, inde dubiam actionem;

244 Lib. I. Cap. XV. De contrahibus;
sua minus, negabant. Vide PLAUTUM, *Am-
bulus*. ad. II. *Actus*. II. v. 87. 88.

Sc. 2, quo vas fideiatis pacto
perplexariis.

Pactum non pactum est, non pactum pa-
ctum est, quia vobis iuris.

Item GELL. *Noct. Attic.* XX. 1. Romani fide-
dem in contrahibus iurarent. conventionem
ergo, quae solo consensu inibatur, non
observata forma legibus praescripta, voca-
bant pactum, illam, in qua forma illa ad-
eorce fuerat observata, contractum appel-
labant; e. g. si quis simpliciter promississet
alteri centum, id quidem pactum erat,
quod nullam producebat actionem; si quis
veto centum promississet per stipulationem,
actionem dabant, quia forma a lege praes-
cripta fuerat observata, idque non eo-
dem pactum erat, sed contractus. Forma
vero illa vel consistebat in datione, vel in
verbis litterisve solemnibus, vel in consen-
sui utriusque praesenti in quinque tantum
negotius, quae contractus consensuales vo-
cabant, emptione, locatione, emphyteusi,
societate, & mandato. Eam formam vo-
cabant causam, eamque in omnibus con-
tractibus requirebant; at ex quibusdam con-
tractibus praeterea dabant actionem ejusdem
cum contractu nominis, e. g. ex emptione
venditione actionem empti venditi, & tunc
vocabant hos contractus nominatos; reli-
quos autem innominatos. Jam facile patet,
haec omnia esse Romana, & juris pro-
fuiti, adeoque in iure naturae nullum re-
perire praesidium: hoc sane nullam con-

qui pretia rerum supponunt, &c. 245
ventionibus formam praescripsit; hoc ne-
scit, quid sit nomen, nescit, quid sit caus-
sa, adeoque & nescit differentiam inter
pacta & contractus.

Contractus ergo (aeque ac pactum) est
duorum vel plurium in idem placitum
consensus de obligatione vel introducenda,
vel tollenda, vel evadenda. Equidem
antiquo discrimen aliquod commentus est
inter pacta & contractus; illa iniuri aut
de rebus, quae non habent pretium,
adeoque nec in commercio sunt; haec de
rebus certo pretio aestimabilibus, & in
commercio constitutis, e. g. spontalia esse
pactum, quia sponta nec pretio sit
aestimabilis, nec in commercio; contra-
ctum esse contractum, quia pretium
interveniat, & nihil vendi possit, quod
non sit in commercio. Jam potest quidem
hoc discrimen admitti, cuiuslibet enim
liberum est, vocabula suo arbitrio defini-
re, sed tunc discrimen hoc non est reale;
sive enim paciscaris, sive contrahas,
sive pretium interveniat, sive non, idem
erit effectus, puta, pacta aeque ac con-
tractus servari oportere; quae vero effectui
non differunt, ea plane non differre
videantur. Maneat ergo fixum atque firmum,
iure naturae inter pacta & contractus
nullam esse differentiam.

§. II.

Jam potius quaeritur, quotuplices sint
contractus, vel pacta? quippe haec in po-
ssetum promissive accipiemus. Respondet
auctor, alia esse beneficia, alia onerosa;

mutua, ubi alter alteri aliquid gratis prae-
stat, e. g. commodatum, depositum, man-
datum, donatio; *onerosa*, ubi utraque pars
ad idem vel simile onus obstringitur, e. g.
emtio venditio, locatio, societas, pignus.
Haec facilia, & tamen auctor in applicatio-
ne erravit; si enim quaeramus, an mutuum
sit contractus beneficium, an onerosus? resp.
esse onerosum, & inter illos contractus de
mutuo infra agit §. 11. Sed quis dixerit, in
mutuo utrumque ad simile vel idem onus
obstringi creditorem sane ad nihil obstringe-
tur. Dixeris, creditorem obstringi ad dan-
dam pecuniam, debitorem ad eandem red-
dendam; sed sic & commodatum, & de-
positum erunt contractus onerosi, quos ta-
men auctor ad beneficium retulit, nam & in
his unus se obstringit ad dandum, alter ad
reddendum vel restituendum. Accuratius
distinguitur inter *mutuum simplex & usura-
rium*. prius erit contractus beneficium, debi-
tor enim pecunia aliena utitur gratis, nec
reddidit, nisi quod accepit; posterius erit con-
tractus onerosus, quia non gratis accipit
pecuniam, sed veluti pro certa mercede.

§. 11.

Jam quaeritur de beneficiorum & onero-
sorum contractuum differentia, quam au-
ctor recte in eo statuit, quod in onerosis
utrinque requiritur aequalitas, in benefi-
ciis non requiritur. *Demonstratio*. Benefici-
um nihil aliud intendunt, quam ut alter mihi
praestet officium humanitatis, egoque cer-
tus sum, alterum illud mihi praestitutum,
officia autem humanitatis, ut supra vidi-
mus,

mus, non requirunt compensationem per
eandem officia, sed gratitudinem tantum;
ergo cui per contractum beneficium aliquid
conceditur, tenetur tantum ad gratitudi-
nem, non ad compensationem: contra in
onerosis contractibus non id agitur, ut
alter mihi praestet officium humanitatis,
sed aliud, quod ab eo nec jure perfecto,
nec imperfecto exigere possum; ergo te-
neor ad compensationem, adeoque ad
praestationem aequalem; quod erat de-
monstrandum. Hinc consequitur, 1) ut
alter alteri in contractibus onerosis indi-
care debeat rei qualitates & vitia, quae
pretium vel minuerit, vel intendere pos-
sint, e. g. si quis aedes vendit, debet in-
dicare onera, levitates, hypothecae, &c.
hinc Athenienses dicebant: *contra illi tu-
men amant*; 2) id tantum intelligendum
esse de qualitatibus ad objectum contractus
immediate pertinentibus, non de circum-
stantiis accessoriiis, vel extrinsecis adve-
nientibus; sic e. g. apud Cicero. *de offi-
c. III.* 12. disputatur, an nauta, qui fru-
menta Rhodum advexerat, indicare de-
buerit, alia quoque navigia fumento
onusta Alexandria selvisse? Nec videmus
reprehendi autorem in Evangelio, qui
agrum emerat, & dissimulaverat, thesau-
rum in illo latere.

Porro ex eodem principio sequitur,
3) ut omnis laeso vel inaequalitas sit emen-
danda, si in contractu oneroso interven-
erit, quod sit vel abruptum contractum,

vel proflato damno, vel latione; 4) perinde esse, siue latio sit maioris momenti, siue minoris, requiritur enim aequalitas, ubi vero vel minima inaequalitas est, ibi uni majus incumbit onus, quam alteri, adeoque onus est inaequale contra regulam §. 3. explicatam. Haec quidem iure naturae certa sunt, & in theoria facile intelliguntur, sed in re publica & praxi non possunt adaequate observari; nam 1) pretium rerum definitur plerumque non lege, sed conventionem, pretium autem conventionale non consistit in puncto, seu superiore capite ostendimus, itaque admodum illiquida est illa latio, de qua contractuum alteruter conqueritur; 2) interesi rei publicae, ne lites in infinitum gliscant, in infinitum autem eas gliscere oporteret, si ob lationem quamlibet, etiam minimam, actio daretur. Itaque leges civiles, in primis I. 2. C. de resind. vendit. deserviunt, tunc demum actioni locum fore, si alter latus sit enormiter, id est, ultra dimidium, quamvis de hac regula multos patitur exceptiones, imprimis vero non potest locum habere, si quis se latum queratur enormiter in negotio, quod aleam continet, e. g. in transactione; quin ne aequitate quidem nisi illam rescissionem contractuum ab I. 2. C. de resind. vendit. singulari *Differantia de aequitate carborum vendit. ex I. 2. C. de resind. vendit.* demonstrare voluit Inomatus, quamvis ejus sententia me haud suffragari fatear.

Item speciatim de contractibus beneficiis, & quidem 1) *mandatis*, §. 1. 2) *de committis*, §. 6. 3) *de deposito*, §. 7.

Mandatum est contractus, quo quis rem aliam gratis expediendam suscipit. *Contractus*; ergo non potest mandatum esse obligationem de re impossibili, turpi, aliave, quae non est in commercio. *Rom. aedicianam*; in *beneficiis* dicitur mandatum etiam posse in postri gratiam suscipi, sed tunc vere non est mandatum, verum consilium, e. g. si inopi mando, ut opetas laeet. *Gratis*, abis enim nihil differret a locatione conductione. Ceterum haec definitio nobis dat conclusiones, 1) in hoc mandati contractu omnem fidem & diligentiam esse praestandam; nam 2) est contractus humani alicui diximus & hac amore vincitur, ut supra demonstratum; amor autem eandem exigat fidem ac diligentiam in rebus proximi, quam nobis praestari volumus; mandabant olim per manus dationem, *credo dextram*, per egi *hauc dextram* *te ero & haec ut mihi fuis* unde mandatum quasi manus datio & b) nemo mandat nisi amico, nec mandatum quis suscipit, nisi amico; & hinc turpissimum amici spem in nobis positam delituere & facile ergo patet, cur Romani contractum hunc tam osolum habuerint; 2) normam hujus contractus esse voluntatem mandantis, nam hujus causa mandatum suscipitur; eum vero illa voluntas sit vel determinata;

150 Lib. I. Cap. XV. De contrahendis,
vel indeterminata, mandatum quoque vel
definitum, vel indefinitum est: definitum, si
mandans mandatario omnes circumstantias
definit; indefinitum, si eas non definit, sed
rem omnem alterius fidei ac prudentia re-
linquit; de illo tenendum, 3) religiose
mandatum sese conducere debere intra
fines mandati, alios mandatarium non tene-
gella rata habere. Sic magnas vicias ne-
clunt ICI Romani; quorum enim, 1) an
mandatum possit exequi mandatarius pec-
quipollens? 2) item an teneatur mandans
rem ratam habere ad summam concurrentem?
Nos respondemus, si vere res sit
quipollens, nullum esse dubium, e. g. si
michi quis condiderit aedes, easque com-
modas, spatiosas, loco opportuno sitas,
non autem easdem, quas mihi conduci vo-
lueram; sed raro vere sunt equipollentia
propter affectionis pretium, cuius funda-
mentum supra dedimus; altera quaestio ab-
solute efficienda, quia mandans habet,
quod voluit. De mandato indefinito te-
nenda regula: 3) omnem fraudem abelle
debere; hinc, si talis intercessit, manda-
ne sic quidem tenetur ad ratam rem habeo-
dam, denique quavis gratuitis sit hic
contractus, non tamen ulla aequitatis soe-
cie exgere potest mandans, ut mandataris
damnum ex re sua ferat; hinc 4) mandans
tenetur mandatarium indemnem praestare,
adeoque impensas & damna, si qua ex
mandato passus est, restituere.

VI.

Commodatum a mutuo praeterque gratas

qui pretia rerum supponunt, etc. 151
non distinguerunt; hinc Germani eodem
vocabulo *leihen* utuntur de utraque con-
tractu; receptum tamen est, ut differen-
tia statuat 1) *ratio* *beneficii*, quod hic
est res non fungibilis, in manu fungibilis;
2) *officium*, quis in mutuo transit domi-
nium, in commodato non transit; 3) *ra-
tione obligationis*, debitor enim reddere te-
netur idem in generi, commodatarius eam-
dem speciem; hic est definitio, *commodatum*
est contractus, quo quis alteri rem suam
non fungibilem gratis utendam concedit,
in eadem specie restituendam; hinc 1) com-
modatarius tenetur rem alienam summa fi-
de ac diligentia custodire; 2) rem licita
usu restituere; 3) quovis damna sua culpa
data restituere; 4) eo commodatarius vero
a commodante indemnus praestandus est,
si summa facere coactus est in rem com-
modatam. Quia tamen hoc quoddammodo
inhumanum videretur, promiscue omnes sum-
tus repetere, cum commodatarius re alie-
na gratis utatur: hinc jus Romanum insu-
per habitis modicis, immodicos tantum vult
restituere, id est, eos, qui ipsam necesse est
locationis transcurrunt.

§. VII.

Depositum est contractus, quo res aliena
gratis custodiendas suscipimus; nullus est
contractus, quem sanctiorem habere ve-
teres; hinc a Petrus, *Epistola* X. 37. lau-
dantur primi Christiani, quod tactamen-
to se invicem obligaverint, ne depositum
abregerent; contra Gluici universam fami-
liam ideo pariter referunt, quod cogitarit

270 Lib. I. Cap. III. De contrahendis,
solum abnegare depositum. JUVENALIS,
Satir. XIII. 159. seqq.

*Spontaneis eadem vendendis Pythia vocat:
Eandem imperitiam quendam fore, quod du-
liciter*

*Depositum retinere, & fraudem jura caeri
juranda.*

Et postea post, v. 204. seqq.

*Middidi tibi missi, non minus, & lo-
cum omnem*

*Vocem adyti signam caepia, utramque
probat:*

*Res in dote non pariter cum prole, demingua.
Et sane ratio ipsa dicitur, 1) depositum
esse sancte custodiendum, est enim & hoc
amicitia fiducia datum i. 2) omnem cul-
pam praestandam; 3) deporenti Basim re-
stituendum, quod tamen patitur exceptio-
nem, a) si latere appareat, diponentem re-
abolutum, e. g. si turisus gladium repol-
tat; b) si verus dominus superveniat, &
veru vindicet; 4) depositum quoque in-
demum praestitum.*

§. VIII.

Pergit auctor ad contractus irritatos,
in quibus primum locum tenet *permutatio*,
per quam intelligimus contractum, quo
res pro re traditur, & quidem in ligenda
res omnis, praeter pecuniam; nam alio-
quin esset emtio venditio. Hinc quaerit so-
let, 1) an in pecunia quoque licet sit
permutatio? Affirmatur, si consuleretur
utrumquam res non fungibilis, alioquin si
pecuniam pro pecunia do, vere est emtio,
2) an permutatio sit, si pars in pecunia,
pars

qui pretio rerum supponunt, Et. 253
pars in rebus aliis consistit? Jure tamen
hujus quaestionis nullus est usus: ac jure
civilis aliquando magis est ubi jus retra-
ctus, cui in emtione venditione, non in
permutatione locus est, desinitur ergo jure
civilis ita, ut prius respiciatur ad majorem
quantitatem, qua si in pecunia consistit,
pro emtione habetur constitutus si in alia
re, pro permutatione: deinde si aequalis
est quantitas, pro emtione, tamquam con-
tractu frequentiore major praesumptum est.
Utrius est distinctio inter *permutacionem
simplicem* & *eam emtione venditione conjun-
ctam*; duplex est, quando absolute res
pro re datur, sine praevia affirmatione, qua-
lem supra inter Batavos & Hollandos tri-
dimus; talis etiam illa apud Homerum
Glauco & Diomedes, qui inter se permuta-
bant arma, apud Romanos v. m. v. v. 16.

*permutacione emtione venditione conjun-
ctam in rebus pecunia non habetur.*

Altera cum emtione venditione conjun-
cto, quando singuli res suo pretio aestimant,
ac deinde loco personae merces commu-
tant, quod fieri solet mercatores Bata-
vi, dum ex Russia caris pro aromatis
domum referunt. De illa est regula =
1) permutacionem ejusmodi fieri per
aestimationem, adeoque neutrum ne laesio-
ne caeteri pelle, modo nihil dolo Ja-
berit; de hae: 2) in permutacione po-
sitionis generis eadem esse jura, quae
in emtione, adeoque quaecumque laesio-
nem esse referendam. Quae solet, an-
locus in hoc contractu sit praesentia &

Affirmatur jure Romano, sed ratio non alia est, quam quod qui ex sua parte dedit, alterum non dantem habet obligatum ex contractu, ille vero, qui non dedit, dantem tantum ex pacto obligatum habet, ibi enim adest causa praesens & civiliter obligans, hic non adest: sed quia hanc subtilitatem ignorat jus naturae, secundum quod potius omnia pacta valide obligant, consequens est, ut ex ejus principiis non magis sit locus poenitentiae in contractibus innominatis, quam in aliis.

IX.

Alter contractus onerosus est *emtio venditio*. Hic maxime deum discernit inter jus naturae & civile: illo procul dubio hujus contractus finis est translatio dominii, quia ea intentione emere solentur: ut jure civile tantum traditio est finis; hinc enim dominium transferatur, sive non, tamen valet contractus; hic e jure naturae verus est jocus MARTIALIS, *Epigramm. II. 26. Cavinae Paulus emit, recitas sua carmina Paulus.*

Nam quod emat, possidet jure suum.

At jure civili (1) emere habet, etique *emtio venditio* contractus de re pro certo pretio tradenda, cum jure naturae sit contractus de rei dominio pro certo pretio transferendo. Itaque 1) venditor debet esse dominus, 2) non debet in mora tradendi esse, alia jure naturae merito fert periculum; 3) emitor jure temporis solvere pretium tenetur; 4) alia merito tenetur ad praestandam indemnitatem, hodie

qui poena vitium supponunt, Cr. 259
ad uluras; 5) venditor tenetur ad evictionem praestandam, si res vendita a tertio evicta sit. Reliqua omnia sunt juris positivi, nisi quod, quia jure naturae omnia pacta obligant, inde hinc regula: 4) quod emtorum qualiterumque pacta cum suspensiva, cum resolutiva accedere possint, talia vero sunt: 1) additio in diem, ubi res pro certo pretio alteri addenda, si intra certum tempus nemo plus offerat; 2) lex commissoriam, ut in casum non soluti pretii res incerta sit; 3) de retrovendendo, ut restitutum pretio res iterum retrahatur, &c. Omnia haec pacta ex intentione & sermone contrahentium interpretanda. *Emtio sponsa* est, quando res le certa emitur, quod sit in emtionibus rerum futurarum, lotaris, olla sortunae, &c. ubi una regula: neutrum contrahentem conquirit pollic de laesione.

§. X.

Locatio conductio est contractus de rei usua vel operis pro certo mercede praestandis: 1) mercedem hic deum in pecunia numerata consistere oportet, quia alia esset contractus, do ut facias, vel, facio ut facias, quantum jure naturae incertum, haec nihil differentiae sit, & Romani hoc discrimen introduxerint ideo, ut actiones eo rectius differri possent; 2) qui mercedem dat, vocatur conductor, qui eam accipit, locator, quantum hoc fallat in resolutione operis, si scilicet locatur totum opus, vel sui pars, agger, curia; tunc enim qui mercedem dat, vocatur locator, qui mercedem accipit, conductor, vel redemptor operis;

operis, 3) mercedem oportet esse determinatam, alias non est locatio, nisi firmatae legittima, e. g. quæri solet, an locatio herit illa apud MATHEM. XX; 4. *Item quoque in vinorum vitam, & quæ equum vitæ, dabo vobis;* operatorum enim merces diutina legibus jam deservita esse solet in singulis civitatibus. Officia jam facile intelliguntur: 1) locator tenetur usum rei, vel operas præstare; 2) si impediatur, tenetur ad id, quod interest; 3) si non plene præstari potest rei usus ob casum fortuitum, remissio mercedis jure petitur, datur enim pro rei usu; casum etiam non alius ferre potest, quam dominus, nisi conductor eum in se suscepit; 4) non potest locator conductorem ante finitum tempus expellere, si ex parte, tenetur ad id, quod interest; 5) conductor tenetur ad mercedem solvendam, nec non 6) ad diligentiam omnem præstandam, quam ipse dominus in suo præstare, nam usum tantum rei alienæ habet, remque tenetur restituere non deteriorem; 7) non potest rem deserere ante tempus, nisi ob urgentem necessitatem, non enim vult ante tempus expelli, quod sibi fieri non vult, alii ne faciat. An vero meliorem rem reddere potest conductor pro lubitu? Neg. jure nature, nisi dominus vel locator consentiat: aut enim non sufficit res ejus utilis, non debuit conducere; aut sufficit, non debuit summoese edificare. Non ergo probanda est consuetudo Prisonam, qui conductori prædii rustici liberam facultatem

rum edificandi facultatem, nec finito locationis tempore locatori prius restituatur prædium, quam satisfactum sit conductori de meliorationibus; ita sæpe contingit, ut locator excidat domino, si tantum solvere non possit.

§. XI.

Mutuum est contractus, quo pecunia, & alia res fungibilis alteri datur, ut ejus fiat, & quandoque tantumdem in eodem genere restituatur. *Res fungibilis;* alias enim esset commodatum; *ut ejus fiat;* natura enim hujus contractus exigit, ut transferatur dominium. Negavit id SALMASTOR de usuris, præcipue ideo, quod pecunia creata vocetur res alienum. Sed resp. vocatur res alienum, non quatenus a debitore possidetur, sed quatenus restituenda, ob id enim non habetur pars patrimonii, nec hoc intelligitur, nisi detracto ære alieno. Argumentamur contra SALMASTOR: penes quem omnes domini sunt effectus, is est dominus; penes debitorem omnes domini sunt effectus; ergo penes debitorem est dominium. Minorem inde probamus: 1) libere de pecunia disponit debitor, adeo ut & abicere eam possit; 2) omnem inde utilitatem percipit; 3) periculum & casum ferre, si pecunia petri petri debitori, & res tamen pecuniæ perit, nisi suo domino; 4) vindicat exstantes. Ubicumque invenit. Officium ex hoc contractu reflexivum facile intelligitur: *scilicet quod debet;* est enim beneficium hujus contractus. Objici posset, ut quomodo necum est, quod reddi debet? Resp.

Resp. 1) non reddo nummos eisdem in specie, sed in genere; 2) potest & dominus ad reddendum obstrictus esse, e. g. qui possidet eum pacto retrovenditionis; heres item fiduciarius; ira maritus est dotis domus, quavis ad restituendam illam finito matrimonio obstrictus. Præcipua questio est, an usura peti possunt? Negant id nonnulli, imprimis Canonistæ, qui excommunicatione dignos putant usurarios, 1) quia numerus sit res sterilis; resp. id negatur, quia contrarium mercatores quotidie ipso facto experiuntur; 2) quia commodatum est gratuitum, ergo & necesse tale esse debere; resp. non valere consequentiam, in commodato tantum usus rei transfertur, res non consumitur, sed in specie est reddenda, non ergo tantum est periculum; 3) quia passim in lege Mosaicâ prohibeantur usurae, Exod. XXII, 25. Levit. XXV, 36. sed conf. Deuter. XXIII, 19. Non poterant quidem usuras capere a contribulibus, poterant autem ab aliis, qui non essent consortes ejusdem religionis. Et quis ignorat, Indicos esse feneratorum omnium impræbissimos? Argumentamur itaque: quidquid tantum ratione Judæorum, non omnium hominum prohibitum est, id non est juris naturæ: usura, &c. 4) quia magna detrimenta inde capiunt res publicæ; resp. ergo inde tantum sequitur, contumendum esse uti-
prævicentem præviciem, non autem usuras in se esse illicitas; abulus non tollit utum. Immo LUDOVICUS SEPTEIMUS de ratione statuit

qui *prævia ratione suspensus*, Cetera 259 eleganter demonstravit, utilis esse rei publicæ, ut usurae permittantur, quam ut prohibeantur, quia alioquin nemo alteri pecuniam eum tanto periculo crediturum esset, si nulla spes lucri ex usuris adsurgeret. Demonstratio optima est, usuras esse licitas; quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; non vis, ut alter cum tuo damno locupletetur; ergo nec tu debes locupletari cum alterius damno; locupletaris autem, si aliena pecunia lucrum faceres, nec partem lucri communicare debes, adeoque usuras solvere. Officium tamen juris naturæ est, 1) ut modice sint, nec mordaces; 2) ut solvantur vel ex promissa, vel propter morem, adeoque plus non debeatur, si nec promissa, nec debitor in mora sit; 3) ut non exigendæ sint ab eo, qui ex pecunia nullum plane lucrum capere potest, adeoque creditor jure licite debeat, ad quid debitor usuras sit pecunia.

XII.

Societas (*dit Massepug*, fraternitas) est contractus de re vel operis communicandis ob commune lucrum. Est vel *universalis* omnium honorum, veluti in multis in locis inter conjuges, vel *particularis*, in communicatum certum horum genus, e. g. adquæstus; vel *singularis*, si certa summa pecuniæ. *Universalis* omnium honorum non requirit æqualitatem, neque in adquæstus, nec operis, nec impensis. *Particularis* idem non requirit æqualitatem; sic adquæstus inter conjuges quibusdam locis dicitur.

dividitur aequa lance, quamvis nec opta sine pares, & unus plus lucratur, quam alter. In singulari societate singuli socii participant de lucro & damno pro rata, id quod arithmetice per regulam societatis computatur; 4) incertitas leonina plane prohibita; nota est fabula *Axoni* de leone societatem venatorum instituyente. Societas tam diu durat, quamdiu voluerint contractentes: jure Romano, quamdiu velint, discedere enim possunt pro libitu socii. Soluta societate res quoque communes pro rata dividenda inter socios.

§. XIII.

Ad onerosos contractus auctor etiam relet contractus *aleam contingentes*, per quos intelligimus tales contractus, ubi quis nec scit, quid, quale, quantum, immo analiquid accepturus sit; huc pertinent 1) *sumptus*; per quas intelligimus mutuum promissum neca incertum eventum factum; nihil hic injusti, possum donare puta, ergo & incertum eventum, possum solus, ergo multo magis poterunt plures recipere donare; 2) *ludi cernes*, ubi vel alicui, vel fortuito, de utraque dominatur, hic quoque nihil, quod in se injustum sit, ludus enim etiam est donatio reciproca sub ea conditione facta, si quis ex legibus ludi alterum vicerit. At injuriosissimi neci possunt ob terrorem, avaritiam, & cupiditatem, iras, contentiones, fraudes, caedes, &c. 3) *olla sortitua* vel *locaria*, quando pretia emittit locaria reflecta, per quam sortitio fit de iuris aequodam inaequalibus; hic quoque nihil

injusti, modo omnis scelus abicit, unde plerisque locis institutum, ut nulli liceat illam sortitua habere, nisi antea a magistratu fuerit probata, quotidieque ob signata. Utilissimus vero ejus generis est 4) *asscuratio*, quando quis promittit, se alterum indemnem praestitutum, si forte navis vel merces perierit, pro certo praemio; 1) promittens vocatur *asscurator*; 2) id, cui indemnitas promittitur, *asscuratus*; 3) praemium; 4) contractus scriptus *de Polizza*. Praemium statim solvitur, eoque facto hic contractus hunc habet effectum: 1) si non solvit portu navis, asscuratus de praemio partem recipit, quae vocatur *ristorno*; 2) si feliciter in portu appellit, asscurator praemium lucratur; 3) si perierit, asscurator indemnitatem praestare debet. In omnibus his contractibus observanda officia: a) fraudem abesse debere; non prodest autem, si quis de eventu jam certus est; b) neminem in his contractibus de inaequalitate & lesione conqueri posse, quia quisque debet sibi imputare, quod alicui rem commiserit.

§. XIV.

Sunt etiam quidam contractus onerosi accessorii, qui numquam per se subsistunt, sed aliis contractibus accedunt; tales sunt *fiduciaris*, & *pignus*. *Fiducia* est contractus, quo quis alienae obligationi in subsidium accedit; dicitur *in subsidium*; nam vel alienam obligationem plane in se incipit, uti Apostolus Paulus fecisse novimus, vocatur expressio seu delegatio; differentia est, quod per

per fideiussionem debitor principalis non liberetur, per exemptionem liberatur; dicimus: *aliena obligationi*; ergo talis intelligitur, quæ vicariam admittit præstationem; ergo sponsalia non admittunt fideiussorem, multo minus in criminalibus causis, quæ capitales sunt, vades dari possunt. Admittentur vero apud Græcos, etiam docent exempla Damonis & Pythiæ, sed absurda erat illa consuetudo, 1) quia nemo est dominus vite suæ, ut se obligare possit pro alio ad supplicium subiundum; 2) quia, si id fieret, re vera illa non foret poena, quia non ideo est malum actionis, ob quod aliquid mali patiendum; dicimus denique fideiussorem alienæ obligationi accedere. Jus Romanum addit: *pro litensacionem*, ut dicitur naturæ nihil inter pacta & contractus interesse, (sæpe diximus). Jam ex his facile intelliguntur officia: 1) fideiussor tenetur in subsidium; ergo quamdiu solvendo est debitor principalis, non est deveniendum ad fideiussorem; hinc ipse JOSTIANUS æquum putavit introducere beneficium ordinis, cum antea principaliter tenerentur fideiussores; 2) debitor principalis fideiussori tenetur pro rata, nisi expresse se obligarit in solidum; 3) non tenentur in majori, quævis arctius teneti possunt, quæ omnia ex natura precarii satis luculenter videntur.

§. XV.

Pignus est contractus accessorius, quo creditori jus in aliqua re constituitur ad

secu-

securitatem crediti. Hæc res si traditur, *pignus* nomen retinet; si non traditur, *hypotheca* vocatur; sic aliquando sola res traditur, aliquando & fructus creditori relinquuntur in vicem usurarum; & tunc est pignus cum pacto antichretico. Cum ergo pignus detur in securitatem crediti: sequitur, 1) ut non sit utendum, nisi pactum antichreticum accesserit; 2) potius summande & diligentia custodiendum; 3) si tamen perierit, non ideo extinguitur debitum, quia res perit suo domino; 4) soluto debito pignus est restituendum; 5) debitor non debet vel rem alienam, vel alii potestate obnoxiam pignoris dare; non enim potest jus ei in re dare, in quam jam alteri jus est. Quartur, an in pignore locus sit pacto commissorio, id est, tali pacto, ut pignus commissum sit, simulac iusto tempore non relevatur? Negatur; debitor enim nihil debet, nisi tantumdem in eodem genere restituat, non autem restituere tantumdem; sed plus, quam deberet, si pignus in commulsum caderet, quippe quod plerumque majoris pretii est, quam debitum. Ergo pacto commissorium non habet locum.

§. XVI.

Cum ipse auctor, quod ad officia contractuum attinet, se ad superiora referat, nos vero officia ad singulos contractus accuratissime exposuimus: actum agere; eaque hic omnia repetere volumus, sed potius ad caput sequens progredimur.

C A-

CAPUT XVI.

Omibus modis solvantur obligationes, quæ ex
pactis oriuntur.

L

Cum adhuc de contractibus, natisque
inde obligationibus, actum sit: me-
rito jam porro disquiritur, quomodo obli-
gationes dissolvantur; modi autem sunt tres,
quos sunt paragraphi, ut nulla opus sit hu-
jus capituli partitione.

Primus modus est *expletio contractus seu
solutio*, per quam intelligimus præstationem
ejus, quod est in obligatione, e. g. si red-
ditur creditum, si pretium ab emitore sol-
vitur, &c. Solvi tunc obligationem, inde
probat: sius est primum in intentione,
at ultimum in executione; in contractibus
expletio seu solutio est primum in inten-
tione, & ultimum in executione, con-
tractus ergo, solutione præstita, finitus
est. Inde patet, 1) non interesse, quis
solvat promissum vel præset, nisi promissum
ita comparatum sit, ut non admittat
vicariam præstationem; hinc si Titius sol-
vit centum, quas Mævius debet, mihi per-
inde satis factum est, ac si Mævius solvi-
deret. At si Titius ducere velit Cajam, cui Mæ-
vius præmisit matrimonium, non perinde
est, quia personæ qualitas electa; 2) sol-
vendum est, quod in obligatione est; ergo
non aliud pro alio, nec particularis
solutio ulli obzudi potest, si summas
inter-

solvantur obligationes, quæ ex. 265

integra promissa; solvenda etiam eadem
moneta, de qua convenit, ac tantum-
dem addendum, quanto moneta est deter-
rior; id quod vocant *agio*; 3) solvendum
juncto tempore, alioquin minus solvitur;
hinc non injustum est interesse moræ; ve-
demus ergo, cur veteres nisi sint termi-
no metaphorice *solvere*, quemadmodum
& obligare est metaphoricum. Sicuti con-
trahendo aliquis veluti obstringitur & li-
gatur: ita præstando, quod debet, solvi-
tur & liberatur.

H.

Alter modus est *compensatio*, quod vo-
cabulum est Asiaticum, usurpatumque,
quoties duo pondera sunt in æquilibrio;
quemadmodum æqua tunc æquum præ-
ponderat, ita & neuter melioris vel deter-
ioris conditionis esse dicitur, ubi sit com-
pensatio. Definimus itaque *compensatio-
nem*, quod sit mutui debiti & crediti con-
tributio. Tolli ea obligationem inde est,
quod quæ per partes fieri possunt, per pla-
ra fieri non debeant, si eodem ordine esse
procedendum, prima debite meas solve-
re mihi deberet centum, quos ego debem,
brevius id fieri potest, si uterque suas cen-
tum retinet. Jam facile patet, 1) compen-
sationi tantum locum esse, ubi æquæ est
debitum certæ æstimationis; hinc frustra
compensantur res & facta, nisi hæc jam
æstimata sint, e. g. Titius Cajæ debet cen-
tum, per Titio præmisit matrimonium,
compensationi non est locus, nisi forte a
constituta pronunciatum sit, Titium Cajæ
Beim de Off. Item. & Civili. M cen-

centum solvete teneri; 2) compensari non posse, nisi quod utrimque liquidum est; liquidum enim statim debetur, illiquidum tum demum, quando causae cognitioe finita; ac iniuria heret creditoris. cui statim solvendum, si juberetur tandiu expectare, donec alter alteram desierit; 3) compensatio fit ad summam concurrentem, id est, si Titius mihi debet centum, ego viginti, solvete mihi teneret octoginta; 4) ubi eo momento, quo mutuum esse coepit debitum & creditum, uterque debere statim desit, ergo cessant usurae, pignora, obligationes fidejussionum.

§. III.

Tertius modus est *missio* seu *condonatio*, quae est pactum, quo obligatio utrius alterius liberalitate tollitur. Per vel *expresso*, quae fit verbis, vel *tacito*, quae ex facto colligitur, e. g. ex redditione vel laceratione chiographi; ad expressam Romani requirebant verba sollemnia: *sane quod si tibi debui, acceptum habes? acceptum habes*, id quod vocabant acceptilaticem. Necessarium id videbatur, 1) quia pactum nudum non obligabat civiliter; 2) quia nihil tam naturale videbatur, quam eodem modo quidque dissolvi, quo colligatum est: sed cum haec rationes jure naturae essent, perinde quoque est, siue condonatio per pactum facta, siue per verba sollemnia. Officia sunt: 1) qui condonat, debet liberam de rebus suis dispositionem habere; scelerata ergo erat ratio illius nequam apud Iac. XVI, 6. *accepto nam scriptum*,

de fidei conseruata, & *seruio quinquaginta*; sic de aliena ludemat corio; debitor debet hanc remissionem acceptare; suat, qui eam acceptationem praesumi ajunt, sed ego id negaverim; distinguenda persona, si persona sit egena, & quae honeste id beneficium acceptare possit, praesumitur acceptasse, e. g. si quis pauperi condonet; at si iudex debet litigatori centum, & hic ad contumperdam iudicem ei debitum remittat, acceptasse hoc iudex non praesumitur, nisi consensum expresse declarari.

§. IV.

Quartus modus est *mutuus dissensus*: quemadmodum enim contractus & conventiones meo consensu inveniunt: ita iidem mutuo dissensu praecul dubio dissolvuntur; est enim mutuo remissio iuris ex contractu quaesiti. Sed addit auctor limitationes duas: 1) si res sit *inacta*, id est, si contractus non sit adimpletus, non quod potest recedere a contractu non licet, sed quod, si recedatur, non tam dissolutio contractus adfit, quam rotius contractus, e. g. si quis vendidit equum, & tradidit, eoque solvi pretium, & postea utriusque nostrum placeat, ut venditor equum, ego pecuniam recipiam, re vera haec nova emio venditio est; 2) si lex positiva non obstat, haec enim praecul dubio prohibere potest, quo minus contractus mutuo dissensu a contractu recedant, quia hoc non est jure naturalis praecipuum, sed permissivum. Exemplum habemus in sponsalibus & nuptiis, quae quidem mutuo

268 Tit. I. Cap. XVI. *Quibus modis*
consensu incenitur, at mutuo dissentio rano
simpliciter dissolvi non possunt; quamvis
hoc juri naturæ in se non repugnet.

§. V.

Quintus modus est *alterarius perſidia*,
qui modus potissimum in contractibus bi-
lateralibus locum habet: in his est mutua
obligatio, adeoque unus alteri promittit
sub conditione tacita: præstabo, si tu ex
tua parte præstiteris, ergo uno non præ-
stante alterius obligatio procul dubio cas-
sat. Philoxeratus laudat regem, qui sac-
tus cum vicino percussum lance se ca-
stoditum professus est, quamvis vicinus
contra leges frateris arma moveret; ab-
surda laus, cum magis simplicitatem formæ
prodiderit bonus ille rex, quam insignem
fidem. Hoc ergo cum grano salis intelli-
gendum; perſidia neminem potest obliga-
tione solvere, quia est factum illicitum;
ergo contractus quidem solvitur ex parte
eius, qui bona fide illum servare condi-
tuerat, non ex parte perſidi. Reddi hinc
potest ratio, cur consilia divortia de-
creto parti innocenti soleant indulgere no-
vis nuptias, non autem narenti.

§. VI.

Sextus modus est *status*; sed hic mo-
dus non est generalis, immo mutatio sta-
tus jure naturæ neminem obligatione sol-
vit ad subtilitates juris civilis hoc perti-
net, quod capitis deminutio minimam obli-
gationem perimebat, ceu ex tit. D. de ca-
pit. minime novimus. Subell fictio, eum in
imaginariam servitutem esse deductum, qui
eman-

solvatur obligationis, qua est,
contingatur fuerit; at fictiones ejusmodi
juri naturæ plane ignorat, itaque hoc re-
stringendum ad obligationes, quæ inuito
alterius status inducuntur, hæc demum mu-
tatio statu cessant, quia cessante causa ef-
fectus cessat; e. g. obligavit se quis tam-
quam miles ad leges militares, cessat ejus
obligatio, si miles esse justo modo desit,
sed non ideo cessat obligatio militis debi-
toris, si miles esse desit. Hoc ergo intel-
ligendum de mutatione status promitten-
tis, non alterius, nisi incapax factus sit
rem adquirendi; hinc quaeritur, an Latini
recte se liberatos putarint obligatione
fœderis cum Romanis initi, cum adhuc
essent sub Tarquinio, quia status Romanæ
rei publicæ mutatus? Negatur, quia ideo
non incapax facta fœderatum habendi.

§. VII.

Septimus modus est *tempus*; sed nec
iste modus est generalis, pertinet enim
ad illas tantum obligationes, quæ ad cer-
tum tempus inita, e. g. solvam tibi quo-
tantis 100. per 10. annos, exacto decen-
nio cessat obligatio. Aliter jus Roma-
num, §. 3. Inst. de verb. oblig. ad tempus
non posse deberi, itaque promissionem in
certum tempus conceptam perpetuari, ac
stipulatorem, si post decennium petere ve-
lit, exceptione pacti vel doli mali subma-
verit. Sed hæc iure juri naturæ incogni-
ta; tempus Romani considerabant tan-
quam pactum contractui stricti juris adje-
ctum, pacta adjecta contractui stricti ju-
ris non valebant, nisi per modum exce-

370 Lib. I. Cap. XVII. Quibus modis
pionis, ergo producebat tantum ex-
pionem.

§. VIII.

Quotus modus est *moris*, quæ omnia
solvit, adeoque & obligationem; ac id ge-
neraliter non est verum; nam e. g. obli-
gatio debitoris ad solvendum debitum nec
debitum nec creditore mortuo solvitur.
Distingue ergo, aut obligatio est solius per-
sonæ intuitu iniuræ, aut respectu rei præ-
standæ: priore casu cessat morte obligatio,
e. g. promissio matrimonii, obligatio offi-
ciis, ministri magistratus. posteriori casu
non cessat semper, sed tunc denuo dispi-
ciendum, an quis teneatur ad rem, an ad
personam præstandam, prior enim obliga-
tio ad heredem transit, posteriori morte de-
bitoris expirat.

§. IX.

Ultimus modus est *delegatio*; sed auctor
hanc confudit cum *cessione*, nam ait: de-
legari alicui debitorum, cum & non de-
bitor delegari possit, ac cessio requiritur de-
bitorem. Tu ita dixeris: *delegatio* est actus,
quo debitor conficiente creditore alium
pro se solviturum substituit, hic tunc vo-
catur *expressor*, e. v. Paulus. *Cessio* est
actus, quo, quod quis mihi debet, in al-
terum transfert; ergo 1) in delegatioe
mutatur persona debitoris, in *cessione* per-
sona creditoris; 2) delegatio requirit con-
sentum & creditoris & novi debitoris;
cessio tantum creditoris; 3) delegatio prio-
ris debitoris obligationem tollit, cessio non
tollit. Solvitur ergo delegatioe non in uni-

ver.

verum obligatio, sed tantum obligatio
prioris debitoris. Paucis: obligatio de-
legatione non hincur, nec solvitur, sed
transfertur tantum.

CAPUT XVII.

De Interpretatione.

SEQUITUR exemplum Grotii auctor in
Jure nar. & gent. agit de interpretatione,
eiusque doctrinam & in hac compen-
dia repetit; imitatus postea Pufendorfium
THOMAS in *Jur. pub. divin.* ac is pri-
mus animadvertit, nihil hinc doctrina
cum jure naturæ commercium esse; alii qu-
dem interpretandi artem referunt ad crati-
cam, veluti Jo. CLAVIUS in *deus civitatis*
sed critica magis in emendando & illu-
strando, quam in interpretando versatur,
& si interpretatur, quaerit tantum sensum
grammaticum; alii eam artem vindicant
theologia, alii juris prudentiæ, quia eam
his disciplinis personatum utilitatis præsta-
re animadvertent, sed eodem jure etiam
ad omnes alias disciplinas referri possent.
Grotius primus reulitad jus naturæ, quia
ejus regulæ æque ex recta ratione fluunt,
ac ipsum jus naturæ; sed ista & tota phi-
losophia tractanda esset in jure naturæ.
Ut paucis dicamus: interpretatio non per-
tinet ad jus naturæ, sed ad *prudentiam*, nec
artem intellectum præparat ad cognov-

nem veri] verum autem vel meditando re-
perire volumus, vel ex aliorum scriptis
erueri, utrumque docere debet sanior lo-
gica: unde & THOMASIVS, aliquæ adu-
erſiones hanc doctrinam in logicis tradide-
runt. Ut ut fit, tam utilis est hæc doctri-
na, ut nunquam satis inculcari possit:
operæ pretium erit fuerit, hoc caput
evolvere paullo accuratius; agit in eo au-
tor 1) *de utilitate regularum interpretan-
di*, §. 1. 2) *de interpretatione verborum*,
§. 1. 4. 3) *de interpretatione ipsius sensus
& voluntatis*, §. 5. ad fin.

Quæritur, quomodo utilitatem interpretationem
habeat in jure naturæ? Ut accurate respon-
deamus, distinguendum inter jus naturæ
ipsum, & ejusdem applicationem; illud
est theoria, hæc praxis. Quod ad jus na-
turæ ipsum attinet, regularum interpretan-
di nulla est utilitas, quod ira probamus:
regulis interpretandi opus est, quoties ad-
sunt signa, quibus quis sensa animi paullo
obscurius expressit. id est, quoties adsunt
verba & locutiones paullo obscuriores;
atque in jure naturæ non adsunt signa vel
verba obsecranda; ergo in jure naturæ non
opus est interpretatione. Minorem inde
probo: jus naturæ nobis non verbis reve-
latum est, sed inscriptum in cordibus, non
verbis, sed ipso sensu, e. g. sic scio, neminem
occidendum, quamvis ipsa verba
in corde meo non reperiantur, ipsam rem
enim scio, cogitationes vera meæ nulla in-
digenz interpretatione. Aliud, si de appli-
catione loquamur, jus naturæ & gentium
quæ-

quærit, quid juris sit circa leges, pacta,
concordias, tædera, tractatus pacis; hæc
omnia verbis exprimi, & literis configura-
ri solent, ergo indigent interpretatione,
nec prius de jure respondere possum,
quam intelligam sensum loquentium, e. g.
foedera esse servanda probe scio, etiam
sine verborum interpretatione. Occurrit
calus. Romani & Carthagenenses finito
bello Punico I. pacti erant, neutram gen-
tem alterius socios lædere debere, paullo
post ad Romanorum societatem accesserat
Saguntus, Hannibal Carthagenensis eam
obsidebat, quærebatur, an hoc contra fo-
edus sit? Romani affirmabant, quia Sagun-
tus sit socius civitas; negabant Carthagi-
nenses, quia Saguntus socius civitas non
fuerit eo tempore, quo foedus factum;
interpretatione ergo hujus tæderis opus
erit, prius quam, quid circa illud justum
sit, pronunciare ex jure naturæ & gentium
possit. Ita & Latini populi foedus fecerant
cum Romanis, eorumque rege Tarquinio
Superbo: Tarquinium Romani urbe expu-
lerant, liberantem constituebant rem pu-
blicam, Latini desiciebant a Romanis,
causam, se hoc foedus cum regno Roma-
no scilicet, jam vero tale nullum superes-
se. Prius quam ex jure naturæ & gentium
ostendi possit, rectene, an male & inju-
ste egerit Latini, foedus illud recte erit
interpretandum: ergo ipsam quidem jus
naturæ non indiget interpretatione, at in
applicatione ejusdem ad pacta, foedera,
&c. usus ejus est incredibilis.

Interpretata est actus intellectus, qui verum loquentium aut scribentium sensum ex certis signis, nempe verbis & literis, eruit; ergo distincte hic consideranda verba & sensus loquentis vel scribentis. Quod ad verba, ea vel sunt *popularia*, quibus quisque etiam ex populo vivit, de quibus §. 2. vel *scholastica*, seu verba artis. §. 3. De *popularibus* auctor commendat *regulam hermeneuticam I.*

Verba tamdiu accipienda sunt in sensu suorum famula, donec necessitas eas ad alia detulerit.

Ratio hujus *regulæ* est, qui loquitur, vult intelligi, ergo debet uti signis ad indicandum animi sensu semel receptis; non autem uteretur signis semel receptis, si significacionem verbis plane aliam subijceret, ergo presumitur merito, cum verba in sensu nativo & recepto recepisse, illique proinde merito inhaerendum, quod licet, e. g. promittere Turca, milibus presidians capta *sa va* fore, & peribant deinde, forsistum esse *promissa*, si eos pedibus manibusque irucerent, absurdè. hic enim verba in sensu vulgari recipienda, vulgus vero intelligit per hæc verba, vitam retinere. Addeimus *verba, donec via necessitas inde desinat*, id est, quamdiu nihil absurdi inde sequitur; absurdi autem quid loquunt, quævis vel contradictorium quid, vel sibi loquentium contrarium inde fluxit: hinc ad lineam non poterat intelligi responsum *erronei*

Delphici Atheniensibus datum, ut manibus lignis se munirent. Sed quaeritur, quantum si significatio nativa ac recepta vocum? Rectè respondet auctor, non esse hic respiciendum; ad etymologiam, ea enim a) sæpe a significacione maxime differunt, e. g. schola ab otio dicitur; montem a monendo dictum voluit b) maxime sæpe incerta, & plerumque ignota, e. g. *whiles* curules aliqui d'Éns putant a curu, alii a curu, alii a sella curul; c) aliquando nugis agunt vixi docti in studio etymologico, MENAGIUS deducit vocabulum *Lepus* a veris; *antium* IUTRICIANUS a meum & tuum, *sestimenium* a testiere mens; *incusam* scholastici dictam putabant ab hæta & longus, a) nec ad proprietatem, id est, primariam significacionem; nam ea læpius degenereat cum tempore, e. g. tyrannus olim rex; sophista olim sapiens; fur olim servus; idemque Germanicum *Sabat*, olim *Karst*; *Magd* olim virgo; 3) nec ad analogiam seu similitudinem formationis, nam & hæc sæpe fallit, e. g. convivium, ubi plures simul elamant, quasi convivium est, ergo convivium *est adæquatum* est, ubi homines plures simul vivunt; convivium, ubi plures simul curat, & tamen convivium significat epulum; convivium locum in foro; 4) nec ad similitudinem linguarum vicinarum, e. g. *si-guar* manifestè est a senior, uti *halicon* *si-guar*, & tamen nihil minus, quam senectutem significat. Ergo ad locum usum

est respiciendum; verba valent sicut nuntii; ad usum, inquam, quem penes arbitrium, & vis, & norma loquendi, ut ait HORATIUS, ergo caput servare significat vitam retinere ob usum, sui significat *etiam* *Dei* ex usu; ira & tyrannus, gymnasium, &c. significationes habent ex usu, cum quoad originem plane aliud quid significarent.

§. III.

Jam ad terminos vel vocabula technica: singuli artifices habent sua vocabula propria, vel saltem suas significationes proprias. Ibi e. g. plane alia significatione utantur in verbis innumeris, e. g. flumen, signum, telum; pauperies, noxa, pecus, quadrupes; mathematicis plane aliud est corpus, quam physicis, quin & venatores, piscatores, &c. ejusmodi vocabula habent: hinc *regula II.*

Verba artificum ea artificum sensu interpretanda.

Hinc vocabula gemmarum a mercatorum gemmarum discendo. Usum insignem habet hæc regula in interpretandis sordidibus, legibus, &c. e. g. *Algeria*, quæ sit, discendum est a geographis, cum Galli cum Germanis post pacem Westphalicam contenderent de provinciæ illius regionibus; quid sit *die Land-Weigley* est ex jure publico; secundum masculinum, secundum lignum soldaræ, *canaræ* &c. ex jure feudali discendum; quid classis sit discendum a collegiis nauticis, quæ vocantur *Admiralitäts-Collegia*. Patitur tamen re-

gula exceptionem, si præsumptio sit, consentientem tales terminos technicos non potuisse intelligere; sic tutor suo prælegat verat qualuoc elementa; hic frustra quæsitiles a physico, quid legatur hoc contineat; intelligebat enim tutor libellum scholasticum.

IV.

Aliquando verba sive simplicia, sive complexa tam obscura sunt, ut conjecturis sit opus, de quibus *regula III.*

Conjectura dicens esse consuetudine circumstantiis orationis.

Tales circumstantiæ possimum sunt 1) *personam scribentis vel loquentis*, e. g. in L. I. §. 2. *D. de cavend. cogn. agror. de* &c. eis, negaturque eos esse medicos, qui incantaverint, vel imprecati sint, vel qui vulvari hapostorum verbo exorcizaverint; non esse hæc medicine generis, tametsi sit, qui has sibi profuisse cum predicatione adhibent. Verba hæc sunt obscura, nec expressè *VERMANOS*, quos ita perhibeat; sed nonnulla probabilior est conjectura, quam notari hæc lege Christianos, qui tunc temporis adhuc miraculose curabant homines, ut testatur scriptor eandem temporis *TERTULIANOS*. Convenit sane hæc conjectura personæ scribenti, *VERMANO*, hosti Christianorum acerrimo, ut testatur *LACTANTIUS*, *Inspir. divini*, V. 15. 2) *verba ipsa*, nam & illa conjecturæ non repugnare debent; in superiore exemplo vocabula impostorum occurrunt; in eo vero nomine vel præcipue notabant Christianos

paganis, cui id demonstravit KONSTANTINUS, in *Paganis sibi datus*; exortitare, eo quoque vocabulo tum vel maxime ac pene soli utebantur Christiani, ut GUIL. CIVIS in *Christianismo primitivo* docuit, convenit ergo & his verbis conjectura nostris; 3) *stipula*; vidit Ulpianus seculo tercio, qui fervebat odium adversus Christianos, quo hi miraculose curabant, adeo ut in ipso Severi Imperatoris palatio Christianus Enodii procuratorem curaret, Tertull. *Apolog.* cap. 4. eo pectus debio pertinent verba ultima hujus L. 1. *cameph sine*, qui *has sibi profuisse cum predicatione adformens*; 4) *lorus*; Ulpianus scripsit Romæ, ubi magna Christianorum multitudo, eaque exorta, adeo ut Severus Christianos fieri vetaret, Spartian. in *Sever.* cap. 37. 5) *caussa*; scripti hæc Ulpianus in libro *de omnibus tribulationibus*, uti legis inscriptio indicat, omnia vero tribunalia tum positivum Christianorum causis occupabantur; 6) *madu*; stilus est magis fabricatus, quam alia selet, ita omnes circumstantie nostræ, nec ideo dubitare possumus, quod illa solida sit.

S. V.

Hactenus de verbis: jam de sensu totius orationis eruendo. Hic quoque conjecturis nonnumquam est opus, maxime vero 1) in anigmatibus, parabolis, hieroglyphicis, similibusque orationibus, e. g. exstat verus epitaphium Bonantz:

AN.

AM. PP. D.

ALLIA. IASCHA. CRIPPIE. NEC. VIE. NEC. MULIER.
NEC. ANODOGYNA. NEC. PUELLA. NEC. JOVENIS
NEC. ANUS. NEC. MERETRIX. NEC. RUDICA

SED. OMNIA

ACELAZA. NEQUE. FAME. NEC. SERVO. NEQUE. VENENO
SED. OMNIBUS

NEC. CORLO. NEC. AQUA. NEC. TERRIS

SED. UNQUI. JACEX

LUCIUS. AGATO. PRICUS. NEC. MARITUS. NEC. AMATOR
NEC. NECESSARIUS. NIQUI. MORANS. NEQUE. GAUDENS

NEQUE. FIRMUS. HANC. NEC. MOLIM. NEC.
PYRAMIDEM. NEC. SEPULCRUM

SED. OMNIA

SCIT. NESCIT. QUID. FUCUERIT

NON. EST. SEPULCRUM. INCI. CADAYER. NON. HABENS

NON. EST. CADAYER. SEPULCRUM. ESTRA. NON. HABENS

SED. CADAYER. IDEM. EST. SV. SEPULCRUM. NISI

Hoc tam enigmaticum est, ut cui non possit sensus, nisi per conjecturas; 1) obsecutus propter abbreviaturas, verba antiqua, nova, peregrina, indistincta, non plene scripta vel truncata, e. g. *Eniducus III. Junp.* symbolo gaudebat: A. E. J. O. V. *legare syacbesin*; L. 38. 6. 1. *de aur. argent. mund. leg. 3*) antiquis & morari: *ices homines defus*; omnibus huiusmodi casibus conjecturas autem et locales essendi auctor; 1) substantiam materiam, id est, objectum, de quo auctor loquitur; 2) effectus; 3) conjunctis; de singulis locis. De materia commentus

Hoc tam

Hoc tam

Verba regulariter sunt accipienda secundum substantiarum materiam.

Talia enim sunt subiecta, quæ permittuntur esse a suis predicatis, & vice versa; hinc e. g. epitaphium *Æliæ Læliæ Crispidis* necessitate explicandum videtur de obitu, si ultima quadrent; est enim epitaphium alienius, quæ nec *air*, nec *mulier*, nec *androgyna*. nondum enim ille perfectus fuit homo, sed *omnia*, fieri erum hæc omnia: hinc nec *castra*, nec *padica*; *Sec. sed amara*, scilicet potentia, *substantia magna fame*, *Sec.* perit enim nullohorum, & tamen incertum, an non mater aliquid venenati adfuerit, an nutrimentum subfecerit, adeoque an non tamen perierit, an non vis adhibita; nec *castra*, nec *agnis*, nec *orris*, sed *ubique jacet*; videtur bene laudatus cinis, qui sic nec *castra*, nec *terra*, nec *agnis*, sed in *aere*, qui ubique est, renebatur. *Agrestis* ille omnino nec *manus*, nec *amator*, nec *necessarius* erat, sed omnia esse potuisset, *Sec. Legare* *symbolon* significat alicui vestes, quæ necessitate conjunctæ sunt, legare; addo ego vero regulam v.

Conjectura manet incerta, nisi *accusati probatio*, quæ tam *videtur probabilem*; e. g. in epitaphio *Æliæ Læliæ Crispidis* nihil probavi, ergo conjectura incerta. Contra *symbolon* istud *Friderici III. Imp.* probabiliter interpretatur:

Austria est imperare orbi universo, probari enim potest, imperatorem illum hæc propheta aliqua, sibi somnio mo-

rum

tus certo sibi persuasisse, Austriam universo orbi imperaturam, hinc in *symbolo* majori expressit vericulos:

Aquila Exarchidia
Sponsa missa est de caelis
Vires ipsa sua mæra
Quæ nec alio nec propheta
Evulsit alius.

§. VI.

De *essetia* notanda regula VI.

Verba ita interpretanda, ut effectum habent; nemo enim ideo loquitur, ut nihil significet, vel verbis suis nihil evinciat, si sanus est; hinc 1) omnia pæcta ita interpretanda, ut effectum habeant, hinc *cauillator* fuit *Brasidas*, qui magna acceptæ pecuniæ summa *Thebanis* oblectis promisit, se eorum terra excessurum, ac deinde caussatus est, sumo esse terram, quam exercitui suo infuderit; 2) omnia testamenta; *Titius* & *Sempronius* heres sunt, quod *Titius* habebit, *Sempronius* accipito; hic nullum effectum habere heredis intuitio, si quæ non accipias pro quantum; 3) *testera*; hinc absurda erat interpretatio *Romanorum*, qui stipulati ab *Antiocho* *Syriæ* rege dimidiam *tallem*, *naves* singulas secabant; sic enim nullum effectum habebat stipulatio *Antiochi*, qui pro defensione regni alteram dimidiam *si* reservavit.

§. VII.

Conjectura etiam desumuntur ex conjunctis. *Coniuncta* sunt vel *leco*, illa vocantur *loca parallela*, vel tantum *origine*, & vo-

Et vocantur antecedentia & consequentia.
De consuetudinibus locis observanda regula VII.

Locis obscuris explicandis ex locis clarioribus.
Sic saepe scriptura explicanda ex scriptura; sic saepe testamentum ex codicillo; phraze apud MATTHE. III. 11. igne baptizandi, alibi effertur, sacro baptizandi spiritum.
De consuetudinibus originis regula VIII.

Attendendum esse ad antecedentia & consequentia.

Extra contextum enim saepe nullum idoneum sensum fundit oratio, e. g. sic re diva potens cypri, nullum sensum fundit, junge sequentia, & statim de sensu passibit. Sic in §. 2. *inst. de arb.* casus memoratur, quo possessor in rem agat, disputat, quis ille sit? sed antecedentia id plenum faciunt, si quis nempe intendat jus non esse adversario vendi, fruendi, eundi, agendi, aquam ducendi, est ergo actio negatoria, non interdictum, uti possidetis, ab L. 3. §. 3. *D. de interd.* In L. 5. §. 1. *D. qui & a quib. manumiss.* libertas in fraudem creditorum data dicitur rescindenda; in L. 45. §. 3. *D. de jur. Afr.* dicitur rescribi; in L. 1. *C. qui manumiss. non poss.* dicitur revocari; sed contra locum parallelum *inst. qui & ex quib. causis revocantur*, ibi manumissio talis nulla esse dicitur. Ita L. 10. *D. de instis, ad. ita se habet: eorum tamen dicitur in eam alia, quoniam ex ea ra locupletior est; hic non exprimitur persona rei, nec qualis sit actio, quisque casus sit, de quo agatur. Sed antecedentia hae omnia illustrant: agitur de pupil-*

lo, qui taberna praeposuit instituenti; agitur de actione institutoria, & quaeritur, an illa adversus pupillum locum habeat? idque affirmatur totius, quatenus factus sit locupletior. In L. 21. §. 41. *D. inst. et instrum. legum.* memio sic obliuionum, topiariorum, digitationum, aquariorum, & dicitur, eos omnes ad legatum fundi infestum pervenire: hic antecedentia statim docent, eos esse servos, & obliarios quidem janitores, qui in catenis ad fores excubabant in cellulis, topiarios hortulanis; digentarios, qui dicitur seu cubiculis prestant; aquarios, qui aquam portabant.
§. VIII.

Ad interpretationem legum praecipue multum facit ratio legis, quae ejusdem velocitatis est. Equidem PAGANUS GAUDENTIUS, *Expofit. jurid. libr. 1. cap. 3.* negat, hanc regulam veram esse, quin ne posse quidem omnium, quae a majoribus constituta sunt, rationem reddi, L. 20. *D. de legib.* Sed hinc haec argumenta referimus in *propositione nostra Elem. Jur. civil. secund. vol. Digestor. adnotat. praeva.* Id quidem verum est, si de obligatione legis quaeratur, nihil ad rem facere rationem legis; at in interpretatione legis ea est quae maxime necessaria; haec auctor ponit regulam IX.

Nil interpretari est sequenda, quae rationi consentit illa rejicienda, quae ei repugnat.
Ratio in promptu est: legislatori cuius certus finis ob oculos versatur, ei fini accommodat media, id est, leges suas. Ergo legem non intelligo, nisi intelligam finem,

e. g. de domo sua rema in jus vocandus, L. 18. D. de in jus vocas. sed e vinea, balneo, theatro in jus vocari potest, L. 20. D. ead. Rationem reddere nemo poterit, nisi rationem legis sciat, quae est religio deorum Perarum. In L. 1. §. 27. D. de iniuriar. pro injuria habetur, ad alterius invidiam veste lugubri non, baculum demittere, capillum submittere, lex haec clara, si scio rationem, pura, quia cognati talem habitum sumebant, si cognatorum aliquis capitis damnaretur, vel de capite periret. I. 20. C. de poen. si imperator supplicium gravius, quam alius soleret, decreverit, executionem 30. dies differendam jubet, quam non intelligimus, nisi rationem ex historia Theodosii sciamus. Vid. Jac. Gothofredus, ad Cod. Theod. tom. III. tit. de poen. §. 305.

IX.

Sequens regula X. notissima quidem, & veritas admodum est, sed parum adcurata.

Favorabilia late, odiosa stricte interpretanda sunt.

Orta super ea controversia inter Thomam & Placetum; ille hanc regulam rejecit, hic defendere voluit: scripta interia Thomae Juri prudentia divina. Postulavit Thomam suo jure, ut Placetus favorabilia & odiosa definiret; sed hic habet aequa. Supplere hunc defectum voluit Petrus Bonifacius, sed 1) res ipsa onerata, eum non definitiones dedisse, sed exempla; 2) ne exempla quidem omnia adduxit, quia subjecit, &c. 3) experiri

quis dicit, impossibile esse genuinas definitiones favorabilium & odiosorum repetere; nimirum intellectu quidem & abstractendo possum distinguere favorabilia & odiosa, sed re ipsa eadem res diversis respectu simul odiosa & favorabilia sunt; quod enim uni accedit, alteri decedit, quod uni prodest, alteri incommodum est. Hinc auctor addidit res mixtas, sed re vera omnes mixtae sunt. e. g. dos est favorabilis genero, odiosa ratione faceris; privilegium, beneficium favorabile est privilegiato, odiosum ratione concivium; legatum, fideicommissum, donatio, favorabilia ratione legataris, sed odiosa respectu heredis; tributo sunt favorabilia ratione fisci & rei publicae, odiosa ratione subditorum. Jam facile patet falsitas regulae, argumentatur enim: si favorabilia late, odiosa stricte interpretanda sunt, sequitur, ut eadem res & late, & stricte interpretanda sit; aequi potestius est absurdum; ergo & prius. Consequens vera est, quia eadem res & odiosa, & favorabilia esse demonstravimus. Posterius absurdum esse inde probamus, quia ne exitum quidem reperire potest ejus modi interpretatio, e. g. si ligarentur de dote gener & facer, ille uturas peteret, hic negaret, & uturas debere, absurdissime iudex pronuntiaret, rem & dorem, & uturas debere, contra vero uturas accipere jus non esse, & tamen ita pronuntiandum esset, si vera esset regula, favorabilia late, odiosa stricte

esse interpretanda. Potius ergo dicitur, humanitatem & misericordiam potius in omni interpretatione merito prevalere debere, quam rigorem & jus strictum: item majorem semper rationem habendam esse, qui de damnatione tenet, quam ejus, qui lucrum capiat.

X.

Progreditur auctor ad species interpretationis, quæ in legibus potissimum & in prædictis locum habent. Alia est *extensiva*, ubi ratio legis vel prædicti latius patet quam verba; alia *restrictiva*, ubi verbaliter patet, quam ratio; alia *deliberativa*, ubi verba & ratio pari passu ambulant, adeoque illa tantum est consideranda sunt, hæc postrema non requirit singulares regulas. De *extensiva* vero tenenda regulæ XI.

Quædam variæ leges latius patet, quam verba, sed non opus est interpretationem extensivam.

Ita quamvis XII. tabulæ tantum agris & gentilibus injunxissent totum legitimum: tamen JCII & patrones ille voluerunt totos legitimos libertorumque ab his restitutum, non quod nominatim in lege de hac tabula caveatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem, ac si verbis legis interdictum edet, §. *non. Inst. de leg. patron. dicitur*. Ratio enim legis erat, ubi sacro status emolumentum est, ibi & omnis iure esse debet.

Regula XII. *Quædam aliena sunt in fraudem legis, ratio extensiva interpretationem operis est.*

Quid

Quid sit in fraudem legis & *adversus legem agere*, docet I. 26. D. de legib. Ratio hujus regulæ manifesta est: legislator vult leges suas valere, ergo vult etiam, ut omnia prohibita sint, quæ impediunt, quo minus res valere possint at impediri valorem legum, eæ sunt in fraudem earum: ergo ea omnia simul prohibita voluit. Exemplum elegantissimum est in §. *non. Inst. de leg. Fuf. Casin. null.* itemque in L. 1. §. 1. L. 13. §. 1. I. 40. D. de jur. fidei. ubi quod per tacitum fideicommissum relictum est, omne a fidei vindicatur, quia tacita fideicommissa plerumque inhabilibus in fraudem legum relinquuntur.

§. XI.

Interpretationi restrictiva locus est, quoties ratio legis non tam late patet, quam verba. Id colligi posse putat auctor, vel 1) ex defectu voluntatis originariae, si scilicet ab initio hunc casum lege comprehendendi noluit, vel 2) ex casu emergentis cum voluntate repugnantia, si postea patet, hunc casum in mente non habuisse legislatorem. Sed re vera hæc eadem sunt & coincidunt, ut recte observavit Tritius, *Observ. 433*. Sufficit regula XIII.

Quædam latius patent verba, quam ratio legis, ratio operis est interpretationem restrictivam.

Sage enim non verba legis obligant, sed voluntas legislatoris, hæc vero ex ratione legis elucet. Id colligitur, 1) si absurdum sequeretur ex interpretatione latius; sic peccabant in interpretatione textus præcepti

Ju-

Judei, dum negabant, defensionem sabbatho licitam, sic enim sequebatur abturdum, Deum sabbatum instituisse in perniciem hominis; 2) ex defectu rationis, quæ legiflatorem movit, e. g. prohibuerunt leges, petiri testamentum, si testator esset domi occisus, *L. 1. D. de SC. Syllan.* ratio erit, ut forte servi manumissi testamento liberarentur, & sic immunes essent a totentia. Quid si servus non habuisset domi occisus? debet ratio, ergo & prohibitio; 3.) ex defectu materiz, id est, si non adsit objectum, de quo cogitatum, e. g. suscepit in se quis casum in contractu locationis conductum, dubium non est, quin terre teneatur illicititatem. At quid, si vermes plane ignoti omnia depescantur? de eo non videtur cogitatum; hinc regula: *ad non cogitata & non cogitata remanentio non porrigitur.* *Phil. Ev. OTHONIS Diss. de casibus infelicibus, infelicitatibus, & infelicitatibus.*

§. XII.

At alia quoque signa recenset auctor, ex quibus colligi possit, legem & pactum restringi debere: 1) si ab æquitate esset discedendum, si litteræ inhære vellemus, e. g. qui feram occiderit intra annum feminam, capitis plectitur iniquissimum esset; si hoc supplicio absceperetur, qui feram suæ defensionis causa occidisset; 2) si humanitati repugnaret interpretatio latius, huc pertinet lex Saulis: qui quidquam gultaverit, moriatur; Jonathan vero legis ignarus & esuriens quidquam mellis gustaverat; 3) si effectus non sic sperandus tantimocum;

quantum esset damnum ex observatione legis stricta proveniens, e. g. lex est: transige capite plectantur; ergo Agestili exeruitur 20000. occupaverat elivum ad hostem transire, Agestilius callido consilio id verberat in usum, & victoriam reposcitur; jam 20000. essent maculandi maximo partiz detrimento, exclamavit itaque: dormiant hodie leges, teste *Plur. in Vita Agestili.*

§. XIII.

Ultima loca auctor agit de consuetu, vel collisione legum: hæc duplex, oritur enim 1) vel ex diversitate legum in diversis territorii latarum, e. g. in Saxoniz recepta est gerada, alibi non est recepta & alibi prohibita sunt testamenta, apud nos permittit. Itaque si quis in Austria testetur moribus Rullicis de bonis in Germania sitis, quaeritur, an testamentum in Germania valeat? 2) vel ex legibus unius legislatoris, si casus occurrat, ut alterutra legum violanda sit, e. g. lex est: conserva te; sed lex quoque est: sanctifica sabbatum; utraque est a Deo, & contingere tamen potest, ut utraque servari nequeat; de illa hic non est questio, de qua scripserunt Remonacatus, Saxonus, Hungarus, & alii, nos de posteriori tantum loquimur, de qua auctor sequentes dedit regulas.

Reg. 1. Lex promissa celis præcipitur.

Illæ indulget enim quid in me favorcem; cui possum reconviare; huic remanentare noqueo, ex. gr. permittit lex alienare noqueo, ex. gr. permittit lex alienare noqueo, *Rein. de Off. Hom. & Crui.* N. lra,

fra, ac prohibet eadem, ne pupillus alienet, posterior procul dubio preferenda.

Reg. II. *Qua lex tempore certo adigata, ea preferenda illi, qua nullum prescribit tempus.*

Tunc enim utrique legi satis fieri potest, e. g. jubet lex, amicis consilio juvare, hoc quovis tempore fieri potest; jubet lex etiam officium certis diebus & horis fungi, hoc ergo officium alteri preferendum.

Reg. III. *Lex negativa preferenda affirmativa.* Negativa enim semper obligat, affirmativa data dumtaxat occasione, e. gr. negativa lex est: neminem in extrema necessitate deserere; affirmativa: sabbatum sanctificum; illud potius faciendum, quam hoc.

Reg. IV. *Lex specialis preferitur generali.* Illa enim quasi exceptio est a regula, adeoque regulam tollit, e. gr. nemo contra armatus procedat; haec est lex generalis; specialis: quoties Hannibal est ante portas, cives armati se in foro sistant; haec, tamquam exceptio, regulam tollit.

Reg. V. *Inter duas leges concurrentes, qua miraque servari non possunt, eligenda est, qua causam habet beneficentiam.*

E. g. lex est, succurrere periclitantibus; duo in aqua periclitantur, alter frater, alter extraneus, honestius erit procul dubio fratri succurrere.

Nota VL falsa est; nam juratum patrum, si injustum in se sit, non ideo fit iustum, iusjurandum non prodit novam obli-

obligationem, sed obligationem confirmat.

Reg. VII. *Obligatio perfecta cadit imperfecta.*

quia illa habet praestationem necessariam, haec magis voluntaria est, e. g. lex est: date pauperibus; lex etiam ait: solve, quod debes; si utrumque non possum, rationi magis consentaneum est, ut extolvam, quae debeo, quam ut beneficia praestem pauperibus.

Reg. VIII. *Lex beneficentia cadit legi gratitudinis.*

Beneficentia est, extraneo date alimonia; officium gratitudinis est, parentes alere, ceteris paribus; ergo & si utrique satis facere nequeo, ultimum officium merito praevalet.



192

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De Statu Hominum naturali.

§. I.

Connectio huius cum priore in eo consistit, 1) quod in priora agimus de officiis hominis considerati tanquam hominis, omnia enim officia, quae hactenus descripsimus, omnibus hominibus incumbunt sine discrimine, in quocumque statu vivant: jam vero agemus de officio civis in certo aliquo statu viventis, adeoque jam sequentur officia, ad quae non unusquisque obstrictus est; 2) quod hactenus vidimus iura instituta humana, ex quibus certa officia hypothetica floebant, sermocem, dominium, & verum pretium: jam ergo sequitur quartum, *imperium*, vel *civitas*, vel *republica*, de qua toto libro II. agitur. Et placuit quidem auctori is ordo, ut agat 1) de statu ante republicam seu naturali, *cap. 1. 2.) de statutis seu societatibus simplicioribus*, ex quibus republica coaruit, veluti *conjugalis, paterna, hereditaria*, de quibus agitur *cap. 3. 4. 5.) de ipsa republica, & officiis imperantium & subditorum, cap. 6. ad finem.*

Hoc

De Statu Hominum naturali. 293

Hoc ergo caput describit statum naturalem, ubi quaeritur 1) *quid sit status in genere* §. 1. 2) *quid status naturalis* §. 3. 7. 3) *quae status omnium iura* §. 4. 2) *quidem incommoda* §. 9. 11.

Statum in genere ipse definit auctor, sed parum accurate; nos dicimus, esse qualitatem, secundum quam homo ad certa officia obstringitur, certisque iuribus fruatur. Ita pater, filius, maritus, uxor, imperans, subditus, dominus, servus vivunt in certo statu, quia & ad certa officia obstringentur, nisi eo in statu viverent, & certis iuribus fruatur, quibus tandem non fruereutur, si extra hunc statum viverent. Dicimus autem 1) *qualitatem moralem*, quia eam statum homo non habet physice; ita ut ejus natura mutetur, sed vel per impositionem hominum, vel per spontaneam electionem, 2) *cumque in jure ad effectum rerum positivum respiciamus*, addidimus duplicem effectum, ex quo natura statum perspicitur, 1) *certa officia*, quemadmodum patris esse, filius alere, educare, ad disciplinam perducere, &c. 2) *certa iura*, e. g. quod pater potestate in liberos utatur, quod per eos adquirit. Ceterum hic status est vel *naturalis*, in quo omnes a natura constituti, e. g. quod homines sumus ratione praediti, quod habere rati, natura omnes patres, &c. vel *administratus*, quem ex post facto adoptamus, e. g. conjugalis, hereditaria, &c.

N 3

§. II.

§. II.

Jam de naturali quaeritur, quid sit? Observat auctor, vocabulum esse quam maxime æquivocum, tres tamen esse potissimum ejus acceptiones: aut enim statum naturalem considerari 1) *in ordine ad Deum creatorem*, 2) *in ordine ad se ipsa*, 3) *in ordine ad alios homines*, sed hæc quidem numeris Platoniciis oblectura. Sententia auctoris est, considerari hominem, vel qualis a Deo creatus, vel qualiter erga se ipsum affectus sit, vel prout ad alios homines sese habeat. Si primo sensu accipiamus, tunc status noster naturalis diversus est a statu brutorum; si secundo sensu, status noster naturalis opponitur statui sociali; si tertio, opponitur reipublicæ, vel imperio & subjectioni.

§. III.

In primo sensu status naturalis opponitur statui brutorum, & tunc in eo consistit, quod a Deo facta ratione, ejusque usu sumus instructi. Experimus enim, nobis præ brutis inesse exitium quiddam, facultatem nempe intelligentem, quid verum, falsum, bonum, malum sit, & volentem bonum, averfantem malum; itaque non modo corpoream, sed & incorporatam, id vocamus *rationem*; nec solum eam facultatem in nobis latereprehendimus, sed quidquid cognoscimus, scimus, volumus, averfamur, cum aliis per vicem communitate distincte possessus, id quod vocamus *rationem*; his locis rebus a brutis distinct-

stinguimur, quæ & ratione, & oratione delituantur. Jam hic status nobis dat ce-cæ iura, nam prærogativa gaudemus præ aliis creaturis, adeo ut eas nostris visibus adhibere possimus, cum ~~non~~ ^{non} ~~possimus~~ ^{possimus}, sed etiam certas nobis imponit obligationes, nempe ~~non~~ ^{non} ~~esse rationem~~ ^{esse rationem} ~~habeamus~~ ^{habeamus}, quæ etiam res incorporeas cognoscere potest, ut ergo & invisibilia terretur, Deum cognoscamus, in ejus voluntatem & leges inquiramus, 2) quia ratione potest bonum & malum, ut inquiramus in verum, immo in summum & perfectissimum bonum, operamque demus, ut illo fruamur, 3) quia ratione possemus, ut non vivamus secundum imperium passionum, sed secundum rationem, nosque virtute distinguamur ab aliis creaturis, 4) quia ~~semper~~ ^{semper} ~~instructi~~ ^{instructi} ~~sumus~~ ^{sumus}, ut eo utamur ad Deum celebrandum, alios ad virtutem imitandum, consilia aliis danda, instruendos denique alios. Videmus itaque hunc statum vere suas obligationes, suæque iura habere, adeoque vere statum dici posse per definitionem §. I. datam.

§. IV.

Secundo modo consideratus *status naturalis* est oppositus statui sociali, adeoque tunc est ille status, quo homo extra societatem aliorum hominum vivit, quem in majori opere auctor describit per fictionem, fingit enim, hominem solum, ege-num, nudum in hoc orbis theatrum pec-

jectum, atque colligit, tunc futurum fuisse animal miserum. Cum vero plures ea fictione ostenderentur, hic illud mutatur. Et ad miseriam hujus status demonstrandam describitur hominem, qualis natus nudus, egenus, omnium indidius, qui nec edere per se possit, nec frigus pelere, nec vitam conservare, intra paucas horas periturus, si aliorum opera desitissetur. Enimvero quantumvis hæc vera sint potest tamen hic status extra socialis melius cognosci, si stabamus nobis 1) Adamum, dum solus in hoc mundo vivit, erat is conditus ad imaginem Dei, & tamen Deus ejus statum solitario non perfectum esse finem, dum Genes. II, 18. dicit, non sanavit, Adam esse solam, 2) hominem naufragio in insulam inultam, vel secum desertum propectum, qui tunc miserimus futurus esset in ea solitudine, indigus, ad omnia expavescens, tota omnia timens. Jus hujus status consistet in libertate plena, neminem enim haberet superiorem, præter Deum, & neminem quoque subditum præter creaturas. Obligaciones futuræ essent, 1) ut, quia solum Deum superiorem agnosceret, etiam ad Dei voluntatem se totum componeret, 2) ut, quia extra societatem aliorum hominum vivit, suam conservationem unice attendat, adeoque se conservet pro vitæ, se aliat, se non occidat, &c.

V.

Tertia acceptio est, quando status naturalis opponitur republicæ, imperio, civita-

atæ. Si homines in hoc statu vivunt, omnes inter se sunt æquales, unde a quibusdam vocatur status æqualitatis, ac definiti potest, quod sit status, qui homines non habent vel proprium, vel communem imperantem, adeoque inter se per omnia æquales sunt. Audio: tantum posuit communem imperantem, sed id falsum, ita enim Hispaniæ & Galliæ cives vivunt inter se in statu naturali, cum tamen uterque vivat in republica: potius ergo dicendum, nec suum proprium, nec communem imperantem eos habere debere, qui in statu naturali vivunt: sic u. g. Rex Hispaniæ & Galliæ inter se vivunt in statu naturali, quia neuter vel proprium, vel communem imperantem habet.

§. VI.

Jam quærit auctor, quocumque modo concipi possit hic status? Resp. vel per similitudinem, vel prout vere existit. Res: fictionem si concipiamus, multitudinem inæqualem existere simul sine ulla dependentiâ & connectione, hæc est vera fictio; fingunt tale quid poëtæ de centauris, Thraicibus, &c. sed nunquam tales gentes extra omnem statum civilem vivunt. Prout vere existit, si consideremus 1) diversos imperantes, hi enim in mundo nullum superiorem agnoscent, adeoque vivunt in statu naturali, 2) diversos populos liberos, hi inter se non habent communem dominum, adeoque in statu naturali vivunt: dicitur: *populus liberus*, id est, independens, nam in Germania plures quidem sunt

N 3

po-

populi, veluti Saxonnes, Svevi, & Francones, sed non vivunt in statu naturali, quia habent communem imperantem, puta Imperatorem & Imperium.

§. VII.

At queritur, an unquam genus humanum in statu naturali vixerit? vel, ut dilucidius quaestionem proponamus, an unquam fuerit seculum, quo extra rempublicam vixissent homines? quod recte negatur, nam 1.) non potuisset ejusmodi multitudo subsistere, ubi enim est status naturalis, ibi nihil impedit, quo minus vita pitiscina vivamus, ubi major deorat minorem. Hinc & stupidissimas gentes tamen videmus superiores suas habere, e. gr. Samogethae, Americani, Afri, 2.) multitudo hominum concepti non potest sine lazo conjugii & paterno, ubi status conjugalis & paternus, ibi superior, atque cessat iteus naturalis. Hinc recte animadvertit auctor, primum inter homines Imperium fuisse domesticum, patrifamilias sicut erat Princeps & imperans familiae suae; qui eam independentiam sibi antiquissimis temporibus saepe reservabant per sedes, etiam tamquam hospites in altera republica vivebant, e. g. Abrahamus vivebat inter Canaanos, & tamen omnia jura Principis exercebat, sedesque paenebat, bellum gerebat, filium erant mactaturus, hereditatem dividebat suo lubitu, reservabat enim sibi independentiam, quamvis in republica viveret. Simile quid de familia

Origenes refert HERACLIUS III, 85. cum enim

omnes

omnes Periz Regi patrent, ipseque Octo subiectus esset, is tamen in electione Darii sibi & posteris Bipularus est independentiam, hinc haec familia sub capite suo vivebat, nulla in re Regi Persarum subiecta, quamvis in media Persa viveret, 3.) historia docet, in ipsis statim mundi primordiis natos esse republicas, simulac magna esse coepit hominum multitudinem, quoniam enim Adami filius Henochus gignebat, qui primum edificavit urbem, cui nomen suum indidit: urbs vero concipi nequit sine aliquo quocumque regimine, fuit ergo statim initio mundi civile aliquod regimen; ita & inter causas diluvii retulerunt homines potentes & tyranni, quos sine subiectis concipere non possunt.

§. VIII.

jam queritur, in quo jura hujus status naturalis in tertio sentio accepta consistant? Resp. 1.) in libertate, ubi enim nemo est imperans, ibi nemo cogit ad aliquid faciendum vel omittendum, ubi nemo cogit, ibi sumus liberi. Sed postea quis obijcere, nos tamen nobis etiam videti homines liberos, quamvis vivamus in civitate vel republica? Resp. recte; sed tunc alia est libertas illa, quam de qua loquimur. Libertas est vel *naturalis*, quae locum ac spontaneitas, quae a natura instructi sumus, ut non agamus ex necessitate mechanica, sed libere, haec omnes homines gaudent; vel *jura patrum*, quae quis nullius domesticis dominis subiectus est, & hanc opponitur servitus, haec quoque nos omnes

N 4 nes

nes gaudemus, quia in nullius domestico dominio sumus, nullius mancipia; demum tertio datur etiam libertas *erisias vel politicia*, qua quis nullum superiorem vel imperantem agnoscit. Hac libertate nativo natum gaudet, gaudens vero ea, 1) qui in statu naturali vivunt, veluti funtati imperantes, adeoque statui naturali hoc jus est proprium; 2) in equalitate, ubi enim non est imperans, nec subditus, nec superior, nec inferior, ibi est equalitas inter omnes: in statu naturali non est quis imperans & subditus, superior, & inferior, secundum definitionem; in statu naturali ergo est equalitas; 3) in jure belli gerendi, ubi enim non est superior, ibi cessat jus definiendi controversias & lites per modum judicii; ubi cessant judicia, ibi quisque sibi ipse dicit jus gladio; in statu ergo naturali est jus gladii vel belli. Attamen obijciunt, in statu etiam naturali locum habere posse judicia, historiam enim docere Romanos inter Masinissam, Numidiam Regem & Carthaginenses jus dixisse, cum tamen uterque populus fuerit liber, adeoque inter de vixerit in statu naturali? Resp. 1) id factum per modum compromissi vel arbitrarii; 2) Carthaginenses & Masinissa credere in equali juncti erant Romanis, adeoque Romanam majestatem demerere venerari, eorumque arbitrio stare tenebantur.

S. IX.

nam de incommodis status naturalis: dicitur quidem supra, jura hujus status

con-

consistere in libertate, equalitate, jure belli, quae misere hominibus blandiuntur. Sed non majora sunt incommoda, et si ea comparas cum illis, quae in statu imperii vel civitatis homines premunt, illa haec multum superant. Videbitis argumenta auctoris, quae omnino non omnia ejusdem ponderis sunt: 1) miseriam hujus status ostendit per solitudinem, quae omnino magna miseria 2) infandibus, quippe quibus perendum esset, b) adultis, qui in solitudine perpetua tristitia affigerentur, nullius ope sollevarentur, nullis vitae commodis, quibus san frimur, fruerebantur. Quid opus est verbis, si homo ad perpetuos carceres damnatus miseriam se patat, quamvis etiam maxime honeste habeatur, & ex scientiis nullam voluptatem caperemus, si soli essemus. Archimedes dicebat, si in Caetum raperetur, & alia omnia curam spectare posset, nullam se inde voluptatem percepturum, nisi esset in terra, cui reverti haec, quae viderit, narrare posset. Ita auctor; sed si dicendum, quod res est, 1) primum hoc argumentum miseriam status naturalis probat, confundit enim statum extra civitatem cum statu extra societatem: at homines in libertate naturali vivere possunt, ut ideo non vivant in solitudine. Noachus post diluvium vivebat in statu extra civitatem, neminem habebat imperantem, sed quis dixerit, eum ideo in solitudine vixisse, quin Adamus & Eva, quando in Paradiso vivebant, nullam constantiam

bona rem publicam, & tamen necesse vive-
bat in solitudine, deinde non omnis soli-
tudo est miseria, quidam eam optare, &
quovis modo affectant, ceteri mancipa-
tos non solitudo agit, sed defectus liber-
tatis, qui non aliquando praestaret in so-
litudine vivere, quam in civitate, ubi ho-
mo homini lupus, homo homini diabolus,
2) auctor miseriam status naturalis probat
ex iudicatis vitæ extra societatem transgen-
da, in solitudine omnis vitæ elegantia,
omne scientiarum incrementum exulare,
&c. Enimvero hic de quo auctor confudit
statum extra civitatem cum solitudine, non
ideo homo solus esset, si in republica non
viveret. Deinde nullum est dubium, quin
status civilis in se nihil constat ad vitæ
elegantiæ & studiorum incrementum: vol-
unt nationes barbaræ, quæ in republi-
ca & statu civili vivunt, nec tamen idem
vel doctrinæ, vel elegantiorum sunt, e. g.
Calmecci, Tartari, Iberi. Atque elegantæ
horum vivere possunt extra civilem sta-
tum, quam in illo, æque facile possident
incrementa capere artes & scientiæ, si in
statu naturali manserint: 3) optimum au-
ctoris argumentum, quin miseriam & in-
commodum huius status probat, est a de-
fectu societatis desumptum. In statu naturali
optimum est: 1) ab altero securus, hoc proba-
tus 1) a voluntate & factu esse cadendi in
omnibus hominibus sese exsternere, 2) a
defectu virium, si quisque per se se defen-
dere debet, 3) a minore ad m. jus: cum
enim ne jam quidem ab aliorum iniuria,

inuria, rapinis, quin periculis plane tormen-
tes situs, cum ubique terrorem incutiunt
pathala, toxæ, gladii, fetores flammæ,
similique supplicia, quid tutum eredis,
si extra societatem viveremus, nullaque
supplicii meta exhiberetur improbitas?
Ostendere hoc volvere Perla, dum mor-
tuo rege aliquæ horas cuius permiserant
sæva & rapinas facere, id quod & alie
gentes imitate sunt, ostendit enim civi-
litas illam rerum confusionem volvere, quæ
sutura esset, si nullus esset imperator, ho-
minesque in statu naturali extra societatem
civilem viverent.

X.

Quartum argumentum auctor ducit a de-
fectu iudiciorum, extra republicam nulla
sunt iudicia, cum hæc miseriam? nam 1)
heus per neminem adjuvatur, quid si la-
dens me poterit sit in republica jus con-
tra quemvis, etiam potentiorum, persequi
possum, recte, si de jure queritur, tam
aliquando de facto res aliter se habet, 2)
arbitrium eligam, cogere non possum: ut
aliter etiam eligat, in eunisque compromit-
tent, qui alteri placet, forte non mihi pla-
cebit, qui mihi ardet, forte alteri displi-
cebit; 3) si etiam placeat arbitri, qui
ceteris esse possum, alterne statum sic ar-
bitrio? arbitri esse iustitiam non gau-
det, adeoque nec jure exsequendi: 4) res
ergo reditu ad vim; sed a) hoc in se mi-
serum vulnerare & vulnerati, cordibus, ra-
tibus exsterni, vel talia incommoda pati,

perpetuis odiis & infidelibus hostium ex-
positum esse; b) quantumvis iustam causam
habeam, non tamen certo personales
esse passum, me victoria positurum, cum
in civitate iustitiarum causae magnam spem
& fiduciam impiciant victoriae.

§. XI.

Denique ultimum in commodum est, quod
in statu naturali nulla firma amicitia. In
statu civili si semel pro me pronunciata
est, torret me rei iudicatae, irrevocabilis,
& iurisjurandi auctoritas, tunc iudex,
qui compefecit alterum, qui se turbas da-
turum vel futurum minatur. Haec omnia
in statu naturali deficiunt; si alter pacem
rumpere audeat, nihil est, quod illum im-
pedire possit, praeter gladium meum. Quae
si non timet adversarius facialis potentior,
frustra aliorum opem imploro; 2) possit
quis ex illi nasci, foederibus & pactis ho-
mines sibi prospicere posse in statu natu-
rali, sed ne id quidem nossecuros praestat;
nam 1) in statu naturali infida amicitia
est, 2) vana est, qui infidiam parat, si
alter fecerit violat, 3) si etiam nihil contra
fidem agat, non tamen certus sum,
eum nihil animum; hinc dici potest: in
statu naturali aut bellum, aut belli prepara-
tio, aut infida pax est. Omnia haec se
aliter habent in statu civili, 1) pax fida
est, quia vis prohibita est, 2) si quis
pacem violat, iudex se interponit, 3) ille
sae etiam de futuro securum praestat per
pactae comminationem, cautiones, &c.

CAPUT II.

De Statu conjugali vel Officii
conjugalibus.

§. I.

Supra vidimus, hominis statum esse vel
naturalem, vel adventitium; haecenus
de naturali, iam de adventitio, quorum
primus omnium simplicissimus est conjugum
de cuius quaeritur 1) definitione, §. 1. 2) con-
tractibus, §. 2. 3) obligatione, §. 3. 4) offi-
ciis, §. 4. 10.

Conjugium iure naturae est pactum per-
sonarum diversae sexus procreandae educan-
daeque sobolis causa initum. Pactum ini-
tur per consensum, adeoque ut & Roma-
ni, quovis multis ritibus rituales habe-
rent, veluti confarretionem, coemtin-
nem, usum, domum deducionem, &c.
servarint principium, consensum facere
sufficit. Personarum diversis sexus; quia
id finis requirit, in veto finis est procrea-
tio & educatio sobolis, non procrea-
tio sola, 1) quid enim interesset huma-
ni generis, multos procreari liberos, sed
hos posse negligi & male educari, ut
non sint commoda generis humani mem-
bra; 2) hunc etiam finem ostendit infans
parentibus amor erga liberos, qui etiam
in brutis sese exhibet, adeo ut haec
sorum non prius desinant, quam post-
quam educatione non amplius indigent;

ubi curiosa est observatio, in animalibus, quæ debilia nascuntur, utrumque parentem concurrere ad educationem, in reliquis matrem tantum. Equidem sacra scriptura & aliterum finem indicat, nempe nutrium adiutorium, sed hic finis tamen est secundarius, quod vel ex eo patet, quod ille etiam alia modo, quam conjugio, potest obtineri, e.g. societate domesticis. Itaque ad illum quidem respicitur, quoniam de conservando meretur non agitur, non quodiles de inendo, e. g. quando queritur, an puer & puella possint esse conjuges? respicitur ad finem primarium, idque negatur, quia non sunt habiles procreanda educandaque soboles. Sin qua ratio est, eo matrem omnino subsistere possit inter juvenes contractum, si postea uterque consueverit, id affirmatur, quia adhuc finis secundarius potest obtineri. Hæc definitio est juris naturæ, nam jura positiva tum divina, tum humana multa alia addunt & determinant, e. g. ut personæ iustitæ matrimonium sint hinc tantum, ut non sint nimis propinquæ, ut matrimonium sit indissolubile: quæ quidem omnia jura naturæ approbat tantquam rationi conferentia, sed non præcipit, non jubet, nam approbat, quia ratio nos obligat ad id, quod optimum est, mentem enim esse monogamiam polygamiam, melius matrimonium indissolubile quam dissolubile, suo loco demonstrabimus. Quo ipso facile responderi præter ad tot quædamque jura, ea jure naturæ movent.

Ex ea itaque definitione consequitur, ut omnes impudici complexus juri naturæ repugnent, adeoque adulteria, stupra, incestus etiam jure naturæ prohibita sint: 1) quod enim fini, quem Deus circa conjunctionem maris & feminæ intendit, repugnat, id repugnat juri Naturæ impuræ conjunctionis ipsi fini repugnat, ergo repugnat juri naturæ. Minor clara, nam finis est propagatio & educatio sobolis, eam vero non intendunt adulteri & stupratores, finem vero eam impedire student, nam a) nolunt procreare liberos, sed libidinem suam explere, b) procreatos educare nolunt, sed negligunt, c) ita mundos impletur hominibus inutilibus, male moratis, & ad quævis vitia proclivibus, quales plerumque sunt vulgo quæsi, a) deinde repugnat hæc vaga venus principio amoris, cui magis debemus amorem quam proximo: qui nam vero nobis propior, quam a nobis procreati? amare ergo eos debemus, tanquam nos ipsos, ac nobis bene esse volumus, nos ad perfectiorem adspiramus, ergo & liberis nostris bene esse velle debemus, liberorum quoque promovenda est felicitas. Hoc non fecerunt, qui extra matrimonium liberos procreant, nam de liberis quidem illis pro suis ignoscunt, tantum abest, ac felices esse velint, non educant, sed negligunt, nec hereditatis eos plerumque participes faciunt, sed in paupertate relinquunt, ex qua incredibilis

468 *Lib. II. Cap. II. De Statu*
natiuitatis generis humani confusio: Vid.
PLUTARCH. *de infir. iur.*

§. III.

Jam quaeritur de obligatione ad inuicem
nam *matrimonium*, quae duplici sensu pro-
fecti considerari, vel ratione totius gene-
ris humani, vel ratione singulorum. Ra-
tione totius generis humani obligatio haec
est absoluta, id est, tenetur genus huma-
num matrimonium conservare, liberos
per illud procreare, procreatos educare,
nam 1) alias non subsisteret genus huma-
num, 2) yaga vero uenit, ut antecedente
paragraphe demonstrauimus, juri natu-
rae repugnet. Hinc Romani, licet gentiles,
hunc tamen finem matrimonii peccate agnosce-
bant, & hinc juratos apud censors pro-
fiteri cogebant cives, habebantque uosores li-
berorum quatuordecim, id est, quatuordecim
causis. Quod uero ad singulos arti-
ces, non eadem est omnium sententia,
1) quidam & horum ratione absolutam
statuunt obligationem, adeo, ut omnes
uenerint ad conjugium, & peccare eos
dicant, qui id praecipuum negligant. Ita
Judaei, teste SYRINO, *de iura mar. & pua.*
secund. discipl. ioh. lib. V. cap. 3. pag. 566. cui
sententiae & BONDUS in *Thologia moralis*
subiugatur; rationes uerget 2) Deum non
uni, sed omnibus hominibus hanc uindictam
praecipuisse: *proflita & multiplicatum*,
6) neminem se subtrahere debere oneri
communi, commune autem esse onus sus-
cipiendi humani generis numeros; 2) alii, &
in his PUTEORUS. & alii plerique putant,

conjugali, vel Officium conjugali 309

Obligacionem hanc tantum esse respectiuam;
adque Deum permittere omnibus matri-
monium, qui illius fini obtinendo sunt
habiles, non autem praecipere singulis, ut
his ualbarum praefere non liceat. Et id
quidem recte, ratio 1) procreatio & edu-
catio sobolis est finis, ei proportionata
debet esse media, si ergo haec desint, e.
gr. si uel natura, uel uicio hominum in-
eptum sit ad procreandam sobolem, se nec
uixrem, nec liberos alere possit, si plane
ineptus sit ad eos educandos, facile patet,
Deum nolle, ut matrimonium inueat, 2) lex
est: *matrimonium conuale*, est officium af-
firmatiuum, officia affirmatiua obligare tan-
tam data creatione, ergo si nulla adit oc-
casio, si quis non possit salua felicitate, tran-
quillitate, innocencia sua uxorem ducere,
procul dubio non tenetur. Ad rationes con-
trarias facile responderetur: 2) quod nemi-
bus dixit Deus, non statim singulis dixit,
e.g. dixit Deus omnibus hominibus, ut opi-
ficia mercaturam, & quauis artes honestas
conseruent inter se, ut ideo non singulas
iustis episcopes, mercatores, artifices esse;
3) onus commune subire singuli debent, si
alioquin detrimentum existeret, ac detri-
mentum inde frustra uentur, si unus aux
alter celebs manet.

§. IV.

Proxima iure officia ex statu conjugali
resubstantia, quae uel *generalia*, ad quae
uterque conjugum obstringitur, §. 4. *usque*
ad §. *specialia*, ad quae alteruter tantum.
Generalia: primum est 1) *conuicia castitas*,
haec

hæc quoque fuit ex fine matrimonii, pro-
 creare & educare velum liberis, non vera
 alia de causa parentes hoc educandi onus
 suscipiunt, quam quia suos credunt, de eo
 vero certi esse non possunt, nisi de castitate
 uxoris certus esset maritus, uxori ergo
 debet casta esse. Cum vero quid tibi vis
 fieri, alteri quoque scire debens, mariti
 quoque esse, castitatem ostendere, uxoris ergo
 requiritur castitas. Alii quædam philoso-
 phati sunt Romani, adulterium enim ad-
 mitti putarunt cum aliena uxore, non ve-
 ro cum soluta, quia peius casu incestu
 fide præter, non potestore. Sed nullus ex-
 cogitati potest casus, ubi maritus id faciat
 sine iniuria, tam si & cum soluta rem ha-
 bet maritus, fidem conjugalem violat, ad-
 herens procreant tanquam suas non agnos-
 cit, ergo peccat in liberis. a) Alterum
 officium generale est, motus cohabitatio,
 hanc quoque requirit 1) fides, educatio
 libertatem communitatis; si non cohabitaret
 conjuges, liberi aut penes patrem es-
 sere, tunc officium non fungeretur mater,
 aut penes matrem, tunc pater officium ne-
 gligere cogeretur, 2) idem requirit offi-
 cium generale primum, motus castitas, de
 qua neuter conjugum certus esset, si diver-
 sis locis habitarent. Agnovit tunc hoc vete-
 res; hinc in matrimonium desiderarunt da-
 tum delectationem, hinc tanquam ubi tu
 Cajus, ibi ego Cæsar. Vid. BRISSONUS
 ANTONIUS & FRANCISCUS HOLIOMANNI.
 viam antiquam. Hinc fuit a) conjuges hæc



UNIVERSITÄT

conjugali, vel Officia conjugali. 377
 necessitate vel contentu non posse se ra-
 tione habitationis separare, b) periculum
 esse conjugem, qui conjugem deservit, i)
 uxorem mariti domicilium vestiti sequi.
 3) Tertium officium generale est motus
 relatio inter maritum & uxorem, ut ille
 hanc cum ratione regat, hoc illi omnino
 observantiam præstat. Quæritur hic, an
 imperium mariti in uxorem sit juris rati-
 onis? Affirmant plerique 1) ob leus præ-
 stantiam, 2) ob viri onera in alenda fa-
 milia, 3) ob societatis, quæ directio-
 nis deservitur, imperfectionem. Sed hæc ratio-
 nes non omni exceptione majores, nam
 quoad 1) sæpe uxor viro solida, Abigail
 Nabale, prudentior, 2) uxor non micora
 sect onera, immo aliquando maritum alit,
 3) societas etiam perfecta est inter duos.
 Ergo potius dicendum, a) imperium ma-
 ritale esse juris divini positivi, b) rationem
 hic non plus videri, quam decrum ejus-
 modi imperium exigere, c) lexum maleu-
 linum plerumque constantiore prudentio-
 remque esse, nec leges respicere ad id,
 quod ratum est, sed quod ut plurimum
 sit, d) Imperium hoc non esse despoti-
 cum, quale dominium in servos, sed omni-
 cum, quale est fœderati in fœderatum in-
 æqualem. Excessu ergo peccarunt veteres
 Romani, dum uxorem in manu & pote-
 state mariti esse voluerunt, marito jus vi-
 tæ & necis concesserunt.

V.

Sequitur 4) quantum officium conjuga-
 le, ut unus conjugatur uni, quo pla-
 præ-

prohibetur ad quæll onem, an polygamia sit jure naturæ prohibita? eam ut accurate solvamus, ante omnia formandus est status controversiæ: 1) *polygamia* est vel *successiva*, quando viduus vel vidua saltem matrimonio, secunda, tertia, vel pluribus vicibus nuptias facit, vel *simultanea*, quando plures, quam duæ personæ eodem tempore simul in matrimonio vivunt. De priorè nulla est dubitatio, quin licita sit jure naturæ; cum enim morte solvetur obligatio erga conjugem, nihil est, quod superfluum possit impedire, quo minus ad alia vota transeat, quod argumentum & sacra scriptura probat. Quæstio ergo est de *simultanea*, quæ 2) vel *polyandria*, vel *polygynia*; polyandriam vocamus, quando una mulier pluribus viris nobiscus polygyniam, quando unus vir plures uxores ducit. Illam esse contra jus naturæ nemo negat, ubicumque erit polyandria licita, ibi proles est incerta, ubi incerta proles, ibi cessabit educandi studium, atqui hic est finis primarius conjugii secundum jus naturæ, ergo jus naturæ polyandriam indulgere non potest. Hinc & gerules castitatis pariter studebit, quamvis viris multa indulgetur, tamen polyandriam pro illicita, immo pro adulterio habuerunt: Armo & Judæi, quod quos tamen plane licita erat polygamia. Quæstio ergo est de sola polygynia simultanea, de ea certo non quæritur 1) an jure divino positivo prohibita sit, quævis & ea quæstio non plane nobis neglegenda sit, nec 2) an jure civili pro-

prohibita? nam & id nemo negat, sed 3) an jure naturæ prohibita? Eucæ postrema temporibus, qui & primam ac tertiam quæstionem negant, & notum est, quantum animorum contentione agitata sit hæc controversia 2) tempore reformationis in Philippis, Landgraviæ Hassiæ polygyniam, eo tempore prædibat Henricus Niderus *de digamia* liber, qui id factum defendebat, unde, plura seripit; h) tempore eodem polygamiam, quin communionem uxorum deturdebant Anabaptistæ Morastrienses, 3) paulo post Bernabini Ockenius defendebat polygamiam, cui teste apposuit Theodorus Reza, de quo priore videndus Pat. Bætus, *Didion. hist. Oecum.* voc. *Ockenius* d) post bellum tricennale secenduit bellum hoc occasione facti Caroli Ludovici, Electoris Palatini: tunc enim prædibat Dammel Archerus (vero nomine Laq. Reasus) libellus Germanice scriptus, *Betrachtung vom heil. Ehestand, Hebræisch, Ebscheidung, and Vielweiberehehung*; e) postremo quidem Jo. Lærus, qui se modo Theophilum Aleibum, modo Theod. Aphanesium, modo Gualt. Wabemansum nominabat, variis pro polygamia edidit scripta, veluti *polygamiam viamburvicam, seu diffusam polenicam de pygamia, et dea conjugio Marq. alio Landi*; sed hic non modo defendere studebat, polygamiam esse licitam, verum etiam esse præceptam; qui vero velis male ipsi esse: nam non modo calamos expediverunt Jo. Musæus, Jo. Brunsmannus, Hen. de Off. H. m. & Cris. O Dic-

DIEMANNUS, FELTMANNUS, Jo. MEYERUS, sed & auctor eum istu fustian relegatur ex Svecia. Obiter notamus, scripta huius hominis magnam invidiam contulisse Pufendorfio, cui ea imputabantur; ac si auctor esset. Jam argumenta, quae adferunt, sunt sequentia: a) finem matrimonii esse procreationem sobolis, hunc autem aequè per polygamiam, ac per monogamiam obtineri, in una per illam facilius; resp. ac salutum est, solam procreationem esse finem matrimonii, nam & qui infantes necare, procreant, quis vero dixerit, eos sine matrimonii satis fecisse? addenda ergo est educatio, ea vero non aequè facile obtinebitur in polygamia, quam in monogamia, turbabit illam multitudo liberorum, familiarum emulatio & odium adversus privilegiatos; b) polygamiam a Deo concessam, Deum quem nihil excedere contra jus naturae, Abrahamum, Jacobum, Davidem, Salomonem fuisse polygamos; resp. concessio fit dupliciter a) per modum permissionis, & tunc non peccat, qui iure suo utitur; b) per modum conniventiae, tunc peccat quidem, qui, quid tale appetit, sed Deus hoc peccitentibus remittit; punit sentu Deus nunquam permisit, sed pessimita ob pervicaciam Iudaeorum, *Matth. XIX. 8. 3*) nullam existere prohibitionem nec in Vetere, nec in Novo Testamento; non in Vetere, quia alias permitti non potuisset polygamia Iudaeis, nec in Novo, quia Christus non sic novis legibus; Resp. negando utrumque, existit enim

istam primæva institutio conjugii, inter cuius leges erat, ut duo sint in carne una. Jam cum Christus *Matth. XIX. in causa divortii* arguere a primæva institutione, sane eodem modo arguatur remittit in causa polygamiz; negamus etiam, in Novo Testamento eam esse prohibitionem. a) Christus ipse enim non remittit ad primævam institutionem, & *1. Corinth. VII. 2.* Apostolus urget: *quisquis uxorem suam mirum habeat*, in polygamia vero vir non est proprius, sed communis; 4) magnum scpe damnum nasci ex monogamia, si uxor sterilis, si incommodis moribus, obliuata, tunc unam posse solam esse? Resp. a) non sunt facienda mala, ut evitentur bona; b) non potest quis certo sperare, se cum finem obtenturum, quid si duas vel plures steriles, pervicaces, obliuatas ducat? Itaque nos potius hominem obstrictum esse, ut eligat optimum, obstrictus enim est ad amorem, amorem obstrictus est bonum, qui magis ergo bonum est, eo magis ad illud amandum tenemur, ergo optimum maxime amare, id est, eligere tenetur; argui in comparatione monogamiz & polygamiz optima est prior, ergo iure naturæ ad illam eligendam sumus obstricti. Optimum vero esse monogamiam, pessimum contra polygamiam, probamus, 1) quia monogamia satis proportionata multiplici hominum nascitur, minus ergo disproportionata futura esset, si polygamia concederetur, 2) impedit educationem, ut supra vidimus, 3) im-

3) impedit amorem conjugalem, emulationem, lites domesticas, invidias producit; experiundo haec didicit Jacobus, qui tamen duas uxores habebat in matrimonio; adeoque impedit etiam metuum adjutorium, 4) oneri est familiaris obijciunt Turcae, sed ibi uxores plerumque parum ab ancillis differunt, 5) cum monogamia finem matrimonii consequuntur, non potest polygamia alius finis esse, quam libido, 6) moratae gentes eam semper fugiunt, elegerunt tamen gentes libidinosae, imprimis orientales. Quavis ergo directe prohiberi nequeat; polygamiam juri naturae repugnare, repugnat tamen rectae rationi, quae opimum eligere jubet, adeoque & indirecte repugnat juri civili.

VI.

§) Quantum officium conjugum generale est, ut indissolubile sit inter conjuges vinculum usque ad mortem; hic de reo iuridice quaestio, an divorcium jure naturae licitum sit? Hic distinguendum 1) inter nullitatem matrimonii, quando inter rectas personas matrimonium esse non potest, e. g. si, quae jam maritum habet, alii nubat; 2) divorcium, si matrimonium iustum est, sed propter incidentem causam solvatur, e. g. propter adulterium; 3) separationem quoad thalamum & mensam, quando non conjugium solvitur, sed conjuges separantur ab causam temporariam, e. g. ob sevitiam mariti. De prima nulla est quaestio, quod enim

enim nullum est conjugium, nec recessione quidem indiget; certum est in quantum juris canonici, adeoque huc non pertinet, superest ergo solum divorcium. Notum est, illud permissum fuisse Judicis Veteris Testamenti, & Graecis quoque ac Romanis pro lubitu a conjugibus divorcisse, modo bona gratia, modo alterius voluntate; non opus quoque erat causa fontica, sed apud Romanos sufficiebat qualicumque ante legem Papiam; pertinent huc exempla Scipilii, Paulli, Jul. Caesaris, Ciceronis; hinc Juvenal. Sat. VI. v. 147. 148.

123

Ocyus, et propria, sicut venis altera naso.

An tale quid jure naturae? Affirmant plerique: 1) pacto inveniunt ruptum, ergo & pacto solvuntur, ergo saltem bona gratia discedere licet, 2) omne pactum reciprocum involvit eandem conditionem: si tu praestiteris, quod debes, & ego praestabo; ergo uno non praestante alteri discedere licebit; 3) urgenti perpetuam eorum conjugum miseriam, qui invidi in illa societate manere tenentur. Sed limitanda haec sunt: 1) matrimonium habet finem perpetuum, educationem & mutuum adjutorium, ergo & ipsum quoque sua natura perpetuum est; 2) nemo plerumque invidi a pacto discedere potest, nisi ob justam & gravem causam, ergo & divorcium fieri nequit sine gravi & justa causa, 3) gravis vero & justa causa est omnis, quae huius matrimonii repugnat, ergo ob eam quoque finis

potest divorcium, non ab aliam. Multa magis tollingeret videtur Christus divorcium *Matth. XIX. 9.* ubi ait, id solum permittere *ob causa*, id est, ut vulgo interpretatur, ob adulterium. Sed egerge conspici servatoris sententia cum iure naturæ, quod accorate docuere *Schulmanus*, tum in *Jur. nat. et gent. secund. discipl. Hüb.* tum in libro *de iure Romano*, itemque *Lichtenroth* in *Horr. Helveticis et Tarnudicia ad hanc locum adducit*. Res ita se habet: 1) dux erat scilicet vel scholæ inter doctores Judæicos tempore Christi, scholæ Hilleliæ, & scholæ Samaritæ, quæ in multis doctrinis & interpretantibus legis discrepant; 2) quod ad divortia sit nec, Hilleliani ea licita putabant ex quacumque causa, etiam levissima, eaque sententia mirifice placebat plebi Samaritæ ea contra admittentibus tantum ob graves causas, quas vocabant res turpissimas, cum vocabulo *Molea* usus est; 3) sama circumferebantur inter Judæos, Hilleus sententiam confirmatam esse per filiam vocis, seu vocem *ezestem*; 4) cum ergo ventare Pharisei vellet Christum, ipsi hanc ipsam questionem controversam inter deos hos scholæ proponebant: *justissima est veritas ab uxore ob quancumque causam?* (ut Hillel putat.) spectabant, 6) affirmaret, eam apud viros bonos in ædium incidere posse; 6) negaret, apud plebem; 7) respondet Christus *v. 9. Moses vobis permisit liberos repudiare ob causa, ad inis non fuit sic. Atque hoc fecerat, quisquis uxorem*

repudiavit, vel Officia conjugiorum. 319
*suam repudiaverit, pericquam ob repudiavit, cum adulteravit, et qui repudiavit, et qui repudiavit; 6) manifesto ergo Christus approbat sententiam Samaritorum, adeoque causa non potest significare adulterium, sed generatum rem turpissimam; talis est omnis, quæ repugnat bono matrimonii. Possum id eam alio modo probare: si solum adulterium esset causa divortii, Apostolus non potuisset divorcium permittere ob malitiam defectionem: at permisit Apostolus; ergo non potest necesse adulterium divortii causa esse. Hinc soluta incidunt quæstiones gravissimæ, e. g. an non divorcium petendum ob infidelitatem vitæ conjugis illicitas, quod defendit *Starkius*, ad propter abortum procreatum, an ob morbum contagiosum. Similes permulæ sunt in *Hieronimi Bancrofti Decisibus matrimonialibus*, ad quas facile respondebimus, 6) *Sedant* principia admittimus. Ceterum recte momenta viri docti, 1) restringendam, quoad fieri potest, divoriorum licentiam, alioquin enim injuria fieret multis; 2) decreto divortio non perfido dandum esse novatum supularum facultatem, sed parti tantum innocenti; rationem supra reddidimus *lib. 2. cap. 16. §. 1.**

VII.

6) Sextum officium est, ne ullum inter conjuges sit impedimentum mortale, tale veto est inter illos, qui vel alteri matrimonio juncti, vel saltem dispositi sunt. In quo enim jam alia jus quæsitum habet

ex pacto, ille non alii se simili pacto obstringere potest, est hoc universale & commune omnibus pactis & contractibus, e. g. qui Titio vendidit prædium, idem non potest vendere Maxio, idemque dicendum de locatione, aliisque contractibus. Hinc leges non modo polygamiam prohibent, sed & bigamiam graviter puniunt. Jus Romanum infames esse jubet, qui ipsi vel liberorum nomine bina sponsalia, binaque nuptias constituunt. Hæc regula recte se habet, si nobilium sponas, polygamiam esse illicitam; nam si vulgari sequaris principia, nihil omnino vitii esset huic pacto, nam quod supra diximus de contractibus, id locum tantum habet, si conventio talis cum pluri- bus vitii nequit, in aliis enim ea regula cecidit; ac e. g. in una re si sufficit, pluri- bus possum hypothecam constituere, itemque plures socios adsciscere, quamvis jam unam vel alteram habeam.

§. VIII.

Progreditur 7) ad officium septimum, vel potius prius extensionem, inter impedimenta enim moralia etiam est propinquitas sanguinis & affinitas, ob quam non modo divinæ litteræ prohibens nuptias, verum etiam ipsi gentiles, veluti Romani. Queritur ergo, unde sit ea prohibitio? & an ex jure naturæ? Boete, qui hæc prohibitionem derivavit 1) ex pudore naturali, veluti LAM. VELLTHYSEN, pag. 59. sequi. ejusdem sententiæ est MARTIUS ad Pasend. VI, 1. 8. Sed is pudor

nati-

naturalis non fuit Perſus, qui inter filium & matrem permiscere matrimonium, nec Atheniensibus, apud quos Cimón germanam sororem habuit in matrimonio; 2) ex utilitate politica, ut plures familiarum conjungantur, id quod AUGUSTINO, de civitate Dei, XI, 26. & PLUTARCHO, Qu. Rom. 108. placuit & RICH. CUMBERLANDO, cap. 8. §. 9. Potest utilitas contrarium suadere, Numerus. XXXVI, 3) ex sola revelatione, quo casu vero videre poteris rationem, cur & veniles quosdam habuerint gradus prohibitos; 4) ex unitate carnis, Seldenus V, 1. Alii nec jure naturæ, nec revelatione ejusmodi nuptias prohiberi censent, non jure naturæ, quia hoc ignorat hanc prohibitionem; nec jure divino, quia illud ad solos Judæos pertinuerit. Nos dicimus, jus naturæ hanc prohibitionem ignorare, nisi inter parentes & liberos; utrumque ostendo sic: 1) si jus naturæ pro incestu habet nuptias inter cognatos proximos, sequitur ut totum genus humanum ex incestu natum sit & nasci debeat, nam Adami libedi necessarii inter se inire debuerunt matrimonium; ac posterius est absolum, ergo & prius; 2) si pater & filia, filius & mater jungi possunt, sequeretur, ut jus naturæ probaret contradictionem; ac hoc absurdum, quia nititur ratione, & ratio ob omni contradictione abhorret, ergo & prius. Consequenter probamus: si pater ducit filiam, ex eaque procreat filium, is erit patris sui nepos & filius, matris filius & simul frater; si mater nubat filio, eorum

O S

liberi

322 Lib. II. Cap. II. De statu
liberi erunt patris sui fratres & sorores
matris vero filii & nepotes, quod & Ovi-
dus absurdum esse vidit, *Melantriph. X.*
346. fogg. ubi Myrrha.

*Nec, quod confundat & iura & nomina,
fontis?*

*Tunc oris & maris pollex, & adultera
patris?*

*Tunc furus generis, generisque vocabitur
fratris?*

Vetus epigramma:

*Per filium hic jacob, necum Maoulla quiescit:
Qua soror, & generix, qua mihi sponsa
fuit.*

*Mo pater e nata generis: mihi iunior
illa:*

Sic soror & coniux, sic fuit illa parens.

Obiiciunt, sed hanc esse tantum conu-
dictionem in nominibus, nec rationi re-
pugnare, unum hominem diverso respec-
tu fratrem, patrem, filium vocari? Resp.
1) diverso respectu, id est, possum Cajus
filius esse, Sempronius frater, Titius ma-
ritus, sed unius persone fratrem, pa-
trem, maritum esse, id vero absurdum;
2) non solum nomina confunduntur, sed
& iura, ut recte vidit Ortolanus: *nec quod
confundat & iura & nomina fontis?* nam
aliud jus, alia obligatio est inter filium
& matrem, filius enim matri debet obse-
quere, aliud jus maritum inter & uxorem,
nam huic uxor debet obsequium; si
ergo filius uxorem duxerit matrem, tunc
filius matris est superior & inferior, im-
perat & patet, quod absurda. At morationes

genem

remes hoc iudicium extenderunt: nam quam-
vis inter fratrem & sororem conjuges non
sunt contradictio tanta, quanta in licita re-
cta, est tamen aliqua, si enim frater du-
ctus loquatur, hinc tamquam soror frater
aqualis, qua uxor, inferior; qua soror,
nullum debet obsequium, qua uxor. de-
bet; ultra hunc gradum non processere
gentiles, nisi quod addiderunt personas,
quae sibi iavicem parentum & liberorum
loco essent, ubi tamen arbitratum adium-
sere definitionem respectus parentele, ut
iuris non naturalis, sed positivus esse hanc
prohibitionem facile appareat.

§. IX.

8) Octavum officium auctor pater, ut
serventur sollemnitates quaedam, 1) eius
enim veteres in omni contractu negotio-
que civili observasse, 2) nullam fuisse gen-
tem, quae non potissimum in nuptiis quor-
dam sollemnes ritus observavit; de ritu
nuptiarum apud Romanos prolixè BAR-
BASSONIA, ANTONIUS & FRANCISCUS HO-
TOMMANT, egerunt. Enim vero omnes ri-
tus tum ex lege positiva, eoque adeo
ius naturae ignorat: si ignorat, non potest
nos directe obligare ad illos observan-
dos, ac per indirectum obligati sumus ius-
tibus magistratum aequis; haec lex vero
de nuptiis sollemniter inveniatis est aequi-
sima, 1) ut conjuges distinguantur a con-
ubiniis, 2) ut publicum habeatur: est
monium, se esse conjuges, 3) ne plo-
mitate se conjugant homines, quibus
impedimentum morale obstat; ergo omnino

recte

3. 4. *Lb. II. Cap. II. De statu*
recte puniatur, qui sine prævia pronuncia-
tione & expulsiōe ad concubitum redeat,
non quod contra jus naturæ commiserint sol-
lemniter, sed quod contra jus naturæ vio-
larint leges æquissimas magistratum.

§. X.

Jam ad officia conjugum specialia, &
quidem maritorum: 1) diligere uxorem,
hoc enim requirit actus & perpetua so-
cietas; 2) nutrire eandem, est enim ca-
put familiæ, nec sexus imbecillitas pati-
tur, ut ipsa se exhibeat; 3) regere ac de-
fendere, hoc ponit superioritatem, non
autem intelligitur regimen despoticum,
sed amicum, quale esse diximus in fæde-
rato inæquali.

Utique hæc sunt: 1) amare maritum,
id exigit societas æquissima; 2) honora-
re, amor enim erga superiorem semper
amor venerationis; 3) adiutorio esse ma-
rito in educatione liberorum, (sunt enim
liberi communes), itemque in re famili-
ari, quia inde cum liberis elementa capi-
4) ut concedat marito regimen, tamquam
superiori.

Utique: 1) ut utramque fortunam
communit æquo serant animo, tamquam
loci omnis vitæ; 2) ut mores ad con-
cordiam attemperent, tamquam amici.
Tacitus in *Agricola*: *vixerunt mira concordia
per mutuum charitatem, & invicem se
anteponendis*. Hæc sunt, quæ jus naturæ
præcipit; cetera, quæ de capitibus nuptia-
libus traduntur, veluti de dote, de castis
dotalibus, donatione propter nuptias,
com-

conjugali, vel Officii conjugalitatis 3: 5
communiōe honorum, &c. omnia iuxta
jus positivum, adeoque de his omnibus ali-
bil plane definit jus naturæ.

C A P U T III.

De Officiis parentum & liberorum.

§. I.

Aliæ societas, vel aliter *status* adver-
tius est *parentum*, ubi mutua rela-
tio inter parentes & liberos patria pote-
stas ab auctore vocatur, vocabulo satis
inconueno, est enim illud ex jure Roma-
no, secundum quod pater solus, non ma-
ter, jus in liberos exercebat: at jure na-
turæ potestas illa communis est utrique
parenti, uti mox demonstratur, rectius vo-
caretur potestas parentum in liberos; de
ea quæritur 1) unde oriatur § 6. 7. 2) *qui*
comperat § 3. 3) *an uno consistat* § 4. 4)
4) *quantum sitentur* § 10. 5) *que proben-*
ca *official* II. 32.

§. II.

Quantum ergo, 1) unde id jus paren-
tum in liberos oriatur 1) *Grotius, lib.*
II. cap. 8. §. 1. putat nisi ex generatione;
sed cum refellit *Montassius, de civitate, cap. 9.*
§. 1. quia nulla sit connectio inter generare
& dominium acquirere, refellit etiam *Pu-*
verborum, Pl. 2, 4. sed ex alio fundamentum,
quia liberi nascuntur in libertate naturali.
adeoque sicut parentibus æquales; sed hæc

Iniuria obverti max videbimus. Non hic
 exierit de dominio in liberos, sed de
 potestate actiones dirigendi, nec equali-
 tas naturalis impedit directionem aequi-
 nam, adeoque hae GORTII sententiam
 non infringunt. 2) HOMMIUSUS loco
 more hic provocat ad occupationem,
 quae nullius sunt, inquit dicit capite 9.
 cedunt occupanti, infans natus est nul-
 lius, cedit ergo occupanti, adeoque ma-
 tri, jus ergo in liberos est penes matrem,
 penes patrem non aliter, quam quia ma-
 ter dominium cum illo ulro communi-
 cat. At hac absque, nam 1) negamus,
 infantem esse nullius, si de potestate qua-
 ritur, est enim parentum; 2) ille confun-
 dit dominium & potestatem; 3) POSSI-
 NONFERTUS simpliciter causam assignat, 1)
 quia socialitas id requirit, 2) quia tener-
 num amorem impugnativae naturae paren-
 tibus, qui illos cogat, liberorum curam
 habere; addit etiam 3) consentum paren-
 tum & liberorum praelatum. Nos his
 subtilitatibus uti nolumus, sed rem ita
 concipimus: 1) procreatio & educatio so-
 cialis est finis matrimonii, si fini genera-
 tionis responderet eventus, ex nobis nascun-
 tur liberi; 2) liberis non possumus aliter
 considerare, quam tanquam bonum ali-
 quod, quorum procreatione genus huma-
 num conservatur, nobisque paratur bene-
 ficii praedium ac ornamentum; hinc &
 sterilitatem agere ferunt homines; 3) bon-
 um tenemus amare, ergo & liberos;
 modo & natura nobis incredibilem ama-
 rem

rem erga liberos implantavit; 4) jam
 cum liberos videamus nasci in se inopes,
 rerum indigos, & qui sibi ipsis consule-
 re nequeant, consequens est, ut nobis sint
 imperfectiores, adroque amandi amore
 benevolentiae; 5) amor benevolentiae in
 eo consistit, ut alterius felicitatem & sa-
 lutem quovis modo promoveamus, ergo
 felicitatem & salutem liberorum quovis
 modo promovere tenemur; 6) non possu-
 mus autem tam promovere rectius, quam
 si eos cum cura educemus, educare ergo
 tenemur; 7) educare non possumus, nisi
 actiones eorum dirigere possumus, ergo
 eorum actiones dirigere tenemur; 8) haec
 directio intelligi non potest, sine pote-
 estate, ergo opus est potestate in libe-
 ros, adeoque illa vere nascitur ex amo-
 re, amor autem inde, quia liberi vere
 bonum sunt.

§. III.

Quis vero hanc potestatem exerceat?
 Distinguit auctor inter statum extra conju-
 galem, & statum conjugalem. 1) extra
 conjugium, inquit, potestas praecul dubio
 est penes matrem, quia pater incertus;
 sed id cum grano salis accipiendum, in-
 certus tantum est iudicis, quia) Cui ten-
 ent regulam: *pater est, quem iuxta nuptia*
demonstratur; ac moraliter saepe pater est
 certissimus etiam extra conjugium, quid
 enim si fateatur se patrem? tunc sane iure
 naturae omnino aequè potestatis in liberos
 videtur, ac mater; immo argumentamur:
 qui tenentur ad educationem, iis etiam
 com-

competere debet potestas in liberos: pater etiam extra conjugium tenetur ad educationem; ergo ei etiam competere debet potestas in liberos; 2) in statu conjugali utrique parenti potestas sine dubio competit, nam 1) utriusque est proles, ergo idem utriusque amor naturalis; 2) uterque ergo concurrere debet ad educationem; 3) potestas patria soli patri competens est tantum commentum juris Romani: sed addendum tamen, a) in statu naturali patris aliter conveniri posse, e. g. si regina nubit principi non regi, ea plus potestatis exercet in liberos, quam maritus, tale quid in Anna, regina Angliæ contigit: b) patris partes in patri causa esse potiores, itaque si dissensus est, patris voluntas merito præferatur, in societate enim matrimoniali ipsa uxor quodam modo subiecta est marito; c) alterutra parente mortuo, ejus potestatem ad alteram supersedit, immo & vitrica vel novitæ, si hi curam eandem educationis suscipiant; d) neutro supersedit, eam potestatem devolvit in avos & avias, vel in reliquos cognatos, qui munere parentum funguntur.

§. IV.

Jam in quo consistat patria potestas queritur? hic distinguendum inter statum naturalem, & civilem, nam in statu naturali pater simul est imperans, sive sit caput familie, sive caput rei publicæ. Cum ergo in hoc statu concurrat potestas domestica & civilis seu imperium, non dubium est, quin horum parentum potestas major sit, quam

quam illorum. Hinc auctor considerat patriam potestatem 1) in statu civili, scilicet quam quis exercet tantum tamquam pater, §. 4. 6. 2) in statu naturali. Potestas parentum qua talium, fuit, ut diximus, ex educatione; ergo regula retinenda: *ratio est parentum potestas, quantum requirit officium educationis*, nam educatio requirit 1) directionem actionum, ergo parentum est dirigere actiones, liberos præscribere, quid agendum, quid omittendum sit, 2) eos immorigeros pro se nata castigare & coercere, 3) non esse ex jure nature jus abortum procurandi, multo minus 4) jus vitæ & necis in liberos, vel 5) jus liberos venundandi, aut 6) omnia adquirendi per liberos, sine his omnibus enim educati possunt liberi, non ergo hæc requirit educatio.

§. V.

Immo cum tanta sit potestas, quantum requirit educatio, necessario sequitur, ut ea diversa sit pro diversa liberorum ætate, ergo in prima ætate omnis directio absolute est penes parentes: itaque hi 1) invites etiam cogere possunt, ut aliquid addiscant, 2) invita etiam injungere possunt certum vitæ genus, 3) nihil liberi sine eorum consilio & voluntate suscipere possunt, 4) parentes recte utuntur pænis corporis afflictivis, aliisque, quibus liberi coercentur; addit auctor, 5) liberos hac ætate parentibus relinquere debere ulumbratum reman suatum, proprietate contenti, sed 2) id non tantum obtinet in

prima aetate, sed & in adultioribus, b) id manifeste ex jure Romano, non ex jure natura.

§. VI.

In adulta aetate quodam modo paulatim decrevit haec potestas, quia paulatim decrevit onus educationis, dum jam liberi ipsi ratione utuntur: itaque tunc a) sine parentum consilio nihil quidem suscipere debent liberi, sed parentum quoque illi, ipsi injuria nihil eberudere, e. g. vitæ genus, matrimonium; 2) liberorum est, honorare & venerari parentes, sed parentum quoque, non prestare libertas; 3) parentes non amplius iisdem modis coercendi ubi possunt, quibus utebantur adversus infantes; 4) jubere non solum debent parentes, sed & rationibus covincere liberos, ut sponte obsecantur. Ut potius dicamus, quo magis liberi ad perfectiorem adspirant, eo magis parentibus sunt aequales; quo magis aequales sunt, eo magis induit amor benevolentiae naturam amoris amicitiae.

§. VII.

Jam ad statum naturalem progrediuntur auctor, in quo necessarius major esse debet patrum familiae legumum potestas, quia quisque pater simul sui impletus & caput familiae. Itaque tunc 1) uterque quidem parens exercet eam potestatem in liberos, quam exigit educatio, sed pater solus ea, quae sunt imperii, quale est 2) jus ipsum vitæ & necis in liberos, quo gravissimi sunt patres jure antiquissimo. Sed quæ-

queritur, cur, cum Romani id jus civibus suis concesserint, reliquæ vero res publicæ id sensum approbationis (sane non injuriam in se videri potuit, cuius per illud non permittitur occidendi licentia, sed jurisdictionis quædam domestica intelligitur, & tamen illud abrogare placuit, a) quia non adeo concinnum est imperium in imperio admittere, rem publicam in se publica, b) quia amor parentum ita comparatus est, ut ratio presumi possit, eos justitiam administraturos, in plerisque concinvebant etiam ad maxima libertatem delicta, quod omnino cum rei publicæ delicta conjunctum foret, c) si justitiam etiam administrare vellent, nihil minus ac intolerabilis foret illis suorum, quam festam sententiam adversus liberos ferre. Nece est legislatoris historia, qui cum legem fecisset, ut adheri oculis privarentur, unum sibi ipsi erui jusse, alterum filio auitero, d) ut amor parentum immodicus est, ita aliquando & odium, & hinc facile contingere potest ut patres eo jure abuterentur, maxime nocentibus blanditiis & persuasionibus infecti, cujus rei exemplis satis testis in historiis occurrunt, maxime inter reges.

§. VIII.

Qualis potestatis parentum potestas, ubi plane familia patrum excoheruit? Respondeo potestas proprie hec dicta cessat, quia cessat causa, puta onus educationis, et manet tamen 1) reverentia, quam parentibus, tanquam auctoribus vitæ, si a Deo ductis, debent; manet etiam 2) grati-

animi memoria pro tot beneficiis, quæ per educationem liberis præstata; ex quo sequitur, 3) spes hereditatis, a) ut tunc quoque patentibus honorem & observantiam debeant, b) ut nihil suscipere debeant, quod alicujus momenti sit, sine eorum consensu ac voluntate, e. g. uxorem ducere, c) ut si indigi sint parentes, eos alere de suo teneantur, d) ut recte contradicant parentes, si quid agere velint ejusmodi liberi in familiæ detrimentum & ædectus, e) ut ipsi destinati liberis hereditatem parentibus merito relinquunt.

§. IX.

Sed quaeritur, an potestatem suam & officium parentes aliis cedere possint? Resp. affirmando, quia finis hujus potestatis est educatio, aliquando eorum sit, ut alius & possit & velit educandi onus pro parentibus subire; immo aliquando ipsi parentes non satis apti sunt ad id onus ferendum, sive ob simplicitatem, sive ob paupertatem, satius ergo tunc est, alios hoc onus subire, quod ipsi parentes facere nequeant. Potest ergo 1) pater liberis aliis in adoptionem dare, quod patre omnes gentes permisisse novimus, Hebræos, Græcos, Ægyptios, Romanos; 2) alterius disciplinæ & informationi credere, & tunc liberi obligati sunt ad reverentiam & obsequium ejusmodi pedagogo & educatori; sola enim informatio hoc non exigit, nisi in alicujus disciplinam simul dati sint liberi, 3) potest & mortuus liberis aliorum tutela & curæ committere, quæ origo est tutelæ testamentariæ,

quæ hoc tam necessarium vitium est, ut legis iatores & legitimam, & dativam tutelam invenerint, si patres liberis de tutela non prospexisset. Quaeritur, an & vendere parentes possint prolem? Id merito negamus, nam 1) venditio præsupponit dominium, tale quidem Romani habebant, jus vero naturæ illud ignorat, secundum illud patris potestas non consistit in dominio, sed in jure dirigendi actiones ad commodam educationem; inde vero jus vendendi nullo modo nullisque fideiulis elici potest; 2) patris potestas pro fine habet felicitatem liberorum, non eorum perniciem; ac hæc venditio cum manifesta liberorum conjuncta est perniciæ, nam vendi in servitutem detrahuntur. 3) namquam jussa causa supponi potest pro liberis vendendis, si enim infantes sunt, & parentes vendunt liberos, peccant, quia detractant officium educandi, quod ipsis incumbit; si liberi jam adulti sunt, tanto magis peccant, quia tunc locari eorum opera possit, ac aliis modis iis quaerere liceret vitium.

§. X.

Quænam quomodo finiatur parentum potestas? Nullum est dubium, quin id fiat 1) morte tum parentum, quia tunc potestatem exercere non possunt; tum liberorum, quia hi educatione non indigent; 2) cessante causa, scilicet educatione, ea autem cessat, si utique se ipsos exhibere possunt liberi, ac proinde excedunt liberi familiæ paternæ,

fili iniqua separata economia, ubi nuplexunt. Quæritur, an & emancipatione? Resp. emancipatio est actus, qui præsupponit dominium, quale non habent parentes jure nature in liberos: sin queas, an non saltem liberos e potestate dimittere possint, ita ut abstrahamus a conceptu juris Romani? Resp. si educatione non amplius indigent, nullum est dubium, alias id merito negatur: itaque absurda esset jure nature emancipatio infantis vel pueri, quæ sæpe fiebat jure Romano; regu a potius tenendas *parentes tenentur liberis tan uti velint in potestate, quam in dote quæritur*. Ex ea vero parte sequitur, nec liberos salvo officio excedere posse potestate parentum hinc inde, quædiu adhuc indigent educatione, nam si jusz cessis sit, abinde agunt parentes, qui inuitos retinere volent, e. g. si pater nobis filiam auferat, quæ puellam consensit, vel si filium immediat, quo minus vel officio fugantur, vel alio modo seruitutem periclitentur.

§. XX.

Superius officium tum parentum, tum liberorum, quæ ex fine semper fluunt & eisdem parentum est, v) alere liberos, cum enim liberi nascantur ætatem ætatem indigi, alii eos alere tenentur, ac quoniam nō quibus natura ipsa hanc voluntatem implacavit, implacavit autem parentibus, parentes ergo liberos alere tenentur. Hoc officium adeo certum est, ut ideo leges civiles concedant etiam ad alendos liberos

actio-

actionem; a) educare eosdem, educatio autem pertinet non modo a) ad corpus, ut parentes curam valetudinis habeant, ut de integritate membrorum & corporis solliciti sint, sed & b) ut intellectum liberorum reddant perfectiorem, adeoque deus operam, ut liberi aliquid addiscant, quod publico utile sit, & quo aliquando vitam tolerare possint, itemque c) ut voluntatem eorum adulescant ad virtutem, probitatem, honestatem, decorum. Qui com-
missis sit, non negligenda etiam sunt media, veluti a) ut parentes non temere ex oculo dimittant liberos, b) ne familiaritatem cum eis contrahant, cum illa parit contemptum, c) ne exempla liberos offendant, ut ipse JUVENALIS monet, *Sat. XII, 44. seqq.*

*Nel diu scdm usum hoc terna evogat,
Iura que puer est, præcat bene, præcat: in-
da puella*

*Lenamur, & caput permouentur parafisi,
Maxima debetur pueri reverentia, Si quid
Turpe parat, nec su pueri consuetudo au-
mor: Sed peccatus adde tibi filius infans,*

d) ut rationibus convincant liberos, & ipsa exempla, virtuti studendum esse. Eleganter PRIN. PANZ. cap. 45. ait, efficacissima præceptis esse exempla, quippe quæ convincant omnes, ea quæ præcipimus, fieri posse commendandus hic libellus quanti-
vis pretii PROTACHII de institutione liberorum; 3) ad honestum vitæ genus perducere; ubi imprimis indoles exploranda, an nimium prævalcat iudicium, tunc enim studijs

apto-

aptiores sunt: an ingenium, tunc ad artes magis videntur nati: an memoria, tunc ad epistola sunt facti. Sunt etiam ipsius indolis subdivisiones: nam si proxima iudicio sic memoria, aptiores sunt liberi ad studium theologicum vel iuridicum: si proximum iudicio ingenium, satius est, ut ceeram dent medicinae, mathesi, litteris humanioribus. Haec scire debent patres: ut sciunt tamen paucissimi, interim omnis liberorum felicitas ab hac pendet: si enim invita Minerva genus aliquod vitae eligunt, vocationi divinae refragantur, adeoque omnia male cedunt: 4) fortuna futurae libertatis prospicere, quod fit a) aliquid honestum docendo, b) opum quid, quantum occaso fert, colligendo, c) artem parando, quia aliquando plus possunt, quam opes, & quod praestat omnibus aliis, d) famam & exultationem illatam illis relinquando.

§. XII.

Ex eo ergo facile intelliguntur liberorum officia, quae sunt, 1) honorare parentes: nam non possunt eos aliter considerare, quam tanquam perfectiores, qui homines se exhiberi factis, verbis, gestibus; 2) obsequi, correlata enim sunt directio actionum & obsequium; 3) gratitudo pro tot beneficiis; 4) patientia, si forte paula mortales sunt parentes.

CAPUT IV.

De Officiis Dominorum & servorum.

§. I.

Tertius status adventitius, seu societas tertia, eaque magis composita est prioribus, *herilis*, de quo hoc capite disquiritur 1) *que sit servitutis origo*, §. 1. 2) *quales demonstrationes in servis pateant*, §. 2. *ad finem*.

Ad originem quod attinet, a) Aristoteles quosdam homines natura servos putat, idque defendit DAN. HEINSIUS in *epistola ad Gougen Ruberum* edita a JAC. ROGERIO in *Lectionibus*. quosdam enim esse homines tam ineptos ad omnia, ut ad servitutem viderentur destinari. Sed confundi Aristoteles adum & potentiam, haec omnia adest, ubi tanta stupiditas, non tamen ideo actu ipso servi sunt, nec sequitur, natura producit aliqua ingenio stupida, ergo servitutem introducit b) *HOM. de civib. lib. I. cap. 2.* ad Deum servorum originem refert, Deum enim modestate videtur, videtur istos sapere in servitutem esse a Deo. c) *Ratio & historia docent, servitutem ratione rerum dominio: nam 1)* hoc introduci alii suere divites, alii pauperes, hiique vel idonei ad alimentum, vel minus idonei: uti ergo illi suis laboribus sui victum quaesiverit, ita hi alienis, ac proinde esse adderere in servitutem alii. Ita in Aegypto integram gentem ab inopia Pharaoni se

HOM. de Off. Her. & Citiv. P. addi.

addixisse novimus; 2) deprehensa semel hac commoditate, & de aliis adquirendis servis homines cogitarunt, ac proinde sacrae leges, ut bello capti servi fiant, nec non 3) ut de servis nati servi sint, quia ubi principale sit in dominio, ibi & accessorium in dominio esse aequum est. Quæritur ergo, an servitus sit *confisusio juris gentium*, ut dicitur *l. 2. Inst. de jure person. l. 2. D. de juss. et serv. Resp. si quis patet, jure naturæ & gentium servitus introduci esse, id negamus, potius hac jure omnes homines sunt æquales: at si quaeratur quis, an consentanea sit servitus juri gentium, id facile largimur, quique enim potest jurebus suis renunciare, ergo & liberati, renunciant autem tum, qui se sponte addicunt aliis, tum qui bello capti se dedunt. Victor eos poterit occidere, potest ergo & servare ea lege, ut serviant; est ergo servitus in genere status hominum, quo quis alterius arbitrio subijcitur, ut illi, non huius, adquiratur. Ceterum servitus est duplex, vel *pacifica*, vel *legalis*: illa ex pacto est, qualem serviant, qui se ultro addicunt; hæc ex lege, qualis servitus captivorum.*

II.

Jam de possessioe dominorum in servos: hæc quia vel ex pacto, vel ex captivitate est, necessario sequitur, ut fundamenti loca subservienda sint axiomata 1) *possessio dominus in servum pacificam habet est, quædam inter se fore pacto facta*, 2) *possessio dominus in servum bello captum similis est, nisi quod legibus humanitatis & misericordie*

non

Dominorum & servorum.

non deus manerari. Primum ergo de servis pacificis, qui vel mercenarii, vel perpetui seu obnoxii. 1) *Mercenarii dominus alimentis*; vult enim sibi operas adquiri: si ergo per servorum operas acquiritur dominus, non servis, huic fame perendum esset, nisi eum aleret dominus, 2) *mercedem debent*; ad id enim obligatur ex pacto præterea cum servo præter alimenta & alia necessaria sint, maxime in senectute, aliquid dandum est; 3) *servus debet operas convenias*; dico *convenias*, sic non tenetur coquere, quem tamquam autigam conduxi; 4) *idem honorum & obsequium debet dominis*, agnoscere enim debet tamquam superiorem; 5) *auguritur, an de coactore dominus hujusmodi servum possit*. Negatur, 2) *quis liber homo est*; 3) *quia id pacto non expressum*, c) *quia si non satisfaciit, officio alio modo potest damnatum sarcire vel ex mercede, vel ex divulsa locatione conductione.*

§. III.

De servis pacificis obnoxii vel perpetui tenenda regula: 1) *alimenta dominus debet perpetua*, quia se ipsum in perpetuum addidit, ergo nec cessant alimenta agrorante servo, quod secus se habet in mercenario, qui operas tantum locavit, quibus cessantibus & merces, & quæ ejus pars sunt, alimenta cessant. Hinc cum sub Claudio domini avari servos agroratos in insula Siculipæ exposuissent, Claudius Imperator, teste Suetonio, statuit, ut, si convalescerent, liberi haberentur: 2) *labo-*

P. 2. DES.

non imparet, sed miribus proportionibus: lube
 summa crudelitas, servos sine ratione exha-
 rere laboribus, quod imparetur Hi primis,
 qui Americanos anchoras & tormenta per-
 tate conegerunt per montes, tantum ut oco-
 los pascere victores; 3) *servum capere*,
 quia 2) in dominio est cum ad pertinet,
 b) cuius plerumque stupidus, (quis etiam
 alius in servitutem sese addicere), homi-
 nes stupidi sine coertione non faciunt om-
 nium, jus tamen vix & recis non exigit
 natura hujus servitutis. 4) Qu. num ven-
 dere possit? sane utriusque sunt rationes
 non minimi momenti. Non posse vende-
 re, inde colligi potest, quod servus domi-
 ni personam & virtutem elegit, adeoque
 illi non perire est, quem dominum ha-
 beat, & cui serviat. Posse vero, vel ex
 eo colligere, 1) quod, qui se adicit,
 est in dominio, jus vero vendendi cum do-
 minio conjunctum est. Responderi etiam
 potest ad argumentum superius, exinde et-
 iam consequitur, servum ejusmodi non
 transmissum iri ad heredes; accedit 2) quod
 omnes gentes huc servitium commercium
 probaverunt, Judaei, Graeci, Romani, Bar-
 bari. Non itaque distinguimus, utrum pactus
 sit servus, ne vendatur, tunc pacto
 standum; an nihil conventioni, tunc ven-
 dere licet, modo non in duciam causam.
 Servi hujusmodi est: 1) *domini operas suas*
etiamque suscipere; 2) *honorem in obsequio*
exhibere; 3) *non fugere, necini castigatio-*
nes patienter ferre; nec dubium denique
 servitium hujusmodi ad libertatem provocare

jure posse, si dominus eum contra leges
 conventionis tractet, e. g. alimenta deneg-
 gando, intolerabiles labores imponendo,
 nam dominus nullum in eum abod
 jus habet, quam ex pacto, si ergo hujus
 leges ipse violat, ejus jus expirat, per ea
 quae diximus supra, *lib. I. cap. 16. §. 5.*

IV.

Sequitur servi bello capti, quantum
 duciam esse debere conditionem facile
 patet: 1) hostili enim animo adversus nos
 fuerunt, mortemque incurrunt, 2) invi-
 ti serviant, dominusque odio habent, ut
 proinde nihil faciant in ejus utilitatem ul-
 tro & lubentes, 3) fugam temper malium-
 tur; quo obstinatus vero ingenium, eo se-
 veriore opus est coertitione. Hinc apud
 veteres catenati serviebant, donec vade-
 rentur, vel leviter peccantes in ergastula
 & pistrina ibant. At supra tamen dixi-
 mus, humanitati & misericordiae hic locum
 esse, idque primo ex promissis; dum enim
 dedit se servus, stipulatus est sibi remis-
 sionem injuriae & salutem, dominusque dum
 eum in dediticnem recepit, in hanc con-
 ditionem concessit; secundo, quoniam nihil
 promissum, ipsa tamen humanitatem rerum
 conditio, sortitur lubricum, & naturae
 communio suadent humanitatem & mis-
 ricordiam. Hinc durissima se inhumana
 regula juris Romani: servus non fieri inju-
 riam; quam philosophiam & ARISTOTELIS,
 & HERBERTUS secuti sunt, sed hoc ex princi-
 pio, quod jus naturae non signatit, servus
 personam esse desinere, & in classem rerum

342 Lib. II. Cap. IV. De Officiis
redigi. Sed homo tamen manes, adeoque
de de eo præcipit jus naturæ neminem
esse lædendum; si vero lædi potest, officii
etiam potest injuria. Hinc injuria ipsi fieri
potest 1) a domino, si contra pactum de-
ditionis, contra humanitatem, contra mi-
sericordiam tractatur; injuria etiam fieri
potest 2) a tertio, si enim cum nihil jus
beat in servum alienum, injuriam omni-
no facit, si lædit; absurda ergo est illa quæ-
sio apud Juristas, Savir. VI. 219. §109.

*Tunc crucem servus: mirari quo crimine
servus*

*Supplicium? quis infans adeo? quæ dem-
erit? audi;*

*Nulla animam de morte hominis multat
via longa est.*

*O demens! ita servus homo est: nil fore
vis, est.*

Sic vult, sic jubet, sic pro ratione voluminat.

Jam facile judicari poterit de officii ejus
modi dominorum & servorum mutuis:
1) domini est alere & servare ejusmodi
servum, promissit enim, illum se servatu-
rum; 2) licet domini hujusmodi servum
vendere, hic enim nullam obstat pactum,
quale §. 3. vidimus in servo pæditio 1
3) licet etiam castigare servum hujusmodi
pro delicti magnitudine. Quæ an jus vitæ
& necis habeat dominus? Affirmant ple-
rique, a) quia jus occidendi eum habue-
rit, antequam se dederit, ergo & post-
quam se dederit, b) quia plane sit in ejus
dominio, dominus autem rem suam libere

COEUVIT

corrumpere & destruere possit. Nos di-
stinguimus inter statum naturalem & civi-
lem: in statu naturali nullum est dubium,
quis hoc jus habet paterfamilias, quia si-
mul est impetrans & caput familiaris; at in sta-
tu civili illud vix indulgendum domino,
nisi leges civiles id indulgeant, quod a
Romanis factum: aut enim peccatum ad-
versus dominum privatum, aut adversus
rem publicam, id est, aut admilere deli-
ctum privatum, aut publicum: si priva-
tum, mortem non meretur; si publi-
cum, vindicabit res publica. Alia ac di-
versa quæstio est, an hoc jus vitæ & ne-
cis, quale Romani permiserunt dominis,
sit absurdum & juri naturæ contrarium?
quod negamus, 1) quia non permiserunt
promiscuam occidendi licentiam, sed juris
dictionem domesticam, 2) quia ab homi-
nibus sane mentis non facile metui po-
tuit, fore ut eo jure abuterentur, ma-
gnam fore servorum prædium, constituebant
illi maximam partem patrimonii, ejusmo-
di autem res remanens animi tantum ac
voluptatis causa destruere solet.

VI.

Ultima quæstio est, an & proles servi
cedant domino? Nos distincte responde-
mus: aut servus est pæditus, aut bello
captus; pæditus est vel mercenarius, vel
proprius, obnoxius 1) mercenarii pro-
lem esse liberam, nemo dubitaverit, quia
ejusmodi servus tantum operas locat, non
personam ipsam addicit; 2) quod ad pro-
prium pæditum, is aut jam liberus habet,
P 4 dum

dum se addicere, aut postea demum aliquos procreavit, quos jam ante additionem procreavit, si procul dubio luxu liberi homines, si vel potest eos addidisset, nam patres liberos vendere non posse supra vidimus; si postea procreati sunt, procul dubio cedunt domino, nisi speciatim excepti sint; 3) denique multo magis dicendum est de bello capto, idque ex natura a) domini, cujus est principale, ejus accessorium; b) quia dominus alii, & servus hujusmodi nihil habet proprii, unde alae. Fatendum tamen 1) id paullo durius esse, quia liberi nascuntur in libertate naturali, & nihil admiserunt, ob quod libertate privandi sint; 2) moderatioris merito esse debere horum vernarum conditionem, ac eos tantum ad operas obligati; 3) merito ipsis indulgendum esse, ut redimere se possint, dominatque accepto pretio eos manumittere teneatur. Sed una gens altera his in rebus fuit humanior: unde tanta servorum differentia, ut si in diversis generibus eos consideres, viz sibi similes sint; quod adeo verum est, ut Cui superiorum seculorum dubitarent, an Germania habeat servos. Vid. STAMMERSBACH. *Pand. tit. de stat. homin.* Praecipue ratio dubitandi fuit, quod ea, quae jure Romano de servis, eorumque statu & conditione traduntur, servis vel hominibus propriis Germanorum applicari nequeant: sed si ita ratiocinari velis, dicere poteris, eodem jure Germanos nec parentes, nec liberos, nec conjuges habere, nam

& ho-

& horum status a statu parentum liberorum, conjugum Romanorum in Germania maxime differt; argumentum, quod iusto plus probat, nihil probare, satis notum est ac tractatum.

CAPUT V.

De causa impulsiva constituendae civitatis.

S. I.

Jam demum auctor ad civitatem seu rem publicam, tanquam societatem maxime compositam progreditur, quae simul ad quartum institutum humanum pertinet, ex quo fluunt officia hypothetica: & quidem cum omnia reliqua capita de civitate agant, is observandus est ordo, ut agatur 1) de civitate naturali, cap. 5, 9. 2) de officii summorum imperantium, cap. 10, 17. 3) de officii criminum vel subsidiorum, cap. 18.

Ad naturam civitatis vel maxime pertinet causa impulsiva constituendae civitatis, differt enim jus naturae de officii imperantium & civium; officia fluunt ex hinc, hinc ex causa impulsiva judicandus, e.g. si scire velim. quae sint officia doctoris scholastici, ob oculos verbi debet sibi scholarum, si hanc scire velim, distinguendum, quia homines impulerit ad constituendas scholas, nam de civitate ea quae sitio vel maxime est momentosa, quia homines moverit ad civitates vel res publicas

constituendas, nam 1) praxiarum sine iure jura status ante civitates; 2) libertas ab omni subjectione, b) aequalitas hominum, c) jus belli & pacis. Quisque ergo patriam illam ejusdem iuris erat, ac hodie reges & supremi principes; quin 2) Deus cum homines primus creavit in statu perfectiore, eos non creavit in statu civili, sed naturali, adeoque satis docuit, statum naturalem esse perfectiorem civili. Distinguitur quidem supra, infelicem esse statum naturalem, sed diximus etiam, intelligendum præcipue esse de statu naturali in secunda significatione, quatenus nempe statui sociali opponitur. 3) Civilis status cum multis incommodis est conjunctus, a) civis oportet libertati & aequalitati renuntiare, & se aliorum voluntati subiacere, b) suscipere tenetur multa onera, a quibus maxime abhorret, e. g. tributa, vestigalia, militiam, c) periculum est tyrannide opprimi potestatis, penis, supplicis. Cum ergo hæc omnia ita comparantur, ut non possint non homines illa vertari: gravem sane & sententiam fuisse oportet eussam quæ eos impulit ad statum naturalem cetero statu civili, statum libertatis cum statu subjectionis, statum imperii cum servitute quadam politica permittendum: hæc vero quæ fuerit, jam quaeritur.

§. II.

causæ tres præcipue recensentur ab auctoribus. Hæc, de civitate, 4, 6. hic iterum ad Deum provocat, eumque causam civitatum vel rerum publicarum putat;

putat, quia magistratus in Scriptura sacra vocetur divina ordinatio. Sed hæc sententia nullo modo obtinere potest: nam 1) non quaerimus hic de causa efficiente, quæ statum civilem primum induxerit, sed de impulsiva, quæ moverit homines ad hunc statum eligendum; ea non potest esse Deus, non vivimus in statu civili propter Deum, sed vivimus non ipsos; 2) ne causa quidem efficiens dici potest Deo immediate, nam a) Deus primam rem publicam non induxit, sed homines, & quidem non probi, sed Caini posterii, b) peccatis Deus homines creavit in statu naturali, c) nusquam etiam ex hac præceptum, ut homines res publicas instituerent: ac d) divina ordinatio dicitur hic status, quia institutum illud approbat, conservat, & officia sua imperantium & civium confirmat; at eadem scriptura hunc statum etiam vocat ordinatum bonum, quia ejus origo ab hominibus est.

Altero sententia est Aristotelis, qui civilem statum a natura esse contendit, 1) quia homo natura sit animal sociabile; sed aliud est sociabile in esse, aliud ad civitatem vel rem publicam proclivem esse: prius verum est, sed multæ sunt societas præter civilem, conjugalis, paterna, herilis, quibus contractus esse potuisset homo; itaque inde non sicut postea, hominem abesse natura ferri ad societatem civilem; 2) quia homo extra societatem esset miserimus, cui supra docuimus, adducto in exemplum

homine, qui solus vivit in locis desertis, & ab omni auxilio humana destitutus sit. Resp. deon confunditur status extra societatem & extra civitatem: in illo etiam miserimus, in hoc aliquando homines vixerunt suavissime, a. n. temporibus conditi mundi protoplasti cum familia; post diluvium Noachus cum familia.

Plato scripsit libros *de re publica*, quibus ideam rei publice perfectissimam, & ad votum felicitate dare voluit, boni ergo rei publicam, qualis nec fuit, nec unquam futura est, ut in proverbium abiit: *republica Platonia*. *Idea H.* querit, quid homines moverit ad civitates instituendas, putatque, veram causam querendam esse in indigentia hominum, ad quam superandum opus fuisse civitatis, sed & ad fallum: nam 1) maxima indigentia esse cepit introduci statum civilem, cum enim introducta hominum inaequalitate gessisse cepit luxuria, adeoque multo pluribus rebus opus fuit ad splendorem, quam extra rem publicam; 2) indigentia locis commode cavari potuisset in statu naturali a) societate domesticis b) commercialibus, quippe quae etiam extra societatem locum habere possent.

III.

Itaque jam auctor 1) refert sententiam ARISTOTELIS §. 3. d. & 2) veram causam impulsivam ostendit §. 7. ad finem. Argumentum auctoris generatim, quod opponit Aristotelis, hoc est: §. 1. *omnes ho-*
mines

mines impulsit ad insipientias civitates, sequitur, 3) ut status hic multo habere debet hominis naturae gratia, a) ut homini insi ea requiritur, quae in bono cive adesse debent, & 3) ut nihil ei insit, quod statui civili repugnet: at posterius solum; ergo & prius. Consequentia majoris rectissime se habet, cur dico, quare, natura hominem adpetere vitam, quietem? &c. a) quia haec res in se sunt gratiae naturae hominis, b) quia ipse in se habet requiritur, quae ad vitam & quietem pertinent, & quia natura ejus vitae & quieti non repugnans: idem ergo adesse debet, si natura hominem impelleret ad statum civilem: at minorem taliam esse, jam per partes probat auctor.

§. IV.

In Statu civili multa habet parum gratiae hominibus: nam a) civis renuntiare tenetur libertati naturali, quid libertate vera iocundus? b) subicit se summo periculo, impetantes non temper boni, cum stultis vero tunc civem conditum consideret quis statum Romanorum sub Nerone, Domitiano, Commodi, Caracalla, simili-
busque moeritis, an non felicitates dixeris, qui in quavis solitudine viverent? c) multa civi incumbunt, a quibus natura abhorret, iustitiam dare, res suas conferre ad publicam utilitatem, arma capere, legibus parere aliquando etiam iniquitatis, d) quia non dicitur regibus ad libertatem peritorem, si subditi libertatem pillariam abiecerant, rebelles sunt, ex rebellionem
natura-

350 Lib. II. Cap. V. De causa impulsiva
nascuntur de la civilia, supplicia, & tan-
to intolerabilior tyrannis; itaque argumen-
tum primum speciale necesse licet contra
Aristotelicis: quicumque status multa ha-
bet naturae humanae admodum ingrata,
ille non est a natura: status civilis multa
habet homini admodum ingrata, eo ha-
beret demonstratum; ergo status civilis
non est a natura.

S. V.

II. Requisita illa non sunt in hominis
natura: quibus ad statum civilem talis
opus est: in bono cive requiritur a) stri-
ctum obsequium, homo vero natura in
verum nititur; b) ut omnia referat ad
bonum publicum, homo vero omnia re-
fert ad proprium commodum; c) ut pre-
clivis sit ad commodum eum concivibus vi-
vendum; at homo homini lupus, homo
homini natura diabolus, videmus, ne in
statu quidem civili homines cohiberi posse
supplicia gravissima a turis, captis,
homicidiis, aliisque delictis atrocibus.
Hinc secundum argumentum adversus Ari-
stotelem: quicumque natura non habet
requisita boni civis, is natura non ferret
ad statum civilem: homo natura non ha-
bet illa requisita boni civis, eo habentis
demonstratum; ergo non ferret natura ad
statum civilem.

V).

III. Multa homini infusa, quae statui
civili quam maxime adversantur: a) ho-
mo est animal indomitum, b) ad omnia
fecera, quae rem publica turbant, natura

impulsiva civitatis.

praclivis, ea in se deterior bestia, c) vin-
ditae cupidus, d) sui dissimilior; quae
maxime repugnant statui civili, nam tunc
aliis subjectos eos esse decet, ad leges
vivere oportet, vindicta omnis relinquen-
da magistrati, actiones oportet esse aequa-
les & ad legem compositas. Inde ergo
tertium argumentum speciale: cuiuscumque
pericula infusi, quae plane repugnant
statui civili, is non ferret natura in sta-
tum civilem: homini multa talia infusa,
uti insidens demonstratum, ergo homo
non ferret natura ad statum civilem,
quod erat demonstrandum adversus Ari-
stotelem.

VIII.

Jam ergo de vera causa, ab qua ho-
mines in civitates secesserunt, quae nonnulla
sunt, quam metus hominum ab homini-
bus, vel securitas, quam sibi parare vo-
lunt homines: nam 1) natura hominis
prava est, 2) ergo alter alterius insendit
brannem, 3) ergo opus praesidio adver-
sus aliorum injurias, 4) inque praesidium
adequatum & proportionatum esse debet
pericula, 5) non aliud vero adequatum
reperitur, ac rem publicam vel civita-
tem, itaque impulsus sunt ad civitates con-
stitutandas. Periculum vero duplex immi-
nebat gentibus se ab invicem separanti-
bus: 1) externum ab aliis gentibus, ne
hae eas opprimerent, sedibus expellerent,
spoliant. Cum enim plane inaequalis civi-
litas ac amoenitas essent provinciae, in
quas gentes secesserunt, nisi non parum
quin

quin sibi invicem inviderent; & qui provincias stertiores fuerant sortitz, alias e pinguioribus expellere studerent, inde bella; a) internum ab ipsis ejusdem generis hominibus, inter quos, cessante superioris alicujus potestate, non poterant non lites, jurgia, ac interecina digladiationes oriri, opus ergo erat ad-quoque ac proportionato remedio. Periculo externo opponenda erant arma communia, interna iudicia & prece, itaque statu opus erat, in quo & unio vitium, & potestas judicialis, & facultas puriendi esset. Quæ cum in nullo alio statu reperirentur, quam in civili de civitatibus condendis cogitare debuerunt; probati ergo hæc thesa potest a) a natura remediis ex remedio semper judicare possum, quid mali homines impulerit ad illud inventendum, e. g. ex natura vestium judicare possum, eas invenias propter frigora & pudorem, quia hunc finem vestibus obtinemus, non autem famem & scim expellunt; medicinam repetunt homines propter morbas, ergo civitates propter metum ab aliis hominibus, nam hoc malum avertere civitates, non vero famem, scim, aliaque mala; b) ex historia facta, nam non aliam ob causam post diluvium nata imperia, quam quia Nimrodus erat potens venator coram Deo. Ita Herodorus, lib. I. memorat, Medos ab metum sibi regem constituisse Theocem, cum antea vicalem habitarent, & nullo superiore indigerent ob virtutem, addit, Theocem circumdasse terras com se-

curo,

curo, ut homines, qui injurii in alios essent, statim supplicio afficeret; c) ex eo quod crescente periculo statim etiam evenerunt imperia; antiquissimis temporibus minora fuisse imperia, e. g. Palzsinam reges ad triginta fere occuparunt; Græcia quot civitates, tot regna & res publicas habebat; crescente vicinorum potentia, plures minores res publicæ in unam majorem coalescunt. Sic ob Pædum & populea Macedonum potentiam nata est res publica Achaica; Germania ipsa, quæ olim tot regna & res publicas habebat, quot provincias, ob Romanorum potentiam paulatim in majores populos, & denique in unum regnum coeulit.

§. VIII.

Sed adhuc clarius auctor demonstrat, civitates ab metum & hominum periculum conditas hoc argumento: si præter statum civilem vel res publicas nihil securus prestare potuit homines, sequitur ut statum civilem vel res publicas introducere cogendi sint: prius esse verum; ergo & posterius. Prius esse verum auctor ita probat: præter civilem statum tria sunt, a quibus aliquam sibi securitatem promittere potuissent homines, lex naturæ, pacta, conscientia. Et reverentia divinitis: atqui nullum horum sufficit ergo civitatibus opus fuit. Non sufficit i) lex naturæ, a) quia iniurias quidem prohibet, ac mentem hominum pravam non emendat. Igitur se fecit peccare, & peccat tamen, & qui injustum gerit delictum, satis novit, se contra legem naturæ agere;

an

an vero ideo minus bellum gerit: b) lex naturæ injurias prohibet, sed peccata specialia & præteritæ non repræferat; specialia inquam; docet quidem lex natura eum, qui peccat, poenam mereri, sed non, quæ fecutura fu, & quando repræferenda; homines vero ita comparati sunt, ut præteritis tantum & proximè eminentibus moveantur, non futuris & longe remotis. Sane in ipis civitatibus hæc improbi vix specialibus suppliciis & præsentissimis detraherentur a criminibus, quod futurum, si nulla supplicia specialia imminerent? a) Alterum, quod aliquam securitatem promittere potuissim, sunt patris amicitia, matris defensionis, &c. ut nec hæc sufficiebant, a) quia aliquando, si pauci foedus inierant, vel impotentiores mutuum sibi invicem promiserant defensionem, potentiores tamen erant hostes, a) quia floxa & lubrica est pactorum fides, ubi non est superior, qui perfidos coerceat; exemplo esse possunt ut foedera & pactiones ab initio mundi inter gentes, quæ plerumque non diutius valuerunt, quam foederatis placuit. Opus ergo erat societate & pacto, a quo resistere nemini vel tas esset, vel facultas: talis vero sola est civitas, vel res publica; opus ergo erat civitate vel re publica; quod erat demonstrandum.

§. IX.

Alquam securitatem promittere potuissim videtur reverentia Numinis & moras con-

scientiæ; at ne id quidem sufficiebat, a) quia lælenti contumidine peccandi omnem reverentiam Numinis paulatim mente excutunt, e. g. Phæro, b) quia dantur etiam athei theoreti & practici, c) quia metus semper supponit malum imminere, veluti poenas, ea vero, quæ non statim repræferantur, incerta putare homines, usque parum moveri, jam supra vidimus, d) quia numquam de Deo cogitant homines etiam improbi, quin sibi eum repræferant tamquam ens clementissimum; hinc semper sperant meliorem, vimum Deum veniam delictorum daturum. Novus locus ex Protasio de sero Numinis vindicta: ubiorem maleficio quam proximè adjundam statim viam intercludere iis, qui quem plurimum malitia bonis habente successus utuntur; nihil enim aliud perinde, atque dilata posse vindicta injuria adfectuum spem enervat, animasque eorum dejicit, contra, improbos feracia & audacia auget. Et hoc ipso mali sese ad flagitia expellenda exhortantur atque excitant, quod malitia suorum statim matrem & ante oculos suum orat; peccata autem sero & longe post fruitionem subsequantur, e) conscientia nonnumquam cauterio veluti inusta est, ita ut gravissima delicta perpetratores nullis conscientia angoribus excrucientur, f) majoris conscientia non præcedunt crimine, sed sequuntur, adeoque non securus nos præterite possunt ab aliorum injuriis, g) datur conscientia re-

revera,

torca, ut periculi sint, qui nobis faciunt injuriam, se jure id facere, uti plerumque & injustissima bella gerentes justissimas sibi habere belli causas videantur; hinc male mihi consultum esset, si securitatem meam in aliorum conscientia positam habereca. Firmum itaque monet auctoris argumentum, quod §. 8. proposuit: *si prater statum evalem, &c.*

CAPUT VI.

De interna Civitatum structura.

§. I.

Non hic agimus de urbibus condendis, id enim ad architecturam pertinet, sed de interna rerum publicarum structura, id est, quid fieri oporteat, ut multitudo hominum coalescat in rem publicam. Agitur itaque 1) de consociatione hominum, qui in rem publicam coalescunt, §. 1. 6. 2) de modo, quo coalescunt, §. 7. 9. 3) de effectu hujus consociationis, qui iura, quod in eis nascitur, §. 10. 4) de forma civitatum, §. 11. 13. 5) de origine formidarum, §. 14.

Quod ad primam artinet, distincte demonstrat auctor, necessarium esse 1) conjunctionem vel consociationem hominum, §. 1. 2) conjunctionem multorum, §. 1. 3) conjunctionem inter se consentientium, §. 3. 4) conjunctionem non modo quidem insuperabili conexuram, §. 4.

Debit esse conjunctio hominum, qualis enim

enim finis, talia media, finis hinc securitas; ergo medium debuit esse ad hunc finem consequendum sufficiens, sufficiens autem nullum fuit prater conjunctionem hominum; homines ergo conjungi oportuit. Minorem probat auctor, comparando hoc medium cum aliis, quae securitatem hominibus singulis & solitariis praestare posse videbantur: esia sunt 1) loca namque munita, ut in illis habitent; & sane olim homines excavaverunt petras & scarpulos inaccesibiles, ut ibi tui ab hostibus cum rebus suis delitescerent, quibus cavernis tota Judaea plena est. Sed a) nullus locus tam munitus, qui vi & fraude capi non possit, b) unus & ibi adversus multos se defendere nequit, c) si hostes rem pertinaciter perent, sane & ibi ibidem perentur, ut & sciamus. d) non meliorem esse hominis ibi latitantis conditionem, quam captivi, 2) arma; a) sed quid arma etiam efficacissima, nisi sint, qui eis utantur, b) unius arma adversus multos parum efficiunt, c) quid si arma usu corruptamur; 3) bellum & bruta animantia; sicut sane, qui eorum spe uterentur, Hispani canibus usi adversus Americanos; & horum est, Orientales & Africanos & olim & hodie elephantes in bellum tanquam commilitones educere; sed a) bruta regenda sunt ab hominibus, b) eorum impetu feruntur in hostes sine consilio & prudentia, ac proinde eorum vis facile eluditur, c) anceps est eorum auxilium, ut exire suis plus detrimenti inferant, quam salutis. Carthaginien-

torca, ut periculi sint, qui nobis faciunt injuriam, se jure id facere, uti plerumque & injustissima bella gerentes justissimas sibi habere belli causas videantur; hinc male mihi consultum esset, si securitatem meam in aliorum conscientia positam haberem. Firmum itaque monet auctoris argumentum, quod §. 8. proposuit: *si prater statum civilem, &c.*

CAPUT VI.

De interna Civitatum structura.

§. I.

Non hic agimus de urbibus condendis, id enim ad architecturam pertinet, sed de interna rerum publicarum structura, id est, quid fieri oporteat, ut multitudo hominum coalescat in rem publicam. Agitur itaque 1) *de consociatione hominum, qui in rem publicam coalescunt*, §. 1. 6. 2) *de modo, quo coalescant*, §. 7. 9. 3) *de effectu hujus consociationis, qui iura, quod in eis nascitur*, §. 10. 4) *de forma civitatum*, §. 11. 13. 5) *de origine civitatum*, §. 14.

Quod ad primam attinet, distincte demonstrat auctor, necessarium esse 1) *conjugationem vel consociationem hominum*, §. 1. 2) *conjugationem multorum*, §. 1. 3) *conjugationem inter se consociationem*, §. 3. 4) *conjugationem non modo quidem inseparabilem connexionem*, §. 4.

Debit esse conjunctio hominum, qualis enim

enim finis, talia media, finis fuit securitas; ergo medium debuit esse ad hunc finem consequendum sufficiens, sufficiens autem nullum fuit prater conjunctionem hominum; homines ergo conjungi oportuit. Minorem probat auctor, comparando hoc medium cum aliis, quae securitatem hominibus singulis & solitariis praestare posse videbantur: esse sunt 1) loca namque munita, ut in illis habitens; & sane olim homines excavaverunt petras & scarpulos inaccessibiles, ut ibi tui ab hostibus cum rebus suis delitescerent, quibus cavernis tota Judaea plena est. Sed a) nullus locus tam munitus, qui vi & fraude capi non possit, b) unus & ibi adversus multos se defendere nequit, c) si hostes rem pertinaciter perent, sane & ibi ibidem perentur, ut & sciamus. d) non meliorem esse hominis ibi latitantis conditionem, quam captivi, a) arma; a) sed quid arma etiam efficacissima, nisi sint, qui eis utantur, b) unus arma adversus multos praem efficient, c) quid si arma usu corruptumque; 3) bellum & bruta animantia; furete sane, qui eorum spe uterentur, Hispani canibus usi adversus Americanos; & horum est, Orientales & Africanos & olim & hodie elephantes in bellum tanquam commilitones educere; sed a) bruta regenda sunt ab hominibus, b) eorum impetu feruntur in hostes sine consilio & prudentia, ac proinde eorum vis facile eluditur, c) anceps est eorum auxilium, ut facile suis plus detrimenti inferant, quam salutis. Carthaginien-

§. II.

Conjungi oportet multos, nam 1) ci-
vitates constituuntur adversus vim, vim
multorum pauci repellere nequeunt, ergo
multi conjungi debent; 2) non modo opus
est communibus viribus, verum etiam ner-
vo rerum gerendarum, adeoque pecunia
& commestus; hæc pauci conferre neque-
unt; opus est ergo conjunctione multo-
rum; 3) fortuna belli & violentia defen-
sionis lubrica est, adeoque & qui iustissi-
mam causam habet, succumbere potest:
si ergo pauci semel succubuerint, nulla spes
salutis esset reliqua; ergo multitudine opus
est, ut re semel male gesta, novus exer-
citus parari queat. Jam multitudo quidem
illa deimit nequit, at teste tamen Plauto,
de Legib. lib. V. tantam esse oportere mul-
titudinem scribit, ut vicinos injuriam la-
cientes repellere possit, ergo felix res pu-
blica, cujus vires singulis vicini, si non
superiores, saltem pares sint. Hinc dixi-
mos, aucta vicinorum potentia, anget
soleret res publicas, sit tamen aliquando,
ut & maiores res publicæ a vi omni ru-
tae sint & satis potentes, a) ob provin-
cias, e. g. Helvetia, Belgium; b) ob
vicinosum amulationem; sic Palmyra
urbis libertatem diuissime tenuit ob
amulationem Romanorum & Partho-
rum. Vid. Pet. H. A. wa. V. 25. Sic
& nodie Hamburgom libertatem suam tue-
tur.

§. III.

Facile patet, eos, qui hoc modo con-
junguntur, debere consentire: 2) debent
enim unire vires, quod sperari non potest
a dissentientibus; h) potius impedimento
ibi vivicem foret turba multorum & cum
ipsa dissentens; e) ubiqueque resistere
volunt multi, debent unum eundemque
propositum habere finem, si idemque
ut meus; hæc dum faciunt, inter eos
est consensus; inter multos ergo, ex qui-
bus constat res publica, debet esse con-
sensus, consensus enim debet esse in finem,
qui non alius est, quam securitas commu-
nis; consensus etiam in medium, quod
est uno vitium, in hæc si multitudo quæ-
dam contentat, vera est res publica. vel
civitas: hinc facile solvitur quæstio, an
inter apes & formicas sit simulacrum rei pu-
blicæ? Edidit Anglus anonymus rem publi-
cam semipam, in quo bello Anoliz re-
gionum sua Elizabetha regina comparavit
cætu apum, & sane apes habent ducem
vel reginam suam, quale quid in formicis
non deprenderitur, illa viva, siva est ca-
rum res publica, ea pereunte, societas dis-
solvitur. Sed tamen ne umbram quidem rei
publicæ hic videmus; finis enim, si et-
iam propter finem consociari dicit possent,
quod de brutis omnia ex impetu naturali
agentibus dici nequit, non est mutua se-
curitas, sed alimentorum per hiemem fut-
bitentia, nec vires uniant ad defensionem,
sed ad communes operas in conse-
quendis alimentis. Observat quidem Varrus,

360 *Lib. II. Cap. V. De iustitia*
de re publica, III. 26. aliquando in uno al-
terutro esse regulos trium generum, nigros,
rubros, violos, ac inde animi seditiones ma-
xime a moris, qui seditiosi sunt, & aut
fuggunt reliquos, aut fugantur; sed hæc
quidem vis magis domesticæ est, quam ci-
vilibus. Ut paucis dicamus, regina hæc est
veluti interfamilias, non regina.

§. IV.

Quæritur, quomodo consensus iste inter
tot homines obriueatur? Id est, quomodo
fit commune illud vinculum, quod multi-
tudinem eam diversarum ingeniorum con-
tinet? Hic observandum, inter multos
consensum esse posse non nisi dupliciter, a)
per conspirationem, in omnes & singuli
ex illa multitudine idem velint; per subje-
ctionem vel submissionem, ut omnes se
submittant unius voluntati, ejusque volun-
tatem pro voluntate totius cœtus age-
reant. Præsertim sperari vix potest, 1) ob
diversitatem ingeniorum, quos enim capi-
ta, tot sensus, quæ uni placeat, aliam
displiceat, cumque sine subjectione omnes
inter se sine æquales, remota potest jure
prævalere, ut sua sententia præferatur
sententiæ alteri, adeoque non poterit
non gliscere discordia; 2) ob hebetudinem,
præci de mediis eligendis iudicandi facul-
tate instructi sunt; 3) ob pertinaciam in
sententiæ etiam absurdissimæ defendendis;
4) ob aversionem naturalem ab illa, quæ
ad commune commodum pertinent, vi-
cium enim hominis primarium est philau-
dia, philautia proprium tantum commodum

Civitatum similitudo.

361

ab oculis habet. Sane si irminente hoste
in singulorum civium arbitrio possumus es-
set, ac conferenda sit tributa, an juven-
tis delectui nomen dare debeat, quam
pauci in id consenturi essent? Cum itaque
prior modus per conspirationem sperandus
non sit, eligendus est posterior per subje-
ctionem, atque est aliter. Multitudo co-
alescere in civitatem vel rempublicam pot-
est, si tota multitudo voluntates suas vo-
luntati unius vel persone vel collegii sub-
mittat; ex qua sinit axioma politicum pri-
marium: non esse rempublicam, ubi non unus
imperat, reliqui omnes parantur, aliter enim
non esset conjunctio volentium consentien-
tium.

V. VI.

Ex eo vero facile patet, quomodo sit
vinculum illud commune, quo tota ista
multitudo continetur: est illud triplex, 1)
una voluntas, eaque per submissionem
adeo ut quidquid summus imperans agit ac
deceat, tota egisse respicienda videatur;
hinc etiam fit, ut imperantium facta toti
gemi in vulgari sermone tribuamus; 2)
unio virium; hinc a) jus iudicandi tribu-
ta, b) habendi delectus adversus hostem,
c) dominium eminentis in casu necessita-
tis, omnia enim hæc necessaria sunt,
si finis obtineri debeat, nempe securitas,
3) potestas puniendi; cum enim a)
& unio voluntatum seu subjectio minus
ad palam sit hominibus, & vicio virium
privique molestissima, ea non diutius fu-
tura esset, nisi esset medium coarctandi &

Brit. de Off. Hom. & Civis Q. anti-

362 Lib. II. Cap. VI. De interna
animadvertend. in eos, qui rem turbant
b) securitatem amittimus non modo exte-
riorem, sed internam quoque, internam au-
tem securitas sine praesertim puniendi ob-
veneri nequit eleganter HORATIUS, *Satir. II.*
2, 73, 54.

illo servitium

Jam vaga proflicta frenis natura ve-
nit.

Esse autem haec vincula univniis inter ci-
ves unius republicae, vel ea in partes,
quod uno ex his sublato statim dissolvitur
republica, e. g. si duo essent Reges unius
republicae inter se discordantes ac viribus
aequales, ita ut neuter alterius partis sub-
ditos immigeretis coercere possit, non
republica una amplius esset, sed duae res-
publicae male temperatae, quod in Polo-
nia futurum esset certissime, nisi alteruter
Rex succumberet. Itaque variachinamur
quibus rupta republica dissolvitur, illa
sunt vincula, quibus republica continetur
in suis his rebus necibus republica
dissolvitur; ergo triplex hic nexa est vin-
culorum republicae.

§. VII.

Jam de modo, quo homines coalescentes
primum in republicam auctae civitates
constitutas atque per duo pacta & unum de-
creverunt. Proponemus itaque ejus senten-
tiam, ac deinde, quid ei aiti obvertant,
dicemus: 1) pactum ex auctoris mente in
eo consistit, quod multitudo hominum in
statu naturali vivens inter se convenit, se
in statum civilem vestituram, adeoque conditum

122

Contractum servitium.

in republicam. Cum enim in statu na-
turali omnes homines sine aequalibus & li-
berioribus, in eorum voluntate ac arbitrio
positum fuisse oportet, an se subjicere vel-
lent alterius imperio, opus ergo fuit com-
muni consensu, adeoque pacto de consti-
tuenda republica: ex quo colligitur 1) pactum
hoc esse libertatis arbitrii, adeoque
2) eum, qui non consentit, extra hunc
coram movere, 3) potuisse hoc pactum
ab aliis parte iniri, ab aliis sub conditio-
ne, e. g. si talis republicae forma, e. g.
democratia, constituitur.

§. VIII.

Postea opus est *de rebus*, quae praevia matu-
ra deliberatione ad liquidum perducant novi
cives, quam republicae formam per reli-
quos eligere velint: an monarchicae, an
aristocraticae, an democraticae imperari in-
stant, an aliquas harum formarum commi-
scere. Huic decreto 1) subjicere se de-
beant omnes, si maxima pars consente-
rit, quia qui parte consenserunt in repu-
blicam, eventualiter etiam consenserunt in
formam aliquam republicae; 2) quia in
deliberationibus hujusmodi inter partes pla-
cuna iustitiae valent; 3) qui tamen prio-
ri pacto tantum sub conditione accesserunt,
si talis republicae forma constituitur, si
praecul dubio non tenentur, si alia forma
quam ipsi placerent, electa sit.

§. IX.

Denique sequitur *alterum pactum*; cum
enim semel convenit, se ceteros in unum

Q. A. C.

civitatem, certa etiam placuiti reipublicæ forma, sane & electio fieri debet eorum, quorum se subijcitur voluntati, id est, imperantium, & in monarchia quidem unius sive Regis, sive Principis; nonnulla enim sunt adiaphora) in aristocratia procerum, Senatorum, optimatum; in democratia ceteris discretis hanc electionem, quia totus populus imperet; et hic quoque opus est magistratibus, qui secundum leges præ hinc reipublicæ, negotia quotidiana expédiant, iudicium admittant, &c. inter populum vero eligentem & electos intercedit pax etiam; nam 1) eligentes se illorum voluntati submitunt, sive pure, sive sub conditione: unde imperia libera alia, alia adstricta; 2) iidem promittunt unionem virium, & imperantibus concedunt facultatem puniendi; 3) electi contra se obligant ad id, ut potestate sua ad salutem & securitatem reipublicæ externam & internam servandam utantur, quod Cicero eleganter hac lege complectitur: *populi suprema lex esto*. Ergo duobus pactis his & uno decreto perfectis, perfectam quoque reipublicam esse auctor existimat, cui ea in re alii viri doctissimi suffragantur. Ac intercedit hic non modo Hobbesio, sed & Terræ, qui hanc doctrinam auctoris plane exigitur; nam 1) fabulam sapere ajunt hanc populi liberi conventum; hæc quoque pacti & decretum, nec ex historia facti veritatem posse demonstrari; 2) reipublicam plerumque per vim constitutas; ubi vis dominatur, rem non relinere ad oppo-

rum

rum consensum, sed eos cogi ad subjectionem; 3) quotidie rebus publicis novas accedere cives, quibuscum pacta separatim illis ab imperantibus dici non posse. Sed quod ad 1) atinet, falsum est, ex historia hoc demonstrari non posse, sed enim constitutam esse Romanam reipublicam, præclare docuit Dionys. HALICARN. lib. II. ad 2) auctor loquitur de rebus publicis, quas populi liberi, non oppressi constituerunt; sed posita per vim plerumque constitutas, & hic pacta eadem & decretum adducit, quamvis consensus vi & metu extortus sit, &c. Turcæ opprelletunt Græcos, hi demum se subjecerunt, ergo consenserunt in eorum imperium, decreverunt, se Turcaram Sultano parituros, pacti sibi sunt imperium Tardicum, ipsi fidem & obsequium promiserunt, nam nisi in hæc omnia consensissent, non tenuissent arma, sed ad extremum usque hanc libertatem defendissent; 3) auctor loquitur de constituenda republica, non de ejus conservatione; præterea & qui de novo accedunt cives, omnia priora pacta probant, adeoque in illa consentiunt, alias enim non accederent illi reipublicæ. Hinc solida est hæc Porroborgeri doctrina, nec quidquam est, quod illi cum ratione obveteri possit.

X.

Constitutæ hinc modo civitatis jura in ea consistunt: 1) quod tota reipublica consideretur tanquam una persona moralis, ubi enim una est voluntas, ibi una persona, ac proinde tanquam persona

Q. 3

con-

contrahit, acquirit, delinquit, puniatur, si superiorem habet; 1) quod quid imperans agit, non imputatur reipublice, quod quid delectat Reges, plebuntur achiui, quod tamen laudandum, si tamquam in-

suam submiserunt ejus voluntati; hinc facta subditorum sunt bella, pax, foedera, quae ab imperante iniia: at populo non imputantur facta principis privata, sicut homicidia, adulteria, &c. 3) quod civitas habet sua jura majestatis, regalia, bona communia. Qui eorum consentiant in-

consentiant in media, populus ergo, qui consentit in id, ut imperans civitatem internam & externam tuteatur, consensu etiam, ut habeat jus leges ferendi, judicandi, belli gerendi,

ergo & jura majestatis. Item consentit in unionem virium, consentit etiam, ut respublica habeat bona ac aera sua; jam inde elicitur assensio, unionem civitatis vel reipublice, sed quae admodum male ei con-

stita, cujus voluntas ex plurium pactis implicata & unita pro voluntate habetur, ut singulorum viribus & facultatibus ad usum & securitatem communem ut possit. Sed si deinceps vocabulum unicuique moralis, vere est hae definitio non civitatis vel reipublice, sed imperantis, veluti principis. Incaute auctor securus est Hobbesium, cujus tamen principia ipse rejecerat, is enim imperantem putat esse rem.

republicam, solum illum active, hanc passive habere, illum esse personam, hanc veluti equum vel currum; quo persona illa vehatur. Quod principium cum sit possibilestimum, mirum sane est, auctorem retinuisse definitionem ex illo profectam. Rectius ergo definitus, reipublicam vel civitatem esse societatem multorum hominum, qui omnes voluntatem suam ac vires imperanti submiserunt ad pacem & communem securitatem eo facilius & certius obtinendam.

§. XI.

Hinc facile patet, quid sit forma reipublica vel civitatis? Diximus, in republica esse debere unam voluntatem, eamque obtineri tantum per submissionem. Submittit autem multitudo voluntatem suam vel uni homini, vel pluribus, vel omnibus in ea republica, quantum non datur: si uni, emergit monarchia, qualem in populis orientalibus & Africanis plerisque, item in Hispania, Gallia, Damia animadvertimus; si pluribus, nascitur aristocratis, quales Venetis; Genue; si omnibus in ea republica, tunc prodit democratia, qualis olim Athenis, & hodie in quibusdam vicariis liberis. Plures dari formae simplices non possunt, quamvis hae formae simplices diversimode formae reipublicarum mixtae, quas & irregulares vocant. Sic si Principi jungitur Senatus, cujus arbitratu omnia agenda, respublica ex monarchia & aristocrata est composita, qua-

lem in Germania & Polonia arbitra-
verimus: in Principe & Senatum ex opti-
mibus, & cetera ex plebe collecta con-
siliere tenetur, mixta est ex omnibus for-
mis, qualis Anglicana, & hodie Svecica.
Penes quoscumque ergo est totius illius
magis corporis voluntas, ii, five unus,
hve plures, five omnes, vocantur imperan-
tes vel suprema potestas.

§. XII.

Jam cum unam esse oporteat totius rei-
publice voluntatem, illam quidem facile
obtereamus in monarchia, paullo diffi-
cilius in aristocrazia, difficillime in demo-
cratia. In aristocrazia, totum collegium
imperat, in democratia totus populus,
etiam multitudo raro conspirat in unum,
ac cum in collegio aut comitiis omnes sint
aequales, vix fuerari poterit consensus,
adeoque una voluntas, sed respublica utro-
que consentium obtinere per pluralitatem
suffragiorum, plurium sententiae vincunt
sententias paucorum, necessarium hoc est,
ubi enim omnes suffragantes sunt aequa-
les, ubi nemo de alterius sententia potest
judicare, sine melior, an deterior: ubi
nemo judicare potest, numeranda sunt sen-
tentiae, non ponderanda. Hoc etiam ubi-
que obtinet in rebus publicis bene con-
stitutis, ubi vel viva voce dantur suffra-
gia, e. g. in Germania, Anglia, vel ta-
bula, e. g. Venetiis per globos aureos &
argenteos, ac praeinde hoc imperfectionem
argui respublicae, si nihil potest concludi
sine omnium consensu, veluti in Polonia.

De

In democratia adhuc obijci posset, in ea
non esse discrimen inter imperantes & ci-
vibus, quia imperantes simul sint subditi,
subditi simul imperantes? Sed resp. id ve-
ritatem tantum esse diverso respectu, in sen-
tu civis, non consuetudine, nec consue-
tudo Atheniensium antiquiorum locum erat
imperanti, totus enim populus ferebat le-
ges, & imperantem simul subiecit civi
cives vel subditi, quia se subijcere illis
legibus cohebantur.

§. XIII.

Reliqui vocantur *cives*, siue vel
natii, qui in hac civitate nati, vel *adseri-
ptii*, qui illi de novo accesserunt. An-
tero velis novos adscribere respublicae,
in ejus arbitrio positum est: hinc in Polo-
nia jus indigenatus, in Gallia & Britannia
jus nationis aemini extraneo competit, nisi
illud a republica imperaret. Recte etiam
observavit Grotius, civis esse vel *popu-
latus*, ubi sedem fixam habent in republica
aliqua, vel *domestici*, qui sine consilio
domicilium ibi constituendi in republica
aliqua ad tempus vivunt, e. g. qui studio-
rum vel peregrinationis vel mercaturae causa
alicubi morantur, hi quidem non fruuntur
privilegiis civium, (nisi specialiter con-
cessis, e. g. ludiosi) sed subijciuntur ta-
men legibus, quia dum in aliena respubli-
ca vivere non dubitant, illius legibus &
injuriis sponte se subijcisse tenentur, ac
proinde etiam puniuntur ex us legibus, si
ibi peccent.

Q 1

§. XIV.

§. XIV.

Supereſt ultima quaſtio, an majeſtas ſit
a Deo de ea enim maxima tenuerunt C.
controversia ob u
sumum ideo magna fuit
quae colligebant Pontifices Romani
que Deo & Imperio in
p. cere imperantes, eodem certis
pactis obſtinere. & sequere. videlicet a
Sacramentum Sollicitas adhibere. Hinc in
multis rebus publicis committitur deſerere
Deo esse, ut inde concludatur ab omni-
bus.

gultatus, verum etiam
tunc restantem. Utroque verum est,
est divina ordinat, ratione tri-
bus colligitur; ac non inſolentem impo-
nit, pecta ipsa sunt hominum, si & be-
duntur imperantes eligant & creant, ut
populo sua curata & eligant ad
que dicitur tunc vocatur creatio hu-
mana. At ubi imperant ad a Deo. §. 14.
potestate vult, ut imperio pare-
ant, adque imperium apponit.

ſervat, ſpeciali providentia quosdam ad
ea provehit, rebelles odio habet, puni-
Corruptum enim genus humanum cum ſub-
ſistere ſine imperio & rebus publicis non
potuiſſet. Deus omnino providentia ſua
ita diſpoſuit omnia, ut homines oporteret
de rebus publicis & civitatibus conſtuden-
dis cogitare, & eacenus recte vocatur di-
vina. Vid. FRAYENBERGII: D. N. de divina
majeſtatis origine. Lipſ. 1687.

CAPUT VII.

De Partibus Summi Imperii.

§. I.

PER partes hic non intelligimus integran-
tes, eas enim jam vidimus eſſe imperan-
tes & ſubditos, ſed jura majeſtatis,
quibus ſeſe exiſtit iurimum Imperium vel
majeſtas, de quibus tractatum opus publi-
ſimum de iuribus majeſtatis. Vulgo etiam
vocantur *regalia*, ſed hoc vocabulum ma-
gis feudale eſt; quemadmodum ergo *ma-
jeſtas* eſt complexus omnium iurium ſu-
preme pot. Rati in republica & extra eam
competentium: ſua jura illa, quae comple-
ſitur majeſtas, jura majeſtatis vocantur.
Dividebant vulgo illa *regalia*, (nam haec
promiſſive accipiebant pro iuribus maje-
ſtatis) in *maiora*, quae ad Imperium per-
tinebant, ac proinde eſſent incommunicata.

bita, e. g. jus belli, pacis, foederum; & *mixta*, quae tantum ad quæstum & huiusmodi utilitatem comparata, ac proinde commutabilia essent, e. g. jus metallifodinarum, venandi, &c. Rectius dividuntur a Thomasso in *Jurispud. divin. III. §. 142. in communita & transmissa*: illa summus imperator exercet erga cives, e. g. jus leges ferendi, iudicandi, tributa imponendi; his autem erga externos, e. g. jus legatos mittendi, foederum, belli ac pacis, & hoc ordine etiam tractanda fuisse hæc materia ab auctore. Jam vero 1) enumerat *sura majoribus præcipua* promittit §. 2, §. 2) eadem *inseparabiliter in se connexa* esse demonstrat §. 3. Antequam vero videamus illa jura, de principio cogitandum est, quod facile e sine civitatum vel terrarum publicitarum etiamus: ut est securitas interna & externa, cui supra demonstravimus; hinc principium: *quælibet cum quo jurius imperans hanc finem obtinere non possunt, ea omnia illi committuntur*, cui eam vult finem, vult etiam media. Quæ admodum ergo supra ex fine societatum conjugalis, paternæ, heredis ascendimus, quædam hæc paternæ; materiam, dominiorum potestas: ita & hic, quædam sit imperantium potestas, ex fine imperiorum iudicandum est.

§. II.

Jam ergo ad præteritæ capituli præteritæ, in qua auctor præcipua jura majestatis recenser: in his primum occupet locum *jura leges ferendi*, id est, jus summi imperantis præscribendi subditis præcepta generalia, ad quorum normam actiones suas componant.

gant. Competere vero hoc jus imperantibus, adeoque vete esse jus majestatis; & quidem præcipuum, inde demonstratur, quod 1) in republica unam voluntatem esse oporteat, & quidem per subjectionem: si ergo civitates se subjecerunt voluntati imperantium, hujus est, illam declarare, adeoque leges ferre; 2) inter affectiones summi Imperii est, quod cives desideret in libertate naturali vivere, nec tamen ut servi & mancipia essent, sed ut hanc libertatem a se averterent, ergo interest civium scire, in quantum libertas sua vel salva vel restricta sit, id illos leges docere debent. Fallum itaque esse apparet, quod de præcis populis narrat Tacit. *Annal. III, 26. Dicitur. Hæc. X, 30.* illas nullas leges habuisse, quo sine provocare ad Homerum, qui nunquam legem meminisse nam 1) ne per momentum quidem subscire possent republica sine legibus, & 2) ludunt terminis. Leges non habebant, quales postea habebant Græci & Romani populi suæ glæis laras, habebant tamen imperantium edicta, quibus regerentur, quid vero hæc aliud quam leges. Eleganter Justinus 1, 1. *populus aut. 2. legibus servatur* arbitria principum pro legibus erant; quibus sese similia sunt, quæ de Romanis memorata prædidit Pomponius L. 2, §. 2. *De orig. jur.* Ceterum cum supra viderimus, præteritum intercedere inter imperantes & cives, quousque omnia vel suo arbitrio agere debeat, vel aliorum consilio: facile animadvertimus, eum non in omnibus rebus publicis

374 Lib. II. Cap. VII. De Poenitis
imperans leges privative & solus ferat,
sed suffragio populi vel ordinum, & cui
lex in L. 1. & s. D. de legib. dicatur com-
munis reipublice sponso.

§. III.

Proximum jus majestatis est *potestas poe-
nar infligendi immixta*. Hoc jus 1) ex
superiore jure fluit, pars enim legum est
sanctio poenalis; 2) ipsa natura hominis
id exigat, quippe quae nititur in verum,
nisi in malo quodam imminente cohibea-
tur. HORATIUS, *Satir. lib. 2, 73, 74.*

sollo periculum

Jam rega poenitis frenis natura vi-
metis

g) finis reipublice est securitas interna,
quae sine poenis non obtineretur. Quid ve-
ro *poena*? Quotus definitio, esse malum
passionis, quod infligitur ob malum actio-
nis; sed falsa est haec definitio: nam 1) ea
etiam cadit in vindictam privatam, quis
vero eam poenam dicitur? 2) inde sequi-
tur, aequalem ab aequali, quia superiores
ob interionibus puniri posse, e. g. Regem
malum a subditis, id quod absurdum; ad-
dendum ergo definitioni, *poenam* esse ma-
lum passionis, quod infligitur ob malum
actionis a superiore. Hinc regula; 1) tan-
tam debere esse poenam, ut homines ab-
sterrantur a male agendo, adeoque 2) cre-
scentibus delictis poenas etiam crescere.
Id quod observandum contra eos, qui ex-
gr. poenam sicuti capitalem iniquam fla-
tant, quia nec proportio *legis* inter deli-

Summi Imperii.

rum & poenam, nec Deus hanc poenam
sanxit.

§. IV.

Tertium jus majestatis est *potestas judi-
ciana*, quae denuo ex superioribus fluit;
nam homines cum teneantur actiones ad
leges instituire, quaestio semper incidit, an
civium actiones legibus sine conformes,
nec ne? id iudicium institutum deservendum
est. Hinc VALLIUS PARSIV. 80. reges ju-
diciae suenda causa constitutos testatur,
ut data legibus vi, iudicium austeritate, cul-
mus agis, sacris honor, securitas homini-
bus, certa rerum suarum possessio quinque
constaret. Hinc imperantes Hebraeorum ante
Reges dicitur iudices, cum patet ex libro
judicium. Est ergo iudicium actus superioris,
quo comparata lege & actione civium
definit, quem effectum actio habere debet.
Cum vero leges ferantur vel de rebus pri-
vatis, e. g. de meo & tuo, vel de publica
securitate: consequens est, ut & iudicia
sint vel *privata*, vel *publica*. In illis tan-
tum agitur de meo & tuo, & effectus est
restituere, dare, facere, vel non restituere,
non dare, non facere; in his agitur de
violata securitate publica, adeoque effectus
est poena vel absolutio a poena. Hinc ju-
dicium olim praecipua fuit summorum impe-
rantium occupatio, cum adhuc minora ad-
fuerat imperia, crescentibus his, aliis qui-
dem eligenda sunt iudicia potestas, sed
ita, ut Princeps vel imperans sibi reserva-
ret supremam appellationem; hinc alia ma-
na iudiciorum differentia in *prima* & *secunda*

da imperia iudicia, quorum illa certam infestare iudice, hac certam Principe tractantur.

¶ V.

Proximum est *ius belli ac fœderum*; bellum vel ideo multis visum est iuri naturæ repugnare, quod 1) Deus velit pacem, ergo velle non posset bellum; 2) quod illud cum clade ac strage humani generis conjunctum sit; 3) quod Christianæ charitatis, patientiæ, manuerudiri plane repugnet. Erantus in *millis Christianis*. Sed non posse non hoc ius maiestatis Principi competere, facile patet, 1) quia hoc requirit finis reipublicæ, securitas; ea in statu naturali rem potest obtineri iudicis, regarum; 2) quia ubi offensio iniusta dari potest, illi & concedendum est, iustam esse defensionem; 3) quia ipse Deus reipublicam suam sanctissimam non esse posse bello vidit, ac proinde leges de bello præscripsit, bella geri iussit, bellantibus auxilio adfuit; 4) Christus nihil mutavit circa potestatem; Johannes Baptista militem admittit ad baptismum, Christus ipse laudavit centurionem a fide, quemadmodum & Cæsarum sub cruce, & Cornelium centurionem Christo deditur nomen, nec ideo militiæ virtutum militare iussit; 5) quia primi Christiani, qui se ab omni, quod vel speciem improbitatis præ se ferret, sedula abstinent, tamen militarunt, adeo, ut legiones præ se essent Christiani. *Textus Aulicus.* & *adnotationes*. Ad objectiones respondetur, 1) Deum velle pacem absolute, velle ta-

men

men & bellum hyperbæticæ, si nempe alter salutem habere non liceat, ita vult & hominum salutem, damnari etiam vult impios; 2) bellum est in iure medium imperfectum ut omnes res humanae, ac necessarium tamen; quodnam est institutum humanum ut eorummodi imperfectionibus immanet ipsa iudicia clade saepe innocentium conjuncta, & quis tamen ideo iudicia rejiceret; 3) Christianæ charitatis, patientiæ, & mansuetudini repugnat, bello iniusto ab eo opprimere, sed non oppressuris aliis armis resistere, quia proximus amandus tamquam nos ipse. Jam cum ius belli habeat Princeps; sequitur 2) ut possit milites cogere, quod vocant *ius datus habendi*; b) ut possit urbes & loca opportuna munire, quod vocant *ius amandandi & possidendi*; c) ut possit militibus assignare æstiva & hybetna, quod vocant *ius hospitandi*, d) ut ius habeat commestum, arma, ærarium militare, & quævis bello necessaria parandi. Ius fœderum præcui dubio eidem Principi competit, fœdus enim est pactum summorum imperantium vel societatum liberarum de mutua securitate. Hoc iustum esse nemo negaverit, 1) quia reipublica consideratur tamquam persona, persona potest pactis sibi prospicere, ergo & reipublica; 2) quia hoc requirit securitas publica, tamquam finis rerum publicarum, vires omnium civitatum non sunt æquales, suppleendum itaque, quod desit, per fœdera, sed de his infra suo loco plura.

S. VI.

§. VI.

Jus constituendi ministros & magistratus
 quantum est jus majestatis. *Magistratus* sunt
 proprie, qui ex ipso imperantium nume-
 ro necesse publica administrant, e. g. Ro-
 ma consules, praetores, &c. Venetiis Dux,
 Procuratores sancti Marci, &c. in Monar-
 chis ipse Princeps solus Magistratus est.
Ministri sunt, qui illis consilio & auxilio
 sunt, e. g. consiliani, syndici, &c. Tales
 esse oportere in republica, facile patet,
 1) quia republica constat e societate mul-
 torum hominum, eorum multitudinem unus
 curare non potest, erga alii in partem cura-
 rum venire debent; 2) quia ne amplius
 quidem oeconomia recte administrari pos-
 set, nisi singulis suis officia assignentur, quan-
 to minus republica? Ceterum in republica
 opus est trium generum ministris, alii enim
 curant 1) negotia publica, consilii interio-
 ris collegium, & qui apud externos agere
 legati; 2) administrationem iustitiae; 3)
 redditus publicos. Ex eo vero, quod mini-
 stri imperantium loco administrant, patet,
 a) constituendos esse a summo imperante;
 b) ab eo dependere. Hinc republica in
 republica emergit, ubi ministri independen-
 tiam obsecant, ex. gr. majores domus
 in Francorum Regno; c) rationes reddere
 debere principi; d) ab eisdem honoribus
 privati, puniri, coerceri posse, si
 contra fidem, ab quam constituti sunt,
 agant.

§. II.

§. VII.

Jus vestigialia & tributa imperandi est
 secundum jus majestatis. Hoc denuo exigite
 1) finis reipublicae, securitas, ob hanc
 univertum non modo animos, sed & vi-
 res, ad vires etiam pertinet pecunia, necesse
 rerum gerendarum, pecunia ergo con-
 ferenda; 2) id & aequitas suadet, quod
 parte fruimur, quod tutus bos tuta peram-
 bulat, quod ex praediis & aliis honestis
 negotiationibus lucrum facimus, id reipub-
 licae debemus; qui vero communium &
 lucrum percipit, quae aequitate onera de-
 recet? Sunc vero tributa variorum gene-
 rum; si enim imponuntur personis, vo-
 cantur census capitacionis, *Kopf-Steuern*; si
 in praediis & facultatibus, *Sachen*, *Com-
 munitationen*, *Schick-Gelder*, *Wismogen-Steuern*,
Quarta, *Quarta*; in negotiationibus, *Zoll*,
Goleis, *Licentis*; in rebus consumtis, *Ac-
 cise*, *Traut-Steuern*, &c. Ne tamen nimis
 imperantium cupiditas ad inleceas redigeret
 subditos, veluti apud Romanos, ubi & pro
 aere, vento, umbra vestigal solvendum
 erat; *Comacini Observ. X. 7.*) pleiisque locis
 sibi prospexit republica, utribus non
 nisi consensu ordinum indicerentur, hinc
 vocata olim *Gabeln*, *Bedeln*, &c. Principi
 vero ad sustinendam aulam adsignata res
 fiscales & domaniales, *Commiss-Gelder*,
 quantum fructibus pro lubito utitur; hinc
 omnino aliud est 1) arrium, quod pu-
 blicis necessitatibus destinatum, in quo
 Princeps tantum habet administrationem;
 2) aliud

2) aliud fucus, Principis sustentationi destinatus, in quo usus fructus imperatori competit: alia denique 3) bona patrimonialia Principis, quæ utcumque privatus habet, in quo ipsi plecum dominium competit.

§. VIII.

Jus circa sacra & doctrina: est septimum jus majestatis, idque præcipuis, de quo agendum paulo auctoratus. Per sacra hæc non intelligimus ipsas de Deo sententias, vel principia intellectiva, nam in hunc imperanti nullum Imperium est, partim quod cogitationis prænam in foro humano nemo patitur, *L. 18. D. de pœn.* partim quod intellectus potentia non minus necessaria est, quam potentia videndi, & neutri vero leges præscribi ab ullo mortalium possunt: itaque 1) Imperans subditis præscribere nequit quod credere debeant; 2) religio cogi non potest. Sed per sacra hæc intelligimus externas actiones, quæ ad religionem pertinent, e. g. cultum, doctrinas in Ecclesiis & scholis proponendas, in hæc Imperanti esse potestatem probamus, 1) quia indigere legibus, leges vero in republica nemo ferre potest præter imperantem, de Clericis dixit servator *Matth. XX, 25.* «6. gentium imperant, regnant, & inter vos vero non sic agatur, b) quia Principi omnia incumbunt, quæ ad securitatem publicam pertinent: æqui vel maxime pertinet religio ob turbas quæ inde nasci possunt; 3) quia Ecclesia collegium in republica - si ergo independens esset ab imperante, respublica eadet in republica, quod absurdum: hinc Principis

est, 1) religionem tueri; b) cultui divino intendere, ut omnia fiant *XXI. 20. 21.* c) doctrinas prohibere pravas & reipublicæ noxias; d) lites plus scandali, quam utilitatis habituras prohibere; e) scholas, academias, seminaria instituire, tueri, eaque ita temperate legibus, ut vales sine Ecclesiæ & reipublicæ; f) Clero invigilare ut officio rite fungantur; g) persecutiones dissentientium in religione inhibere. Ut enim initio ejus est dispicere, an dissentientes forte velit in republica: ita ubi eos semel passus est esse in republica tueri debet, & omnia ab his injuriam avocare 1) ob pactum tacitum, 2) quia persecutiones nunquam ad veram religionem pertrahunt, 3) quia & dissentientes bonos civis agere possunt, quod Batavi experiundo didicerunt. Aliud si dissentientes dant turbas, tunc eorum pœnas merito ferunt, non quod dissentiant, (actus enim intellectus non sunt objectum legis, adeoque nec pœna obnoxii), sed quod turbant reipublicam.

§. IX.

Quod connexæ sine omnia illa reipublicæ partes, ita probat auctor: quæ nec separari possunt, nec dividi, ea connexa sunt indissolubili vinculo: atqui jure majestatis nec separari possunt, nec dividi: sunt ergo indissolubiter connexa. Major est ipsa definitio, connexæ enim sunt, quæ nec separantur, nec divisi sunt: majore productæ 2) separari non possunt, nam unus sine altero consistere nequit, quia uno deficiente plane

plane non amplius est Imperium. Tolle jus leges ferendi, cessabunt poenae, iudicia, adeoque securitas interni; tolle iudicia, frustra erunt leges & poenae; tolle jus pacis, bella erunt perpetua; tolle jus belli, jus foederum, jus tributa indicendi, cessabit securitas externa; tolle jus circa sacra, respublica erit in republica, adeoque non una voluntas: ex quo patet, a) dividi etiam non posse jura maiestatis, si enim unus haec, alter illa exerceret jura maiestatis, non erit una voluntas, ergo nec respublica. Obijci posset etiam e. g. in imperio nostro, in Anglia, in Polonia diversa esse jura maiestatis inter imperantes & status? Resp. negando, aliud enim est, si communicata sint quaedam jura, ut communiter exercerentur, nec alter sine altero quid possit, tunc enim manet una voluntas; aliud si iura divisa, ut unus hoc, alter aliud exerceret, tunc sunt plures in republica voluntates. id est, monstrum horrendum, ingens, cui lumen ademptum.

CAPUT VIII.

De Formis verarum publicarum.

§. I.

Deliberamus quaedam huc pertinentia supra, jam de iis ex instituto, & quidem 1) de rebus publicis regularibus 2) de

2) irregularibus §. 12. Regulares videm sunt vel sanae & velle §. 1, 4. vel morbida & corrupta §. 5, 12.

Forma est dispositio in nexu inter imperantes & subditi vel cives, eaque patris dicitur, quae tunc nomine legum fundamentalium veniunt. Nimirum ratione materiz omnes res publicae sunt eadem, constant enim ex imperantibus & civibus, ita se res ubique habet; at videmus non ubique imperantes & cives iisdem iuribus uti. In Gallia Rex omnia agit pro lubitu, in Anglia consensus parliamenti, in Polonia consensu ordinum in plurisque opus est, id est, a diversa dispositione circa nexum inter imperantes & subditos, id est, a diversa forma.

II.

Forma illa reipublicae vel est regularis, ubi nulla est communicatio iurium maiestatis, sed ea ab una persona sive militariter, sive physice tali exercetur, e. g. in Francia a Rege, Venetiis a Senatu, Athenis a Populo; vel irregularis, ubi exercitium iurium maiestatis communicatum est cum civibus vel omnibus, vel quibusdam, e. g. in Anglia, Romae cum adhuc esset Regnum. Itaque non putandum est, contumelia affirmi reipublicam quae irregularis vocatur, alia enim est reipublica irregularis, alia vitiosa. Ridiculus ergo fuit SEMANOMACHOS, quod PATRIBUS nostris exprobravit, injuriam illam facere Imperio Romano-Germanico, quod illud irregularitate vocare non dubitavit, hanc ide-

inguria heret augmento, si irregulare dicatur, quasi illud idea non possit fortissimum & optimum esse.

§. III.

Im regularium non possunt nisi tres esse: aut enim omne Imperium est penes unum, aut penes plures, aut penes omnes: primo casu oritur monarchia, alio aristocratia, tertio democratia.

Monarchia est, quando majestas vel imperium uni homini competit, eaque vel *suaessiva* est, quando respública uni cum omnibus posteris, vel masculis saltem descendibus imperium deriuit, vel *electiva*, quando uni tantum personæ credidit, ita ut jus hoc cum persona extinguatur, & tunc nova fiat electio; vocari etiam solet *regnum*, idque *Aristoteli*, *Politie*, III, 10. 11. est vel 1) *hereditarium*, quando imperatus unus est, qui tamen omnia agit consensu civium; ita vocatur, quia Homerus sic fere describit Reges Græcorum, qui Trojam oppugnatam venerant; 2)

regnum, ubi Rex non modo omnia sua agit arbitrio, sed & subditis vivit tamquam mancipiis; tale olim Regnum Persicum, hodie Turcicum, & omnia orientalia; 3) *symmetricum*, ubi Rex vel Monarcha eligitur tantum exita ordinem, quævis res trepida majorera auctoritate postulat; huc præcipue pertinet dictatura Romanorum; 4) *Lucubratus*, quando Rex tempore pacis tantum est primarius civis & separ-

tor,

tor, tempore belli contra omnia jura majestatis exerceat vel solus, vel cum senatu; tales olim reges Spartanoium, & patrum memoria gubernatores supremi Belgii fuerunt; 5) *parthenocratica*, regnum perfectum, ubi omnis potestas est penes regem, ita tamen, ut civibus, non mancipiis imperet, veluti olim Macedonicum, hodie pleraque Europæ regna, quamvis ea pro diversitate imperantium, nunc magis ad barbarica inclinent, tunc ista *mausæonarchias* fines consistant.

Aristocratia est, quando plures imperant, qui in collegio consistunt, & in commune consulum, vocanturque senatoris, proceres, optimates, ordines, ut in Belgia: ea quoque, uti recte observat Hevrius, *Pelii*, 1, 10, 14. vel est *electiva*, quando ex hisdém senatoribus per electionem vel cooptationem surrogantur alii, uti olim Romæ, hodie in quibusdam Helvetiæ civitatibus; vel *suaessiva*, quando senatores non eliguntur, sed nascuntur, & certis tantum familiis jus in senatu dicendi sententiam competit, uti hodie Venetiis, Genæ, & in Germania Norimbergæ, (ibi *die Geschlechter*, & *Kathfabige Geschlechter*), hæc prærogativa gaudent.

Democratia est, ubi imperium est penes totum populum, in comitiis congregatum, unde & *politia* vocatur. Ut vero suffragia tanta multitudo sine confusione ferat, opus est distributione populi in certa systemata, veluti Athenis in tribus. Romæ in classes, curias, tribus; Hamburgi

Rein. de Off. Rom. C. Civitas R in

in *Casseln* vel *Kirchjens*. Dux ultima
formæ dividitur in *obscuras*, ubi aristo-
cratiæ vel democratiæ in una tantum ur-
be consistit, uti *Veneziæ* & *Athenis*; &
provinciales, ubi tota provincia vel pro-
vines e populo conveniunt, ut in *Belgio*
frederato, *Uratis*, *Switz*, *Urterwaldæ*,
apud *Grisones*, item *Vallicos*, *Gluonen-
ses*, *Appenzelleles*, &c.

§. IV.

De his variæ nasci solent quæstiones:
1) quænam ex his formis antiquissima?
Resp. a) quæ vel maxime libertatem con-
nectere, non enim est verisimile, homi-
nes statim ab uno extremo prolapsos ad
alterum, ex libertate naturali in servitute-
m; b) quæ minimum artis habent, an-
tiquiora enim semper, quæ simpliciora,
& natura ita comparatum est, ut res ini-
tiales rudiores sint, & pullæim polles magis
magisque veluti perpolantur. Jam & libe-
ratis plurimum habet *democratiæ*, &
eadem est omnium simplicissima, ergo
hanc esse antiquissimam probabile est.
Libertatis minimum habet *monarchia* &
aristocratiæ, ergo hæc polles demum in-
venimus esse oportet; & cum denique ar-
istocratiæ plurimum artis habet, ea neces-
sario reliquis recentior est. Hinc a) *de-
mocratiæ* instituta; b) ea *monarchice*
temperari ceperunt, unde regna *hecoi-
ca*; c) *monarchiæ* præhædum ad majorem
potentiam adspirant, unde nata regna
pambasileja & *hebarica*; d) in quibus-
dam civitatibus aristocratiæ temperatæ
dena-

democratiæ, ex iis, oppresso populi ius-
fragio, nata aristocratiæ; e) *monarchice*
temperatæ dederunt regna, *symmetricum*
& *Laonicum*. Quærit solat, quæ ex his
optima? Hæc quæstio plerumque vana,
uti eleganter docuit *Thomæus* in *Revis*
ad *Mitronem* ab *Ossa Testamensum*, nam
a) hinc civis est, non mutaram velle tem-
publicam, in qua vivit, sed formam tue-
ri, ornare, & veluti personam decere
agere in theatro illo, in quo cum collo-
cavit providentiæ divina; b) omnes for-
mæ habet & sua commoda, & incommo-
dula, e. g. *monarchia* habet *modum*
1) quod hinc alter, puta *securitas* exter-
na facilius obtinetur, 2) quod *consilio* &
secretiora habeantur, & *celestius* capiuntur
& *executioni* mandentur; 3) quod
vivendi & *meritis* major honor habeatur;
4) quod *elegantior* in monarchia sit vi-
vendi ratio; sed habet etiam sua incommo-
dula, a) *periculum* a malo principe,
b) *libertatis* iacturam, c) *crebras* rerum
omnium mutationes.

Aristocratiæ habet sua commoda, a)
consilium prudentiam, b) *imperium*
mellius, ac *proinde* c) *civium* opulen-
tiam; sed habet etiam *incommoda* maxi-
ma, 1) *factiones*; 2) *consilium* tardi-
tatem; 3) *plebis* ab omni honore exclu-
sionem, 4) *summum* magnitudinum, et-
que hinc onera insignia.

Democratiæ commoda sua habet, nam
insigni libertatis nomine blanditur, sed
incommoda multa ac maxima, a) consi-

liorum temeritatem, tarditatem, divulgationem, b) scilicet seditiones, si demagogi accedant, (quales oratores Artici), c) odium non modo nobilitatis & potentiae, sed & virtutis eminentioris; unde *ostracismus* Atheniensium, Ephesium, exilium Hermodori, de quo diximus in *Historia juris*.

V.

Hactenus de rebus publicis sanis & rectis, jam de morbidis & corruptis: uti enim persona physica vel sana est, vel aegrotans, ita idem contingit vel publicae, tanquam personae morali. In persona physica morbus adesse censetur, 1) ubi partes corporis corruptae, e. g. viscera, sanguis, &c. b) ubi dispositio & modus eorum partium turbata, e. g. si sanguinis circulatio turbata; si neutrum observatur, saluus & sanus est homo: ita & in re publica vel civitate modo homines, ea quibus res publica constat, corrupti sunt, modo ipsa forma turbata est, & proinde recte auctor motibus rerum publicarum distinguit in vitia hominum, si vel imperantes, vel cives male satisfaciunt officio; & in vitia status, quando ipsa rei publicae forma vel dispositio turbata, e. g. sub Nerone male se habebat res publica Romana, hoc vitium erat homicidis; male etiam se habebat sub Iulio Caesare, Pompejo, & Crasso, hoc vitium status; jam de utriusque sensum agit.

VI.

Vitia hominum alia sunt vel *specialia*,

qua singulis rerum publicarum formis committuntur, de quibus §. 6, 8. vel *generalia*, quae omnibus formis committuntur.

Inter specialia quaedam vexant monarchiam, 1) si imperans regnandi arte destituitur; difficillimum est imperare animali multicipi, quale est civitas. Tota ars consistit in temperamento libertatis & imperii; *libertatis*, ne cives radium capiant imperii, & obsequium exuant; & *imperii*, ne nimia libertate ferociant. Temperamentum hoc difficillimum, in alterutra vero parte peccare facillimum, est ergo ars, & tamen ea paucis imperantibus traditur. SOCRATES apud XENOPONTUM in *Memorabilibus* eleganter quaerit, an quisquam aurius sit equorum regimen proficere, qui artem equitandi nunquam didicerit? 2) si imperans nulla rei publicae cura tangatur, tunc enim princeps nihil agendo male agere discit, adeoque laevit in cives, voluptatibus indulget, exhaustis ararium, amittit civium amorem, docet hoc exemplum Neronis; 3) si ministrorum malorum imperio se ipsum permittat, hi suae insulae consulunt, opes rei publicae in suam deivant arcem, quae omnia deinde ipsi principi imputantur: pertinent eo ministri familiares, qui Carolum I. regem Angliae perdidit; 4) crudelitas principis, ita enim animadvertunt cives, se finem rei publicae, securitatem internam non assequi, ac proinde frenam mordent; 5) temeritas, (Sebastiani, regis Lusitaniae ultimi),

voluptas, luxuria, (Necosis), injustitia (Tibelli & Domitiani), quæ en perveniat, ut maximum crimen esset eorum, qui crimine vacabant, modo divites essent.

§. VII.

Aristocratiæ quam maxime exitum minantur vitia frequentia: 1) ambitus, cum enim prudentiores regnare oporteat, per ambitum via in sensum patet imprudentissimis. Tempore Cæsaris jam incendia turba viam sibi in senatum intravit, ut joculum perponeretque edictum, ne quis novis feracioribus viam in curiam ostendere vellet; exemplum Claudii imperatoris apud Sueton. hinc Romæ eni leges de crimine ambitus, cum in rebus publicis monarchicis hoc vix crimen habeant; 2) factiones, si enim non esset una voluntas, hæc necessario evertunt res publicas, e. factio Pompeji & Cæsaris, altera enim alteram opprimit, una oppressa pars victrix vel monarchiam, vel oligarchiam constituit; 3) inmodestia optimatum; in aristocratiâ leniter tractandus populus, ut hic aquo animo ferat optimatum imperium. Si in hanc partem peccetur, necessario oriuntur seditiones, quæ non possunt non vel evertere, vel mutare statum rei publicæ. Hinc Romam ore alieno & ferrebrî malo pressa a patribus secessionem faciebat in novum sacrum, nec prius redibant, quam imperatissent tribunos plebis, ita actum erat de aristocratiâ.

§. VIII.

Democratiam evertunt vitia: 1) plebis impetu-

impetuosa, temeraria & potens tantum; 2) immodestia nautica abundabat, hæc suffragia ferrebat turbulenta, temeraria, quod exitum accelerabat urbi pulcherrimæ; 3) odium eminentiorum virtutum, na enim oculi effodiuntur rei publicæ: exitum Themistoclis, Aristidis, Alcibiadis, plus Athenis nocuit, quam Persarum exercitus; 4) legum sequens mutatio; legum debet esse nexu, & ut una alteram adjuvet, ergo semel & simul scribendæ a vero sapiente, qualis Athenis Solon erat; si ergo pro libidine mutantur, vacillat systema universum. Athenæ nunquam infeliciores, quam cum Syeris implerent porticus, & prudenter Pythagoras monuerat, caronam non velicandam; prudenter Charondas legislator statuerat, ut qui abrogationem legis suavis esset, laqueo indutus in concionem prodiret; 5) demagogorum potentia; his enim facile obsequitur plebs auram popularem captantibus & eloquentia pretis. Tales plerique oratores, Demosthenes imprimis. Ancilla Themistocles gloriabatur, sibi totam civitatem obsequiam esse; aliquando pastores his partibus funguntur, e. g. Hamburgi Kumbolzus, & locu.

§. IX.

Generalia omnibusque formis communia vitia sunt, 1) imperantes ad rem publicam administrandam inepti; imperatores sum, ob quos florere & petre res publica; quod nullo luculentiore exemplo probatur, quam Thebatum, cum antea numquam

quam lacertos movisset hæc civitas; ex-
celle satis florere cepit sub Epaminonda,
eo sublato, numquam iterum alienius no-
minis & sanæ esse coepit; 2) civium vi-
tia, imprimis luxus, otium, voluptas.
Elegans ratio, cui Scipio Nâfica Cartha-
ginis everitionem prudenter dissuaserit; ubi
confr. Vellej. Patric. II, 3.

§. X.

Viria status totidem sunt, quot formæ
reipublicæ. Vitium monarchiæ est *tyran-
nia*, quæ duplex, 1) titulo talis, si quis
præter jus & fas imperium usurpat in ri-
vitate libera, e. g. Cæsar, Cromwellus;
2) administratione, si jullo titulo regnet,
sed crudeliter, e. g. Nero, Domitianus,
Commodus. Vitium aristocratæ est *olig-
archia*, si exclusis reliquis optimatibus
pauci rerum potantur, qualis triumvira-
tus Cæsar, Pompej, Crassi, & postea
Augusti, Antonii, & Lepidi, inde non
potest non vel monarchia, vel tyrannia
existere. Vitium democratæ vocatur *obli-
vitas*, si loco totius populi factio qua-
dam, reliquis exclusis, imperat, e. g. tur-
ba nautica; inde seditio, ac proinde vel
mutatio, vel interitus rei publicæ. Vitium
status commune est *anarchia*, si res pu-
blica nullo amplius communi vinculo con-
nectitur, quæ status fuit in Anglia, an-
tequam Cromwellus regaret; nec melior
L. Germanorum status tempore interreg-
ni. PUFENDORFUS equidem solidam hanc
doctrinam non magni facit, quia cives ea
facile abusu possent, sed abusus non tollit
usum.

ulum. Ceterum vitia hæc esse nemo nega-
verit: *tyrannus* titulo & obliocraia con-
velli fundamenta rei publicæ; tyrannica
administratio fini rei publicæ repugnat; in
oligarchia non est una voluntas, quæ in-
ter triumvros; e. g. non valent pluma
sustentia, sed aut divisio territorii instituitur,
aut omnium requiritur conspiratio:
piori casu ex una re publica hunc tres;
posteriore non possunt non bella civilia
nasci, adeoque subverti res publica. At-
tamen & quædam sunt vitia status gene-
ralia, & omnibus rerum publicarum tor-
mentis communia, quorum unum jam vidi-
mus, nempe *anarchiam*; talia vero etiam
sunt, 1) ubi forma non ætemperata ge-
nio populi, e. g. pura democratia non erat
conveniens genio populi Anglicani, unce
& consistere non potuisset, nisi Cromwel-
lus eam mutasset in tyrannidem; 2) ubi
leges fundamentales disponunt cives ad
urbas internas, e. g. lex fundamentalis, ut
omnes promittunt eligant imperatorem: ut
ubi i concludi possit per majora; 3) ubi
eadem odia omnium vicinorum provocant,
e. g. piratica Algerinensium, Tunetanorum,
Tripolitanorum; 4) ubi non possunt non
homines ad voluptates & oia disponi; sic
Athenis perpetua erant festa, ludii, epulæ;
de quo ipse conqueritur Xenophon, de *Asiæ
civitate re publicæ*. 1) consistorium tarditas
ob nimias solemnitates in convocandis com-
mitiis, ob libertatem contradicendi & pro-
phetandi uni vel alteri permissam; quod in
Polonia videmus permissum.

Jam ad alteram partem capitis, de rebus publicis irregularibus, ubi communia sunt iura majestatis imperantis & ordinibus, ut ut nec privative sint penes unum, nec penes plures, nec penes omnes. Idem quidem auctor negat earum species posse enumerari, quia aberrationum a rectitudine infiniti sint modi. Sed nullum est dubium, quin saltem ad cetera summa capita possint revocari. Nos dicimus, res publicas irregulares fieri aut per leges rei publicae unius fundamentales, aut per unionem rerum publicarum plurium; posteriores vocantur *systemata civitatum*, de quibus §. 13. seqq. in prioribus aut miscentur omnes formae simplices, aut binæ tantum; si omnes, ab eminentiore parte sic enumeratio, e. g. in Britannia iura majestatis exercent rex, proceres, populus, adeoque mixtura est monarchiae, aristocratiae, & democratiae, artamen a parte eminentiore vocatur regnum Britanniae, tale etiam fuit regnum Romanorum. Sin binæ formae, aut miscentur 1) monarchia & aristocratia, ut rex sine senatu, ut in rebus publicis, ubi officia regnum Helveticorum, ubi regem sine synedrio nihil potuisse agunt; aliquando princeps tantum ordinis & decoris causa constituitur, qui vero nihil potest constituere, sed omnia senatus permittere tenetur, tunc videtur aristocratia pura, e. g. Venetis & Genus; 2) monarchia & democratia, qualia olim erant omnia rebus heroi-

heroica, hodie ejusmodi res publica est Calacorum, ubi est princeps Helmannus dictus, sed qui nihil potest nisi convocato populo, qui tunc suffragia ferit per protectionem plebeum; 3) autocratia & democratia, qualis Laconum tempore patris; nam ibi senatus ephororum, sed qui in rebus majoris momenti ad comitia omnia referre tenentur. Habebant quidem etiam reges, sed qui tempore pacis tantum senatores erant primarii, ut dux Venetorum.

§. XIII.

Per unionem plurium rerum publicarum emergunt res publicae irregulares, quae vocantur *systemata civitatum*, per quae intelligimus rem publicam magnam ex unione plurium minorum constare, e. g. Helveticorum res publica coaluit ex 13. civitatibus, quarum singulae singularem constituunt rem publicam. Batavorum res publica constat 7. provinciarum, quarum unaquaque sua libertate fruitur; sunt ergo rerum publicarum systemata. Auctor ea dividit in duas classes: ab unaquit, ununtur per equum rem, e. g. Hungaria, Bohemia, Germania, Suetia, item Dania & Norvegia; alia per gradus, ut civitates Helvetiae & Belgicae.

§. XIV.

De prioris generis aut fieri ejusmodi systemata 1) per conventionem, e. g. si plura regna unum regem eligant, ut olim Dania & Norvegia & Suetia, Polonia & Hungaria; 2) per matrimonium aut hereditate.

ditatem; ita coalescunt Hungaria, Bohemia, Sicilia, Scotia & Anglia; 3) per victoriam, ita coalescunt Anglia & Hibernia; Russia, Casanum & Astracania. Sed minus adcurata est hæc auctoris philosophia, non enim quadrant hæc species definitioni, nam his casibus omnibus amantur plura regna, ita ut alterum cum altero nihil commune habeat, e. g. Hungaria, Bohemia, Sicilia, tunc non est una res publica, ergo nec systema; aut unum regnum alteri ita subiectum est, ut per omnia leges ab eo accipiat, e. g. Norvegia, Dania, tunc iudem non est systema, sed regnum subiectum; aut denique plura regna commune habeant consilium, commune regimen, tunc est systema, e. g. Anglia & Scotia a temporibus Annæ reginæ.

S. XV.

Alterum systematis genus per *communem* coalescit, & Achæzæ quoque rui publicæ nomine venit, quia Græcæ civitates omni esse systema constituerunt. Hic 1) singula res publicæ speciales omnia jura humanitatis exercent, e. g. jus lenes ferendi, iudicandi, potestatum, tributatum, &c. 2) jura majestatis transcuntia exercent communiter, e. g. belli, pacis, fœderum, legatorum. Hinc opus est 1) senatu delegatorum vel perpetuo vel statim temporibus conveniente; talis in Helvetia *see Lage-Satzungen der Herren Gesammten*; in Belgio fœderato *sie General-Staaten*; -) valere debent plura suffragia, quæ tamen non semper equaliter sunt distributa

inter

inter fœderatos, e. g. in Belgio provinciæ, quæ plus conferunt, etiam plura habent suffragia, e. g. Hollandia, Frisa, Zeelandia; 3) commune debent habere ararium; communem apparatus, e. g. commentus, tormentorum, classium, quævis, ubi minor bellorum exercituum metus, id non observetur, veluti in Helvetia. Quæstio est, an fœderati excedere ex hoc systemate possint? Resp. aut fœdus in perpetuum coëlit, & tunc quæstio negatur, aut ad tempus vel cum facultate discedendi, tunc affirmatur. Objectionis, societatem matrem esse discordiarum, ac proinde semper liberam esse illa excedere? Resp. hoc ex jure civili esse; jus naturæ dicit, pacta esse servanda, adeoque & in perpetuum inita. Deinde quaeritur, si inter ipsos fœderatos litæ oriantur, quis tunc iudex sit? Resp. totum systema, quod in Belgio expressum est in fœdere. Idem olim in Græciâ observatum, ubi idem consilium erat Amphictionum senatus; vide *Boscheri Diss. de concilio amphictionico*. At ubi facile in factiones abijt systema, e. g. in Helvetia ob diversitatem religionum, ibi plerumque armis deciduntur hæc controversiæ; cujus rei exemplum nostra ætas vidit in bello Tigurinorum & Bernensium cum civitatibus Catholicis ab urbibus Toggenburgensibus.

CA-

CAPUT IX.

De affectionibus imperii civilis.

§. I.

PER affectiones intelligimus attributa summo imperio competentia; ut enim nullus est persona, quæ non insignia quædam iura habeat, ita idem verum est de persona morali, qualis est imperium vel res publica. Affectiones illæ vel sunt *communes*, §. 1. 4. vel *propria* quibusdam, §. 5. ad finem.

- Communes sunt 1) *summas*, v. 1. 2.
 2) *immunitas a legibus civilibus*, §. 3.
 3) *sanctimonia*, v. 4.

Summas, quæ est in primis (*die Souverainite*) est ista. hæc est imperii, quæ neminem agnoscit superiorem. Ad hæc necesse est illam necessariam adesse oportet, quia apposta sunt imperium & subiectio, adeoque se mutuo tollunt; ubi imperium est, cessare oportet subiectionem, ubi subiectio, cessare imperium. Sunt equidem res publicæ clientelares, quæ aliam populum tamquam patronum comiter venerari coguntur, quales res publicæ Tartarorum, Bagina, Cosacorum, & reges Indici sub Belgis in insulis Zeylon & reliquis sunt res publicæ tributariæ, quæ potentiori populo ad annuum vestigal tenentur, e. g. Moldavi, Wallachi, & Arabes; sunt res publicæ feudales, quæ extraneo principi vel populo certo nexu feudali obstringantur, vel ut regnum Ne. politanum. Sed utriusque

duo priora proprie non sunt imperia, si superiores agnoscunt, ita nexus feudalis non semper involvit subiectionem. Feudi enim essentialia est fides, adeoque dominus & vassillus considerantur tamquam fœderati inæquales, non tamquam superior & subditus. Hinc sæpe concessit, ut superiores & potentiores feuda ab inferioribus recognoscant, e. g. rex Danicæ terræ quondam tractum recognoscit tamquam secundum Brunsvicensis, rex Borussia quondam ab abbatibus Quedlimburgensi & Gandersheimensi, ergo summas cum nexu feudali probe consistere possit, nam quidquid imperium non impedit in exercitio iurium maiestatis, id non impedit iurium maiestatis, ergo non impedit semper maiestatem imperii. Quæritur, qui regno laicis sunt feudalia possit id quidem factum esse per victorias & pacta, sed plerumque ex donatione, unde feuda in primis oblata ecclesiis & episcopis. Vid. Henr. & Thoma. de feudis ablatiis.

§. II.

Inde sequitur altera affectio, ut imperium sit *diversivum*, id est, nemini ad reddenda geherium suorum rationes tenetur. Hoc fuit ex affectione prima: rationes reddendæ sunt superiori, imperium non agnoscit superiorem, ergo imperium non tenetur reddere rationes. Et tamen videmus 1) rationes exigere alios res publicas, si una quid egit contra jus & æquum vide-

Videmus etiam a) res publicas ipsas rationes reddere actorum suorum per manifesta publice edita. Vid. Boetianus de *clarigatione & manifestis*. Sed b) dillogue inter actus immanentes & transeuntes, a) inter actus indifferentes & pactis definitos, b) inter rationes, quas sponte reddunt, ad improbationis suspicionem auodliendam, & ad quas reddendas oblecti sunt & cogi possunt. Rationes nemo exigere potest actuum indifferentium, ac possunt ii, quorum interest, exigere rationes actuum transeuntium & pactis definitorum, e. g. si quis foedera pacemque violat, rationes exigere solent sponsors pacis, quin & horum reliquorumque actuum rationes sponte reddere solent imperatores, ne existimationis adeant periculum.

§. III.

Praeterea legibus superius est imperium civile, puta legibus civilibus humanis, nam a) leges supponunt superioritatem & subjectionem, imperium vero nec superioritatem habet, nec alteri subiectum est; a) ipsum imperium fert leges, itaque non se his legibus obstringit, sed cives; quin b) passio, leges obligat imperantes, iidem etiam dispensare poterunt circa leges, adeoque impune easdem violare. Hinc quaeritur, quid sentiendum de quaestione, an princeps sit solutus legibus? Resp. neg. quia *solvi* praesupponit obligationem, princeps vero, cum obligatus non sit legibus, nec iisdem solvi potest. Romani ita loquebantur, quia imperatores initio fingebantur,

se non affectare monarchiam, sed tantum primarios cives & principes secutus esse. Itaque impetrabant a senatu, ut legibus solverentur, huiusmodi vero simulacris libertatis non indigere veri principes, itaque non de his dicendum, quod legibus soluti sint, sed quod immunes sint a legibus. Alia quaestio est, an prudenter agant principes, si legum a se latarum obsequium evasunt, quod merito negandum, nam a) legibus eo ipso magna conelatur auctoritas, si ipse princeps illis vivat, a) subditis hoc exemplo & incremento est, b) saepe violatio legum civilium posset dubium relinquere, an actus se validus, e. g. si princeps sine solemnitatibus omnibus duxerit uxorem, an verum sit matrimonium, an non potius concubinitas, an liberi legitimi?

§. IV.

Sed & *sanctissima* attribuitur imperio; per eam vero non intelligimus sanctitatem, de qua theologi, qualem e. g. tribuimus Deo, Angelis, factis actionibus, sed sanctum est inviolabile, adeoque imperia & imperantes eodem sensu sunt facti sancti, quo oblitibus plebis, hodiernum legati, id est, sanctione poenali muniti. Sanctissima illa est ex pacto primo inter imperantes & cives, voluntates enim suas hu subiecerunt voluntati imperantis, ergo ad obsequium sese obligarunt. Huic vero obsequio quam maxime repugnat, si quis imperanti resistere, sacro suo ledere, quin plane supplicio capitali afficere conetur, quod

sub aliquando sunt Angli. Hinc sequitur,
 1) ut omne bellum civile sit injustum &
 recte rationi adversum, 2) ut idem dicen-
 dum sit de tumultibus & seditionibus,
 3) ut imperantes etiam peccantes patien-
 ter ferendi sint, nisi plane induerint hos-
 tiliam animam, adeoque in tyrannos dege-
 nerant, tunc enim ipsi imperantes pacta
 rumpunt, adeoque nec subditos amplius
 habent obligatos. Media hæc sententia est
 inter monarchomachorum & Machiavelli-
 sticum doctrinam: 1) hi principem etiam
 tyrannum non peccare, subditisque & sic
 in obsequio gloriam esse relictam statunt,
 2) illi populum principem putant superio-
 rem, & maiestatem realem, (cum principis
 maiestas tantum personalis sit), gaudere
 existimant. Hinc colligunt, principem a
 subditis posse supplicio adfici, & ea ma-
 xime ratione utuntur: qui cui imperium
 defert, is est superior, populus principi
 imperium detulit, populus ergo principe
 est superior. Sed egregium sophisma,
 eodem modo colligere possum: qui do-
 mino potestatem dominicam detulit, is
 est dominus & superior: servus, qui se
 sponte addidit, heri detulit potestatem
 dominicam in se, ergo est heri dominus,
 eoque superior. Distigue populum in sta-
 tu naturali & civili: in illo non quidem
 superior quisquam est, sed omnes aequa-
 les; postquam vero in civitates secesse-
 runt homines, omnes voluntates suas sub-
 miserunt voluntati imperantis, adeoque
 facti sunt inferiores. Hinc invertimus po-

rius argumentum: qui alteri detulit impe-
 rium, is voluntatem illius voluntati sub-
 misit, adeoque factus est subditus: popu-
 lus, &c. ergo, &c. Regnat hæc monar-
 chomachorum doctrina in FRANCISCI HO-
 TOMANNI *Franco Gallia*, ALTRUSTI *politica*,
 STEPH. JUNII BRUTI *Vindictis adversus ty-
 rannos*, MICTONI *Vindictis populi Anglicani*,
 SÆMET. *de jura imperii*.

V.

Hæcenus de affectionibus communibus:
 sequuntur quibusdam rebus publicis pro-
 priæ, quæ quibusdam tantum propria
 sunt, ea incoleat aliter non possunt,
 quam per divisiones vel distinctiones.
 Tales sunt, quod *imposita* () quædam *ab-
 soluta*, quædam *limitata*, §. 3. 6.) quæ-
 dam *patrimonialia*, quædam *usufructua-
 ria*, §. 7.

Absoluta vocamus, ubi exercitium ju-
 rium maiestatis a nomine alio, quam im-
 perantibus dependet, id est, ubi iuxta ma-
 iestatis nec omnia, nec quædam cum po-
 pulo vel ordinibus communicata, e. g. in
 Gallia, Venetiis, in Russia. Itaque non
 confundenda i) cum licentia, si prin-
 cept, quidquid libet, licere sibi putat;
 de his recte SENECA: *ex magno imperio non
 nisi sibi magnam licentiam verius*; nec
 2) cum imperio herili vel despotico,
 quando imperans civibus tanquam man-
 cipiiis vivit, per eos omnia adquirit, &
 in vitam, famam, bona eorum imperium
 sine restrictione exercet. Differentia hæc
 manifesta est, absolutum enim imperium
 rectum,

404 *lib. II. Cap. IX. de Afflictionibus*
rectum, sanum, & legitimum esse potest,
reliqua fini rerum publicarum repugnant,
ac proinde vitiosa ac morbida sunt.

§. VI.

In rebus patet, quid nobis sit impe-
rium *imperium*? ubi nempe iura comuni-
cata sunt jura maiestatis, ut eorum ex-
ercitium non absolute & privative ab im-
perante dependeat, sed ille teneatur popu-
lum vel ordines in consilium adhibere.
Sic iura maiestatis exercitium esse
limitatum; nam possunt alia esse limitata,
& tamen in reat imperium absolutum,
e. g. in Gallia rex omnia iura maiestatis
liberrime exercet, & tamen limitata est
successio, ut regnum capessere nequeat fe-
mina; limitata est alienatio partium re-
gum; rex semper minorannus habeatur,
& nihil alienare de regno possit, & ta-
nto magis in aliis rebus.
tatio ista fit per pacta inter imperantes &
cives inita, quae improprie vocantur leges
fundamentales, sic e. g. leges fundamen-
tales in imperio Rom. Germanico sunt *A.*
Bulla, capitularia, pax Westphalica, & c.
tamen iura pacta sunt.

§. VII.

Altero modo divisio imperii in *patrio-*
archia & *usufructuaria*. Auctor huius divi-
sionis est *Grægorius*, quem deinde alii secuti
sunt. *Patrio* est, quod iura in impe-
rio sunt, quae ad regem, & ad
dividite, testamento relinquere pro subi-
tu possint. Sic ex testamento Romani ad-
quisiverunt regnum *Africæ*; notum quoque

est, *Rossia* monarchiam ita pro lubitu dis-
posuisse de imperio *Ruthenæ*, ut ne prima-
genito quidem prerogativam reliquerit.
Usufructuaria est, quod princeps alienare
nequit, quamvis alicuius liberrime impe-
ret, e. g. *Gallia*, ubi rex ne partem quid-
dem regni, nedum totum alienare potest.
Ita & in *Anglia* de successione non dis-
ponit ultimus possessor, sed populus in
comitiis. Res quidem vera est, usus quo-
que huius distinctionis egregius, quemad-
modum vidimus in controversia *Hispani-*
ca de successione, rem omnem rediisse
ad hanc distinctionem, disceptatumque
esse inter *Austriacos* & *Burbonicos*, sine
Hispania regnum patrimoniale, an usu-
fructuaria. At jam pridem observatum
est, pericula non carere hanc divisionem
nisi sola verba, quibus *Grægorius* usus est;
si enim in regnis usufructuaria imperans
usufructum tantum habet, non male sa-
pe colligunt monarchomachi, proprieta-
rem esse potius populum, adeoque popu-
lo plus iuris in imperio, quam imperan-
ti esse. Quin si longius progredi velis,
ulterius argumentari posses, in imperio
usufructuaria successorem non posse esse
hereditarium, quia usufructus ad here-
des non transeat. Jam respondentem qui-
dem, simile ultra suum tertium non
esse extendendum, nec per omnia ejus-
modi regem æquiparandum esse usu-
fructuario, sed in hoc tantum, quod
alienare regnum non possit: sed eo
ipso fatentur, incommoda esse vo-
cabu-

cahala. Quid vero opus est vocabulis in-
commodioribus & abusu obnoxii, cum der-
tor commendiora? Dicitur potius, *regna esse*
vel alienabilia, vel *inalienabilia*, itemque
illa *semper esse successiva*, hęc vel *hereditaria*,
vel *successiva* esse posse. Im si quas, qui-
nam regna sint pactione alia, quatenam ubi
fructuaria, vel rebus alienabilis vel inalien-
abilis? Resp. pactionalia sunt;) omnia
belio adquirent, nisi sollicita pace aliud pla-
uerit, e. g. regnum Turcicum, Siculum,
Neapolitanum &) omnia, quę ea lege a po-
pulo data sunt, ut imperantes de iis libere dis-
ponant; si Res, cuiuslibet veteris impera-
tionis familia hęcque imperatricis pro-
prium elegere imperatorem, & ea quidem
lege, ut imperium eo iure haberet ac an-
ecessores. Cuius usque antecessores illud
haberent tanquam alienabile, ipsi quoque
successores ex nova familia ius alienandi
sibi vindicarent. Usufructuaria sunt omnia
reliqua, & de electis indistincte dici po-
tunt, ea esse usufructuaria.

CAPUT X.

De modis adquirendi imperium, imperii
monarchicam.

Omne imperium adquirendi pacto legit
imperantes & civis uno, jam supra
diximus. Omne pactum requirit consensum,
ergo omne imperium requirit consensum,
sic

sic imperat rex Sveciæ, quia Sveci con-
fenserunt; Sathanus Græciæ, quia Græci
confenserunt in eius imperium. Mallent
quidem, non subissent, sed cum vident,
id fieri non posse, confensione, quod in-
de patet, quia non rebelant. Ex eo pa-
tet, *consensum* illum esse vel *mutuum*,
vel *vi occupatum*, vel *mixtum*, quod postre-
mum recte adjicit Titius. *Mutuum*,
quando sine coactione & vi populus ali-
cui dedit imperium, e. g. Georgio, regi
Britannię, Friderico, regi Svecię; *vi oc-
cupatum*, quando accedit vis & coactio,
sive iusta, ut vi occupata ab imperatore
Neapolis & Sicilia, quod ex titulo iudi-
candum; sive iniusta, ut Turca occupa-
vit imperium Constantinopolitanum, qui
nullum habet iustum titulum; *mixtum*,
quando prius imperium vi mutatur, pos-
terius ultroneo consensu constituitur, e.
g. Jacobi II. regis Anglię imperium vi
cversum, Gulielmi Aragonensis ultra ad-
missum. Ea vero distinctio non modo lo-
cum habet in monarchia, sed & in ar-
istocratia, vel democratia. Sic aristocra-
tia adquirendi ultroneo consensu, si opti-
mates eligantur, usque deferatur impe-
rium; violento, si optimates veteres expel-
lant re publica, & sibi vi vindicent im-
perium; mixto, si populus optimates expel-
lat, novaque electione confirmat. Demo-
cratia adquirendi consensu ultroneo, si mo-
narcha ultimus perat, vel resignet impe-
rium, e. g. Codrus rex Atheniensium, vi
violenta, si populus expulsus optimatibus,
vel

vel monarcha imperium sibi vindicet, e. g. Siraculis, mixto, si primum vi expellatur monarcha vel optimates, & deinde transfusione populo resignatur imperium. Mixti autem nullam habet rationem, adcoque agit de modis adquirendi regnum per consensum rei rationis, §. 2. per consensum utriusque, §. 3. ad fin.

§. II.

Modus violentus vocatur *occupatio*, quae ab ea, quam supra lib. 1. cap. 12. §. 6. expendimus, plane diversa est; nam illa est rerum nullius, haec imperii, quod iam imperantem habet; illa sine vi, haec cum violentia. Est itaque *occupatio* imperii per vim sive iustam sive iniustam acquisitione, adeoque est *vel iusta*, quando occupationem bellicam praecedit iustus titulus, e. g. occupatio Siciliae & Neapolis; vel *iniusta*, quando quis, nullo praevio iusto titulo imperia opprimat & subjugat, quo nomine Scytharum legatus apud Constantem Alexandrum & latronem totius orbis appellatur. Quare de posteriore, (de priore enim nulla dubitatio est), an quis imperium latum adquirat, simul ac illud eius armis cessit? Neg. nam 1) sola vis, quamvis ei fortuna faveat, non tribuit iustum titulum; 2) insulsius belli exitus nemini jus extinguere potest; 3) cum semper victa idem jus sit expellendi victorem: quod hic sibi arrogavit, non potest dici, victorem sumo & indubitato iure habere imperium. Potius arguemur in quacumque re alteri jus est, illud victor pleno iure non adquisivit: in imperio occu-

occupatio alteri jus est; ergo illud victor pleno iure non adquisivit. Itaque in monarchia & aristocratica victori, qui imperium iniusto titulo occupavit, jus nasci potest 1) imperantibus, quibus jus erit, excludis, e. g. Turca iniuste apprehensit Constantinopolitanum imperium, ei de iure jus natum, cum Constantinus Palaeologus & reliqui ex imperatrice familia bello vel factu perierant; ubi enim nemini jus vindicandi est, ibi possessor rem adquiret 2) pace facta & victis iuri suo recumbentibus: ita e. g. iam iusto titulo Russi possiderent Livoniam, Ingridiam, & Finoniam partem, quia Syeci recumbant iuri suo. In democratia contra unus modus est, consensus populi, vel expressus, quando populus pacem facit, vel tacitus, quando in victoris imperio acquiescit; ita priore modo Lacedaemonii imperium in Athenienses, postea Philippus & Alexander M. in plerisque minores Graeciae res publicas adquisiverunt.

§. III.

Modus electione consensu populi adquirendi imperium vocatur *electio*, per quam intelligi constitutionem voluntariam imperantis ab ipso imperio factam. Hic nulla vis est, quis & penes populum est liberissimum arbitrium, quem velit eligere, & penes electum, vel tunc sibi delatum imperium suscipere. Ea electio est duplex: eligitur enim 1) vel per se regnabit, tunc regnum est electivum, & toties nova electione opus est, quoties imperans deficit, §. 1. 4. *Rein. de Off. R. M. & Capit. S. 2) vel*

2) vel familia regnatix, tunc regnum est successivum, & non instituitur nova electio, quamdiu quis superest ex illa familia, §. 5. *seqq.* Electio primi generis requirit, 1) ut eligentes sint habiles, iſve iam sit eligendi; tales in Polonia sunt totus populus, quamvis nobiles tantum eo nomine veniant; in Germania electores; hinc si in Polonia factio, in Germania reliqui principes imperantem eligent, illegitima foret hæc electio; 2) ut plura suffragia tulerit candidatus; si enim duo electi sine vel paribus suffragiis, vel a duobus factionibus, nihil esset actum, idque vocatur schisma vel divisio regni. Tunc armis plerumque res geritur, cum neuter sit iustus imperans; talis status in Germania fuit simul electo Philippo Svevo & Ottone IV. 3) ut vere sit interregnum; hinc iniusta electio vivo adhuc principe cum in hunc facta, ut ei jus curatum auferatur iniuste; talis electio Rudolphi Svevi & Hermannii Luzeburg. vivo Henrico IV. Piderici II. vivo Ottone IV. Caroli IV. vivo Ludovico Bavaro; 4) ut electus denunciatum sibi electionem acceperit; hæc si concurreat, ex electione jus nascitur, quod auferri deinde non potest, nisi imperans contra conventiones dolo malo egerit.

§. IV.

Electio nem precedit *interregnum*, quod est status, quo imperium sine ordinario imperante est, dico: *ordinaria*, quod etiam vago dicunt: *sine legitimo imperante*, id ab initium, 1) quia sine anarchia esset, ad-

eoque

eoque nulla res publica, 1) quia tempore interregni vere est imperans, sed extraordinarius, e. g. in Germania vicarii imperii, in Polonia primas regni, Ronæ interreges; ergo frustra auctor querit, qualis sit tempore interregni status rei publicæ? frustra putat, rem publicam ad imperfectum statum relabi, frustra denique primum tantum pactum inter cives superesse contendit, sed status est æque perfectus, ac tempore regni. In eo tantum est differentia, quod qui rei publicæ præsent, sunt magistratus vel imperantes extraordinarii. Ceterum *interregnum* est vel *speciale* seu *ordinarium*, quod in regnis electivis contingit, quoties legitimus imperans defuit, quale est Germania, Polonia; vel *generale* seu *extraordinarium*, quod contingit in regnis successivis, quoties familia regnatix extinguitur, & de futura successione nihil constitutum est eventualiter. Tali quid contingit in Gallia extincta familia Carolingica; in Russia extincta familia Jo: Basilovitz. Sed posterius generis inter regna raro contingunt, 1) quia plerumque in accessum de rege futuro deliberatur, & certi quid constituitur, quod in Anglia factum, 2) quia plerumque superiunt cognati proximi, qui sibi imperium jure successionis vindicant, amilque rem decidere laborant. Exemplum vidit Lusitania, mortuo Sebastiano rege, 3) quia hic status est miserimus ob incertitudinem, qui interrex futurus sit, quis eligendus, ut præmittimus factio-

S. 2. nes,

412 *Lib. II. Cap. X. De modis*
nes, procerum fraudes, candidatorum am-
bitum, &c.

§. V.

Hactenus de ultroneo consensu, qui se
exerit in electione: sequitur de consensu
in successione. Regnum aliquod esse suc-
cessivum, non adeo convenit principis rati-
onibus, 1) regnum enim ac magistratus
sunt officia personalia, adeoque non tran-
seunt in heredes, 2) eligitur personæ in-
dustria, fortitudo, prudentia, qua non
erunt semper in heredibus. Quandoque
tamen animadvertunt homines, quam pe-
niculosa sit electio, quantisque cum vir-
bis conjuncta, maluerunt pro persona eli-
gere totam familiam regnatricem, ac in-
de nata sunt regna successiva. Hinc fa-
ctum, ut reges veteres nomen primi re-
gis adquirentes pro nomine regis usurpa-
rent, & hinc reges apud Aegyptios dice-
rentur Pharaones, apud Partios Artaxi-
des, apud Edessenos Abgani, &c. Est ergo
regnum successivum, ubi non persona,
sed tota familia ad imperium evchitur,
ita ut quamdiu illa supereat, novæ ele-
ctioni non sit locus. *Aristocrasia successiva*,
in qua certæ familie ad imperium evchun-
tur, & extra illas nemo ad consilium pu-
blicum admittitur, uti Venetiis, *Democra-
cia successiva*, in qua soli cives originarii
comitiis interesse possunt, adiciuntur
excluduntur. Illa successio vero dependet
vel 1) ab arbitrio ipsius imperantis, §. 1. 6.
7. vel 2) ab arbitrio populi, §. 8. seqq.

§. VI.

admirandi Imperium, C. 1. 413

§. VI.

Ab arbitrio solius imperantis pendet in
regnis patrimonialibus: cum enim hæc re-
gna res possit pro lubitu alienare, (cap. 9.
§. ult.) poterit etiam de iis inter vivos &
mortis causa disponente. Hinc 1) potest
condere testamentum, & heredem regem
scribere, quemcumque placet, id quod
factum novimus nuper a Petro, Russiæ
imperatore; cumque ita, qui tellatur, sit
summus imperans, is vero legibus civili-
bus non teneatur, (cap. 9. §. 3.): sequitur,
quod ejusmodi testamentum nullis
indigeat solemnitatibus, sed sufficiat, si
de voluntate constet testatoris. Plurim-
que tamen aut testes quidam adhibentur,
aut ordinum subscriptio vel juran-
dum, ne deinde minime in suspitionem
veniant, eorum artibus ejusmodi testamen-
tum elicitum esse; 2) potest regnum di-
videre inter plures liberos, quod olim fe-
cisse novimus Masiniam, Numidarum re-
gem; (vid. Sallust. de bello Jugurth.)
Ludovicum primum imperatorem, Ludovi-
cum Germanicum regem, Arnalphum im-
peratorem; 3) potest & filiam in partem
vocare, cuius tamen exempla sunt rarissi-
ma, 6 filii supersuerunt; 4) potest & suc-
cessorem adopare, veluti factum ab Augu-
sto, Claudio, Nerva, Trajano, Hadriano,
Antonino pio; 5) potest & naturali filio
regnum deferre, quod Masinila fecit Jugur-
thum in partem vocans; 6) potest & extra-
neum regem nominare, veluti Petrus I. Impe-
rator viduan; 7) i) nemo unquam ex pluribus filiis
S 3 regnum

stantiæ, matris Friderici II. Imperatoris, quæ sibi publicè peperit, quia quinquagenaria erat, & populus suspicabatur, eam se gravidam simulare; 4) ut mares præferantur feminis, & hæc vel plane excludantur, vel in subsidium tantum admittantur; id enim finis exigere videtur. Aliæ prærogativæ non considerantur, modo primogenitus non plane ineptus sit, e. g. Iuridicus. De Peris tamen refert Procopius, de bello Persar. 2. Iulium aut alio quodam viro notatum nefas esse Peris regem creare; 5) ut locus sit prærogativæ; 6) ut successores id jus adgnoscat tanquam beneficium antecessoris; unde ejusmodi rex est successores singularis, qui non tenetur præstare facta antecessoris, & æs alienum regis ultimi privatim solvere.

§. X.

Jam de de peculiari succedendi ratione in regnis quibusdam recepta. Successio illi dividitur in *immediatam* & *graduatam*; *lineam*, quando quamvis quis ex una linea imperites sit, is succedit; *gradualis*, quando non considerata linea propinquo gradu indistincte admittitur. Sed gradualis in principibus quidem quibusdam Germaniæ obtinet, quemadmodum hæc jure in successione Altenburgenfi Ernestus Gothanus excludit Vinarienteses.

§. XI.

Successio linealis potro alia *agnatica*, qua & cognati ab illis descendentes in perpetuum excluduntur, quæ ideo placuit

cur tot gentibus, ne in extraneis imperium devolvetur. Carolo pulchro rege Franciæ 1327. exstansdo præferbatur Philippus Valesius Eduardo Anglo, licet

quæ & *Castilianæ* vocatur, ubi masculi præferantur feminis ejusdem gradus, hæc tamen admittuntur deficientibus ejusdem lineæ masculis.

Quæstio superest, si controversia super successione oritur, quis sit iudex competentis? 1) Nullus est ea in re ordinaria jurisdictione, ob status naturæ indolem, 2) ne ultimi regis quidem, (quæ non loquimur de regno patrimoniali), nisi populus ei hæc potestatem fecerit. Exempla tamen sunt apud Juris. *Hist. XI.* non est superior illis, qui de regno ducunt; 4) superest ergo arbitrium, quod deferitur vel ordinibus, uti in Francia, mortuo Carolo pulchro. *Potiora. Valesius. lib. III.* vel ad populum, cuius rei exemplum apud Dionys. *Hæc. lib. 2.* vel alicui ex familia, uti in Lusitania Henrico Cardinali. Sed plerumque res armis potius, quam jure terminantur, seu ipsa experientia saus superque

CAPUT XL

De Officiis summorum Imperantium.

§. I.

Quæ hæcenus explicata sunt, ad naturam civitatis vel rei publicæ pertinent, ex ea vero & sine maxime pendens officia tum summorum imperantium, tum ceterorum, hinc de illis agitur a cap. 12, 17. de his cap. 18. Hic de illis agitur 1) in genere §. 1. 2) in specie §. 2. ad fin. Distinguis, ea dependere maxime a fine civitatum, qui erit securitas tum externa, tum interna. Cum ergo officia se hæbeant tamquam media ad obtinendum hanc finem necessaria, inde non potest non fluere axioma: 1) quidquid ad securitatem rei publicæ tam externam, tum internam pertinet, id & ad officium summi imperantis pertinere censetur; talia enim oportet esse media, qualis est finis. Ac quamvis ad finem præcipue respiciendum sit: non minus tacite de ex reliquis, quæ hæcenus præstruximus, principis familia axiomatica fluunt, ex quibus de imperantis officio judicari potest, nam quia audivimus, civitates patris coaluisse, facile patet, verum esse axioma 2) officium summi imperantis est, quidquid patris primævis, per quæ res publica coaluit, conservandum est. Præterea cum demonstratum sit, patres imperii esse jura majestatis immanentia & transfusiva,

summorum imperantium. 419 inde sunt necessario axioma 3) officium summi imperantis est, jura majestatis tum ad conservare ad salutem civitatis & rei publicæ. Denique cum affectiones quasdam rei publicæ vel civitatis huic vel illi proprias esse ostenderit, per se intelligunt axioma 4) summo imperanti eo scilicet esse debent leges imperii sui fundamentales, & contra easdem nihil inculcandum.

Primum ergo quod inde fuit officium speciale summi imperantis est cogitare tantum, quæ ad illud officium pertinent, adeoque principem, eosque, qui imperio destinati sunt, a juvene instrui oportet, quomodo officio suo fungi debent, nam 1) officia sunt ex fine, ergo inculcandum principi, quis finis rei publicæ sit, & facile ea in se aberrantur existimabuntque, populum sui, non se populi causa esse; 2) regenda est res publica: quod regere tenetur, id cognoscere debere debeo, ne equum quidem recte rego, nisi etus indolem conpetam habeam, ergo ipsi inculcandum, quomodo in rem publicam coalescant homines, quibusque prædicta tenentur tum imperantes, tum civis; 3) exercere debet patres imperii seu jura majestatis, in quorum ergo illa consistant, adquate scire debet, ne pro iuribus injuriam civibus faciat; 4) denique cum ignoti nulla cupido, quomodo poterit princeps leges fundamentales servare velle, quas ipse ignorat? Officij solet, 1) quæ ignorat princeps, scire debere ministros? Resp.

et niguitos non omnes conscientia habere rationem; male eos sepe abuti iuribus majestatis, nisi princeps ipse eorum consilia regat; 2) principes eruditissimos plerisque male praesente rei publicae, veluti Alphonsum sapientem regem Hispaniae, Jacobum I regem Angliae & Resp. eruditionem aliam esse principum, aliam privatarum; Alphonsus soli astronomiae & astrologiae studebat, haec nihil ad rem publicam, Jacobus studiis grammaticis delectabatur, adeo ut loquutus Galliae regis eum vocaret potentissimum grammaticum, grammatica vero docet quidem, quomodo verbum regis nomen, non autem quomodo imperans regere debeat rem publicam. Itaque studia principis debent esse 1) pietatis, sine qua nihil recte; cum superiorum non habeat in mundo, scire debet, esse superiores Deum, qui omnia videt, 2) notitia generalis principiorum juris naturae, politicae, juris publici & privati, 3) specialis notitia rei publicae, cui praesit, imprimis vero fori domus, quo praecipue facit 4) historiae gentis adcurata, 5) studia militaria. Haec necessaria, reliqua utilia tantum, veluti mathesis, studia linguarum abstraharum, exercitationes corporis.

§. III.

Officium speciale secundum: *populi salus suprema lex esto.* Cicero non hoc dicitur in *libro 1. de legibus*. Demonstratio: quidquid est summi imperii finis, id suprema eadem lex est: populi salus, &c. ergo, &c. Obijciunt ea doctrina politicae, abie-

ram imperiorum finem esse salutem populi, aborum summi impetuous, e. g. in rebus publicis herilibus, despotis, regum barbaricis? Resp. 1) politica non docet, quid iustum sit, quid decet, quid honestum dicendum, sed qualia de facto salteant esse imperia, & quomodo illa prudenter conservanda emendandaque sint; 2) nihil vere utile esse potest principi, quod idem utile non sit populo; apparet tantum est illa salus principis, quae ab utilitate populi sejuncta est, quidquid enim princeps habet, habet a populo; sans ille debet esse inexistens. Quis noster tutus esset princeps, qui centum milia ducibus mendicorum hominumque infelicissimorum imperaret? Ergo pessimi sunt ministri, principique suo maxime auxili; qui utilitatem populi ab utilitate principis sejunxerunt, illumque opprimere student, ut huic profint, quod perinde est, ac si quis corpus vinceret membris, ut omnia alimentis accretam capiti.

§. IV.

Tertium officium est *cura disciplinae*, quae differt ab officio legislatoris, leges enim feruntur de iusto & utili; disciplina magis ad ea, quae decora sunt, pertinet; leges poenis severioribus manuantur, cura disciplina alius modis; legislatoria potestas Romae erat poenis populum, cura disciplinae poenis censors. In monarchiis utrumque ad principem pertinet, principis ergo est, curare 1) ut cives pie sancteque vivant, hinc cura religionis.



UNIVERSIDAD AVTE ALCALA DE HENARES



Et praeceps maxime; 2) ut otium, luxus, commensationes impediantur; 3) ut civis atibus honestis imbuantur; 4) ut decore vivam; 5) ut commercia floreat, nec fides publica laboret; 6) ut pollicia in re publica bene sit ordinata; 7) ut artes & studia floreat; quomodo haec omnia obtineri possint, politica docet. Aliquando id magis principia exemplo, quam legibus obtinere; permultum quoque huc faciunt praemia, privilegia, nova insania, vel saltem exillimationis periculum, excitato amulio cum exteris. Experientia docuit, gentem Romanam nimis male morum his tantum mediis ad humanitatem vitam & disciplinam breve intra tempus traditam; quantum magis sperare liceret, disciplinam in gentibus jam probe institutis conservatam iri facillime, si ejus rei curam suscipere vellent imperantes.

§. V.

Cum *lex ferenda* quantum est principis officium, requirit enim hoc pactum, ut una sit in re publica voluntas, leges ergo praestitum debere, quid velle cives oporteat. Jam illa legislatoria potestas maiorem requirit prudentiam. Distinguendum enim inter facta necessaria, quae jure naturae jam sunt definita, & tantum rationis exillibus manunt, hoc facilis est legislatio; & inter facta in se indifferencia, de his leges prudentes ferre difficillimum; nam in his respiciendum 1) ad utilitatem rei publicae, 2) ad reliquas leges, 3) aliquando etiam ad vicinos. Hinc una saepe

vel altera lex imprudenter lata rem publicam plane periculum dedit, e. g. lex: *inter patricios & plebem jus canonibus no esse*, hinc concinna est monarchia & aristocratia, non vero democratia. Ceterum 1) leges oportet esse paucas, 2) ubi nimis multae, ibi homines incidunt in leges, tamquam in loquentes, h) nimis multa facile sibi invicem adversantur, e) plura jam lex naturae definit, ubi non legibus, sed sanctione opis est; hinc leges XII tabularum brevis sanus, itemque leges Solonis, Lycurgi, & lex divina Moysa, a) planas ac perspicuas, non quos casus omnes exprima debent, sed d) ut regulae sint universales, ex usque casus omnes possunt explicari; 3) ut rei publicae sint convenientes, id est, fini & formae rei publicae & indoli civium; hinc si finis esset commerciorum ampliatio, & leges libertatem negotiandi restringeret, commerciorum arena imponeret immodica, potestatis minime faveret, non obviaret finis. Si in democratia nihil nisi multae ac eximia praerogativa concederentur, destrueretur facta vel publicae, si vulgus rerum usurarum cupidum in democratia admitteretur ad rem publicam, lex esset indoli populi minus conveniens.

§. VI.

Quantum officium, *legum executio*; alios enim 1) leges evalescent, quam primis videant homines, eas impune violant, 2) immo frustra essent; hinc in rebus publicis, 1) legum custodes esse debent, quae

quales apud nos advocati & procuratores
liciti; civiles enim actiones facile insti-
tuunt homines, quia actorum interest
non autem criminales; b) executio de-
bet esse facilis & brevis; saepe enim bre-
vis injuria tolerabilior est, quam longa
justitia; hinc dicitur processus quovis
modo coercendi; c) executio sit equalis,
ne imperans

Dei gratiam amovis, vixi confusus columba.

Hinc non facile dispensandum, nec po-
tentibus aliquid concedendum contra le-
ges; aut enim aliis nocet imperans, si his
jus questum, aut sibi ipsi, dum legibus
suis auctoritatem detrahit.

§. VII.

Ex his sextum officium fuit, ut *penas*
prudenter instigat; hinc i) poenae debent
esse necessariae, ne libertas civium praeter
necessitatem restringatur; absurda lex Per-
fica, ut nemo iura triduum quidquam
praeter a Die & hominibus; 2) eadem,
si vitam non adimunt, ita comparatae sint,
ne hominem reddant plane inutilem; ita-
que non laudanda poenae infames, quibus
homines non emendantur; 3) poenae de-
lictorum non temere ad mortem extenden-
da; admiranda omnino Augusti pruden-
tia, qui gravissima delicta pleraque de-
portatione coercit; ita 1) reus plurimum
calamitatis ferebat, 2) bona ejus in vicum
redigebantur, 3) nihil ab homine illo me-
tendum erat, & 4) ipse Augustus cle-
mentiae laudem ferebat; 5) crescentibus
nomen delictis poenas crescere debere,

nullum est dubium, aliquando enim ho-
mines lenioribus mediis ad sanitatem re-
duci non possunt; sic delictis, furta, rap-
inae vix cessarent, nisi poenae capitales
homines coercerent, & tamen ha quoque
homines vix coercent.

§. VIII.

Septimo & *civium inter se injurias pro-*
hibere est summi imperantis, id est, non
patitur quemquam ab alio impune laedi,
injuriis contumelisque adfici, contentis, &c.
nam repugnaret hoc sui rei publicae, se-
curitati interae. Itaque 1) nulli status in
alecium quidquam indulgere debet, e. g.
ut potentiores plebem impune opprimant
spolientque; 2) nulli deneger justitiam
etiam vilissimae sortis homini a potentio-
re laeto; 3) ordines existimatione & di-
gnitate differant, non injuriis; hinc in
civium res abut, quum Romae jus sibi
vindicare optinaret, debitores ex ple-
be in nervo habendi; 4) nemini van-
dida privata, sed defenso tantum per-
mittatur; nam a) ita vi, non jure res
amittit, b) obsequium renunciat mag-
nistratus, c) quisque iniquissimus esse ju-
dex in sua causa.

§. IX.

Octavo & *circa ministros & magistratus*
talem se gerat, ut nec sibi, nec rei pu-
blica summum adferat detrimentum. Per-
quam necessarium est hoc officium, 1)
quia hi ministri omnia agunt nomine prin-
cipis, ac huic proinde omnia solent im-
putari; sic Tiberio vitio vitabatur, qua-
cumque



UNIVERSIDAD SALAMANCA



eumque egerat Scipio, praefectus pectonio; 2) quia plerumque principis & rei publicae solus penderet a ministrorum prudentia; Augusti summa felicitas, quod haberet adjuvatores prudentissimos, Agrippam & Mecenatem. Itaque 1) neminem ad ministerium vocet, nisi muneris suo partem futuram: sane

principis est vitiorum maxima, posse suis;
 a) vitas explorat fidei non temere muneribus moveat, injuriisque aliis adficiat, quia 2) hoc in se injustum, b) alias deterreret a vera laude, c) saepe & incitat ad vindictam; exemplum Narcisus; 3) neminem temere per salum trahat ad honores, quia juvenes, quantumvis rerum periti, experientia destituuntur; elegans veterum sententia: *laborare juvenum est, consilium veterum iussa arari; precari senum;* 4) diligenter eorum acta inspiciat, & male agentes puniat, 5) ipse audiat civium querelas, inserit consilia, rationes sustinagantium expendat.

§. X.

Tributorum cura nonum imperantis est officium, qua in re sualem se gerere debet, ex ipso sine facile patet, qui est necessitas rei publicae, seu conservatio securitatis internae & externae, ergo tributa illo fini debent esse proportionata, nec plus exigendum, quam opus est; 1) non temere movenda bella libidinis & ambitionis causa, ita enim acrius minus necessarius premuntur cives, 3) nec ad inaequas redigantur cives; elegantem Asiatici, cum

eum duplum indicatur ab Antonio, perveniat ut duas menses quotannis efficiat; 4) det operam, ne tributa intervortantur multitudinis quodlibet; Paesetius, scriptor Palmyrae, conquevit, in Polonia in collatione tributorum idem fieri, quod tolerat tempora incendiis, ut quam multa conferant, & paulillum tamen ad ignem extinguendum adhibeatur, plurimum consumatur in via; 5) his adhibeat tributa, quibus destinata sunt.

§. XI.

Decimum officium, habere curam facultatum privatarum, ut glificent & augeantur, ita enim & Imperanti non deest neque rerum gerendarum. Hoc fit, 1) si efficiant commercia, eaque non nimis oneribus premantur, 2) si artificia promoveantur, 3) si rei monetaria habeatur ratio, ne pro proba moneta adulterna vel monesta per rem publicam ambulet, 4) si leges sumptuarias ferat, easque stricte observandas curet, 5) si otium quovis modo prohibeat, quam in rem insignis vultus ergallulorum, aliarumque operarum publicarum, 6) si furta, rapinae, medicorum improborum & vagabundorum audacia praesidenter coercantur, denique 7) praecipuum medium est, dispicere, ut semper plus exportetur ad alios, quam importetur.

§. XII.

Undecimum officium est conservatio civium civium; uno consistit in unitate voluntatum, quae obtinetur per submissionem, omnium ergo civium voluntas subesse debet voluntati.

voluntati solius Imperantis. Ergo 1) impedienda factiones; ubi enim hæc, ibi scilicet sunt voluntates, & cum Imperans utriusque factioni favere nequeat, alteram sibi adversam habebit, 2) coitiones civium, quæ & heteræ, conventuales, prohibentur, sunt enim hæc medium & causa factionum; qui effectum non vult, nec causam velle debet; Romanorum curæ, & heteræ erant, Christianorum persecuciones, *Plin. Epist. X. 97. 3*) ne sit res publica in se publica; ita enim plane dissolvitur res publica; ubi quedam membra a se publica non dependent, ibi non amplius est una res publica: hinc patet ratio, cur licet dictatores aliquando dixerint Romanis in se trepida, non tamen prius adqueverint, quam & adversus hos valeret jus exterræ provocacionis ad populum.

XIII.

Duodecimum officium est, virtutem civium, *aristoteli peritiam alios*, nam 1) hoc requirit finis rei publicæ, securitas externa; 2) serum nimis est, de ea te cogitare; ubi jam Hannibal ante portas; 3) infida semper pax in statu naturali est, ergo in promptu semper debent esse arma militæque, qui arma rite gerant; hinc sequitur; a) ut in promptu esse debeat apparatus necessarius, munimenta, arma, comæatus; b) ut arationum bellicum recte se habeat; c) ut semper iustus sit militum numerus, sive lectiorum, sive mercenariorum, sive sociorum, prout rei publicæ souna admittit; 4) ut viciorum consilia

scilia & vires diligenter exploret, quod optime fit per legatos ordinarios; 5) scedeta ut contrahat cum iis, quorum eadem est utilitas, alias parum constans erit foedus, & dissipabitur iusto citius, vel sine fructu erit ob conventiones de pace particulares.

CAPUT XII.

De Legibus Civilibus in specie.

§. I.

Proximum supra, de singulis iuribus maiestatis privatoribus actuum scorum auctorem; id iam præstat sequentibus capitibus, & quidem hoc capite de *legibus & imperantis circa eas officio* disserit, & quidem 1) *quid principi liceat circa leges naturales*; 2) *quid legum esset*; 3) *quid iustus imperantis*, & quomodo a lege differat; 4) *quid iustus imperantis*, & quomodo a lege differat; 5) *quid iustus imperantis*, & quomodo a lege differat; 6) *quid iustus imperantis*, & quomodo a lege differat; 7) *quid iustus imperantis*, & quomodo a lege differat; 8) *quid iustus imperantis*, & quomodo a lege differat; 9) *quid iustus imperantis*, & quomodo a lege differat.

Lex civilis auctor est decretum summi imperantis civilis, per quod civibus injungitur, quid in vita civili scere, quidve omittere debeant. *Deorum*; rectius præceptum, decretum enim ludicium non obligat, sed promulgatio. *Summi imperantis*; ergo non magistratus, quorum decreta valent inter partes, non in publica universa; & quomvis aliquando edant magistratus etiam decreta communia, *grotio Respondeo*, illa tamen non valentur circa novum jus, sed tantum circa formalia processualia. *De*

voluntati solius Imperantis. Ergo 1) impedienda factiones; ubi enim hæc, ibi scilicet sunt voluntates, & cum Imperans utriusque factioni favere nequeat, alteram sibi adversam habebit, 2) coitiones civium, quæ & heteræ, conventuales, prohibentur, sunt enim hæc medium & causa factionum; qui effectum non vult, nec causam velle debet; Romanorum curæ, & heteræ erant, Christianorum persecuciones, *Plin. Epist. X. 97. 3*) ne sit res publica in se publica, ita enim plane dissolvitur res publica; ubi quedam membra a se publica non dependent, ibi non amplius est una res publica: hinc patet ratio, cur licet dictatores aliquando dixerint Romani in se trepida, non tamen prius adqueverint, quam & adversus hos valeret jus exterræ provocacionis ad populum.

XIII.

Duodecimum officium est, virtutem civium, *aristoteli peritiam alere*, nam 1) hoc requirit finis rei publicæ, securitas externa; 2) serum nimis est, de ea te cogitare; ubi jam Hannibal ante portas; 3) infida semper pax in statu naturali est, ergo in promptu semper debent esse arma militæque, qui arma site gerant; hinc sequitur; a) ut in promptu esse debeat apparatus necessarius, munimenta, arma, comæatus; b) ut arationum bellicum recte se habeat; c) ut semper iustus sit militum numerus, sive lectorum, sive mercenariorum, sive sociorum, prout rei publicæ laudæ admittit; 4) ut viciorum consilia

scilicet & vires diligenter exploret, quod optime fit per legatos ordinarios; 5) scedat ut contrahat cum iis, quorum eadem est utilitas, alias patum constans erit sedus, & dissipabitur iusto citius, vel sine fructu erit ob conventiones de pace particulares.

CAPUT XII.

De Legibus Civilibus in specie.

§. I.

Proximum supra, de singulis iuribus maiestatis priviatis actuum scorum auctorem; id iam præstat sequentibus capitibus, & quidem hoc capite de legibus & imperantibus circa eas officio disserit, & quidem 1) quid principi liceat circa leges naturales; 2) quæ legum essentia; 3) quæ legum iustitia; 4) quæ legum iustitia; 5) quæ legum iustitia; 6) quæ legum iustitia; 7) quæ legum iustitia; 8) quæ legum iustitia; 9) quæ legum iustitia.

Lex civilis auctor est decretum summi imperantis civilis, per quod civibus injungitur, quid in vita civili scere, quidve omittere debeant. *Decretum*; rectius præceptum, decretum enim ludicium non obligat, sed promulgatio. *Summi imperantis*; ergo non magistratus, quorum decreta valent inter partes, non in se publica universa; & quamvis aliquando edant magistratus etiam decreta communia, *gerone Reschoids*, illa tamen non velantur circa novum jus, sed tantum circa formalia processualia. *De*

Lex civilis, hæc differentia legis civilis ab aliis legibus, nam lex naturæ in specie non supponit vitam civilem, sed humanam, cum vero lex debeat, quid facere, quid omittere debeat cives, consequens est, ut *lex* sit vel *preceptiva*, quæ quid vetat vel prohibet, e. g. ut rufici operas præbent dominis, vel ne vasalli inconsulto domina prædia vendant, vel *permisiva*, quæ libertatem civibus integram relinquit, e. g. ut cuique licet usuras legitimas accipere. Hæc quoque veteres sunt leges, quia obligare concives, ut concivem non turbare exercitio huius *lexis*.

II.

Sed majoris quoque momenti est divisio altera, quod lex civilis sit vel *essentia universalis*, quæ quidem alterius sunt originis, sed auctoritatem civilem ab imperante acceperint; hinc multæ leges originæ sunt juris naturæ, e. g. de homicidiis, furtis, adulteris, &c. multæ sunt originis *preceptivæ*, veluti apud nos jus Romanum, jus *Wysbientis*, apud Romanos jus *Græcorum* in XII. tabis expressum, sed auctoritatem in te publica habent hæc leges a summo imperante; vel *ratiocinativæ*, quæ originem suam ab iplo summo imperante habent, e. g. ne liceret de alimentis transigere, ne quarta Falcidia legatis, Trebellianica hæredum committis detrahatur, ne merces quedam vendita invehatur in rem publicam. In illis non præcipitur, sed lanceio poenalis ab imperante est; in his utrumque non alium auctorem habet, quam principem; hæc inini-

flatum est lex, illud aliquando inini non est lex, sed sententia privati, quæ tamen auctoritate summi imperantis vim legis accipit, e. g. leges *Ulpianæ*, *Papirianæ*, *Paulianæ*, &c.

§. III.

Jam, quid liceat imperanti circa leges naturales, dispendendum. Multas leges juris civilis esse ex jure naturæ & gentium, jam *Ulpianus* nosse *L. 1. de justis. & jar.* observavit; ergo statim quaeritur, ad quid opus sit illa repetitione, ut nempe jus naturæ & gentium novis legibus civilibus ab imperante inculcetur, quidquid enim natura jam cognitum est, id non indiget nova promulgatione? Sed 1) non omnes homines in te publica actu ratiocinantur, quid juris natura sit; multi, quin plurimi consuetudine peccando eo perveniunt, ut potum assument præcepta illa naturalia, ergo imperanti illa repetere & promulgare tenetur, e. g. nelanda crimina quis pro licitis habet, veluti Venerem nebandam; 2) quamvis quidam generalia juris naturæ præcepta teneant, facile tamen in circumstantiis specialibus, & applicatione illorum præceptorum ad has circumstantias falluntur, opus ergo est enumeratione & determinatione ejus modi casuum difficultiorum, e. g. quisque se perigat moderatè inculpare suæ; 3) quamvis jus naturæ nil nisi justum inculcet, illud tamen potum efficaciter & auctoritatis esse habituram, nisi accederet sanctio poenalis, quæ a solo principe est vel summo imperante.

parante, poena erga addenda, Sexta, de ira, II. 27. *quam angusta res est, ad legem bonum efficit quanto laxius officium patet, quam juris regula quam multa pietas, humanitas, iustitia, fides exigunt quae omnia sunt extra publicas tabulas.* Hæ vero leges, quibus tantum juris naturæ leges repemuntur, id habent singulare, a) quod subditi sine inexorabilibus, si violent, nec ignorantiam juris præterdere possunt, b) quod poena remitti, vel præceps dispensare nequeat, quamvis c) poenam, si iure divino non statuta sit, mittere possit.

§. IV.

Hoc ut rectius intelligatur, aucter de novo recitet levis partes, quod consistit præcepto & sanctione poenali: prius doceat, quid faciendum omittendumque sit, postea, quid mali imminet, b) præcepto pareatur. Jam jus naturæ habet quidem sanctionem poenalem generalem: nisi hoc feceris, Deum offendas, ilque ultor & vindex erit, & cum quidem omnium: & eadem lex est perfecta, immo homini humana perfectior, quia hanc legem legislatorem se decepturos sperant improbi, quod de Deo sperare non possunt. At jus tamen illud speciale poenam non definit, nec eam delicta statim securitatem prædicat, potius experientia docet, lentam esse Dei vindictam, quia tanta est ejus bonitas, ut spem plus satis ad resipiscendum indulgeat, & cætenus hypothetice imperfectum

est

est jus naturæ, adeoque supplere hunc defectum debet imperans, & addere sanctionem poenalem, sive 1) ut poenam decerneret, quæ tunc vocari solet poena ordinaria, sive 2) ut eam arbitrio judicii designandam relinquat, quæ poena arbitraria vocatur; illi locus est in negotiis, quæ uniformes habent circumstantias a legislatore expressas, e. gr. quod hominem dolo malo occiderit, gladio percutitur; hinc, ubi tam diversæ sunt negotii circumstantiæ, ut generale quid statui nequeat, e. g. in crimine falsi. Absurda hinc dicitur de circo, cap. 14. §. 10. omnia esse juris naturæ quæ præcipit Princeps. & c. 6. §. 16. principum esse, cetera pro lubitu definire.

§. V.

Non solum autem poenis jus civile mutât leges naturales, sed & actiones eis accommodat: adiones sunt media persequendi jus suum in judicio; tales actiones jus naturæ nullas prædidit, quia illud & homines extra civitatem obligat; hinc videmus pacta, quamvis iure naturæ servanda sine, non tamen produxisse apud Romanos actionem, quia leges Romanæ civiles nullam ei accommodaverant. Ubi medium non est persequendi jus suum in judicio, ubi nec est obligatio perfecta, ergo jus naturæ tantum, sanctiones non essent proditæ, in civitatibus esset imperfectum. In civitatibus dico, nam extra civitates alter alterum sine actione per vim bellicam cogere, & jus suum persequi potest, imperantis ergo est.

Nov. de Off. Magn. & Civis. T. I.) c.

1) ex negotiis jure naturæ inculcatis dare actiones, 2) iis recte dare requisiis, ut, locum ne habeant, necne, adparcat, e. g. ut hypothecariz in immobilibus non sit in Saxonia locus, nisi jus pignoris publicæ & judicialiter constitutum, ut de umto agi non possit, nisi pretio soluto, 3) ut præscribatur, quid ex quovis negotio peti possit, e. g. an accessiones, an fructus, & quinam, an percepti, an percipiendi, an existentes an earumque, an futuræ, & numex a tempore litis contestationis adjudicanda: qua in re singularis & admiranda est juris Romani sapientia.

§. VI.

Præterea id licet summo imperanti circa leges civiles, ut possit negotiis jure naturæ præceptis vel permissis certum tempus, modum, locum & personis assignare, etque circumstantias boni ordinis causis definire, quas non definit jus N. e. g. jus N. procul dubio præcipit, ut justitia administretur, ac non præcipit, quando, quomodo, a quibus prævisis personis id fieri debeat; itaque has circumstantias determinat imperans, præcipitque quibus diebus & horis, a quibus personis & magistratibus jus dicendum, ac quo ordine procedendum insinuandus, quæ media rationandi adhibenda, &c. Hæc ergo ordinationum processus judiciarii, in quibus duo extrema cavenda, 1) ut nihil ex parte omnia formalis, statibus, ac instrumentis adstringantur, 2) ne nimis multum relinquatur judiciis &

libertati arbitrio. Ut etiam prius processum immortalem reddat: ita postea occasione dar justitiam pro affectu administrandi, lites protrahendi, tumultuarie procedendi. Noster sæculo ea de re d'ceptatum accurate, quando breviter fieri debeat processus, sed plerique morbi otiolem non intellexerunt, cum in advocatis, ac in iudicibus, an in jure incertitudine, an in forma processus querenda sit, quod ante omnia expediendum erat.

§. VII.

Principi pro fas est, negotiis jure naturæ alias introductis certam formam dare, quam exigere videtur reipublicæ salus. Ita 1) nuptia sunt juris naturæ, quomodo autem & qua forma illæ fieri debeant non præcipit, hinc leges civiles addunt formam & ritum; 2) contractus sunt juris naturæ, ac leges civiles addunt contrahendi formam, e. g. stipulationem, magistratus in expignorationem certam immobilium consentientis 3) si statutus, etiam testamenta esse juris naturæ, de quo tamen merito dubites, quot ritus testamentarius præscripti jus Romanum? Hæc nomia jus civile superaddidit juri naturæ. Cur verò? Respondent hæc nonnulli, sed ipsi deridendi, nam 1) eo ipsa discernere voluerunt veteres, serione an perlatorie eoid actum sit, e. g. ad promittendum facillime ruunt homines, etiam inter perula; serione id factum, ex stipulatione iusticiabant; 2) occurrendum eo ipso fuit salis; quam facile

recitarentur, vel plane supponeretur testa-
 menta, nisi tot opus esset solemnitatibus ;
 c) ea est hominum indeles, ut iis maxime
 capiantur, quæ in senes incidunt ; ita-
 que nescio quid venerabile in se censent
 ritibus & eximonia, adæque & sanctio-
 ra putant negotia solemniter & ex formu-
 la contracta, quam quæ sine solemnitate
 iriuntur, r. p. r. ruptas solemniter totam
 facile Ecclesiam ritibus ; 4) ritus ejusmodi
 publicum testimonium præsent, aliquid ri-
 ritum factum gestumve esse ; sic nemo dubita-
 bit, eos in iusto matrimonio vivere, que-
 rum nupialis accessit benedictio sacerdoti-
 lis. Quare facile intelligitur, cur Roma-
 ni publice privatimque omnia egerint ex
 formula & cum certis ritibus ; ita enim
 solemniter jurabant, bella indicabant, fœ-
 dera contractabant, victos in dedicationem
 accipiebant, judicabant. Conf. Syllog. opu-
 sculus. exercit. X. de jurisjurandis veterum
 Romanorum formulæ, pag. 43 b. c.

§. VIII.

Jani de legum effectu, qui ex earum na-
 tura facile intelligitur, cum enim jus sit
 legislatori præcipere, virelatorum officium
 subditorum erit obtemperare, adeoque ef-
 factus legum est obsequium, sive quo etiam
 frustraneæ essent leges. Obsequium hoc
 non modo ex jure natura nasci, quod
 magistratum obtemperare jubet, verum etiam
 a) ex pacto, nam dum consentire
 subditi in alterius Imperium, consentiente
 etiam in obsequium consenserat. Obijci pos-
 set, id primos tantum fecisse cives ; qui

in republicam coaluerunt) Sed 1) pacta
 etiam heredes obligant, 2) qui in repu-
 blica vivunt, & in ea permanent, varite
 ea pacta sua habent. Jam obsequium istud
 est duplex, 2) externum, quando quis
 lege præcepta facit, prohibita omittit,
 quamvis id non faciat libenter, sed invi-
 tus factus est metu & timidine pœnæ ;
 b) internum, quando quis legibus parat
 ex virtute, libenter vero. Quare ergo ex-
 igitur obsequium? Sufficere plerique pu-
 tant externum, quia 1) imperari de in-
 ternis judicare non potest, 2) ejus partem
 interest, liberet officium faciat subditi,
 an rōcū, modo faciant. Sed id verum
 est, si ad impetrandum respicias, qui omni-
 no a subditis nihil aliud exigere potest ;
 quodsi vero respicias ad Deum, 1) is &
 interiora hominis respicit, 2) semper in
 lege sua exigat obsequium internum ; hinc
 Apostolus nos jubet parere magistratui con-
 scientiæ causā. Verites hujus quæstionis
 in eo se exhibent, ut refellere possimus ho-
 minum errorem, qui peccando contra le-
 ges civiles pœnæ quidem civilis reus se
 esse latentur, ac conscientiam eo ipso se-
 lasisse negant, quasi non sit contra con-
 scientiam restagati præcepto juris naturæ,
 quæ jubet, magistratui ut pareamus. ®

§. IX. CAS

Super sunt jella summorum imperan-
 tium, quæ a legibus differunt, quod leges
 sunt præcepta universalis, omnes cives ob-
 ligantia, jella vero specialia, quæ unum

tantum vel alicorum, ad quos diriguntur, obstringunt, leges sunt praecepta perpetua valitura tandem, donec a Principe ipso abrogentur, juxta vero actum transeuntem spectant, e. g. jubet Princeps carnificem, ut sententiam exsequatur; leges obligant cives indistincte, juxta praecipue ministros, adparitores, officiales &c. Jam quaeritur, an & Principis jussibus sit obediendum & procal dubio, quia eadem est ratio, imperanti parendum, sive omnibus, sive uni quid injungatur. At de iniquis jussibus potissimum quaestio est, an & illis parendum? Distinguit auctor, an factum proprium injungat, an sui facti executionem: priore casu non parendum esse monet, posterio- re tunc obsequium omnino deberi, e. g. non parendum erat obsecratoribus Aegyptiis, quum jubentur Israelitarum infantes occidere, parendum autem est carnifici, si jubetur sententiam exsequi. Enimvero id altum & si enim Princeps jubet exsequi sententiam, de cujus iniquitate convictus sum. 1) magis obediendum Deo, quam hominibus, 2) nec quilibet agere potest contra conscientiam, immo 3) ne realis quidem est illa distinctio; quicquid enim jubet Princeps, semper exsequitur subditus Principis sententiam, seu exemplo obsecratorum Aegyptiarum patet. Nos potius respondemus, distinguendum esse inter jussa aequa, & iniqua; illa absolve exsequenda, in his subdistinguerdum, utrum manifesta sit iniquitas, an oculus: illo caso plus obsequii debeat Deo, quam hominibus, hoc

reluc

recte obsequium prestatum, maxime ubi is qui quid facere jubetur, nec tenetur, nec potest de equitate vel iniquitate jussus judicare. Sic carnificis judicii res non est, an sententia jussa sit; militum gregarium capium superat quaestio, bellum iustum sit, nec ne, militet ergo. At contra conscientiam debiam nihil agendum? Resp. omnia ergo actionem, si in ejus arbitrio sit: sit minus, aut agendum, aut patiendum erit.

CAPUT XIII.

De Jure vitae & necis.

§. I.

Jus vitae & necis est jus majestatis, quod summus imperans exigente republicae salute etiam in vitam civium exerceat; neque enim hic nobis intelligi promiscuum occidendi licentiam, aliquoties monuimus. Possent quidem videri, hoc jus imperanti minime adferendum, quia sibi & seipso rerum publicarum plane videtur contrarium, suis enim republicae est securitas interna & externa, nihil vero magis in tuto esse cupimus, quam vitam nostram, qua nihil est charius, ergo imperantis erit, vitam utam praeslare, non eam elipere. Sed distingue quid talem, qui saepe sibi contrarii esse possunt, e. g. sius medicus est

I 4

440 Lib. II. Cap. VIII. De iura
conservatio vitæ & sanitatis, & tamen ali-
quando membrum labe correptum

*Euse vocidam est, ne pars licet
trahatur.*

Ita simpliciter finis imperantis est securi-
tas civium, si vero ea aliter obtineri ne-
queat, etiam quorundam mors, ut tota
conserveatur. Probari id facile potest: a
quod exigitur finis, ei & media concedenda:
ab imperante exigitur finis, securitas inter-
na & externa; ergo eidem concedenda me-
dia; non alia vero sunt, quam potestas in
vitam civium; ergo hæc imperanti conce-
denda. Postremum dubio caret, externa
securitas non aliter præstatur conservatur-
que, quam per bellum; bellum sine vi-
tæ periculo geri non potest, ergo imperans
vitam civium potest periculo exponere.
Deinde securitas interna non aliter para-
tur, quam e medio sublati iis, qui illam
turbant & incommensurabiles sunt; indulgen-
tia ergo principi, ut turbatores republicæ
e medio tollat, suppliciiisque adiciat.
Ex quo latet patet, duplici modo imperanti
competere jus vitæ & necis, 1) *rudivelle*,
ut eos per bellum posse periculo mortis ex-
ponere, §. 2. 2) *divelle*, ut notios possit
supplicio capitali adficere, §. 3. *ad fin.*

§. II

rudivelle exercet Princeps jus vitæ &
necis, dum cives exponit periculo mor-
tis, quod tempore belli fit, quia enim
bellum non geritur sine milite, præliis, &
violenia, hæc omnia augent cum periculo
vitæ

vitæ conjuncta sunt, opus est potentia cives
armati, adversus hostem ducendi, prælia
committendi, urbes oppugnandi, quæ om-
nia sine periculo non sunt. Hinc imperan-
ti est 1) jus delectur habendi vel conferen-
di milites, & quidem, ubi nullus lectus
est, promiscue cives omnes, quod
Deum ipsum in republica Hebræorum pro-
basse videmus; ubi mercenaria, eos, quos
militia aptiores videt, quam alios officis;
ubi tamen periculi magnitudo non fundet,
nemini desuperandum est officium deferen-
dendi communem republicam; 2) mili-
tem semel lectum recte exponit periculo,
veluti in stationibus periculosis colloca-
do, in eorum ducendo, in eorum
mittendo, & quidem 3) ut pereat
potius, quam statum deserant; sic Leo-
nidis cum cæptis suis apud Thermopylas
perit, modo id republicæ salus exigit;
4) ergo & fugam, & timiditatem mili-
tum tanto gravius coercere potest, quanto
majore cum periculo republicæ ea
vicia conjuncta sunt. Sed aliud est peri-
culo exponere militem, si id exigit repub-
licæ salus, aliud proprium mandare
i) nam 1) prius ratio moritur quis ex
officio, quis miles est, videtur; hic mori-
tur extra officium tanquam desperatus ma-
nu propria, 2) ibi providentia divinx se
committit, hic de providentia divinx des-
perat, 3) ibi vere consultit republicæ ad
extremum huiusmodi pugnant, hic non
consultit, minus enim hominis vita plus est,
quam jactura arcis vel navis, 4) principi

jur est in vitam, non in animam hominis. Et valde dubium est, immo vix credibile an salva possit esse anima, quæ tale consilium capiat.

§. III.

Directo jus vitæ & necis exerceat impetrans, quoties sceleratos inemendabiles supplicio capitali addeat, hinc agit auctor 1.) de natura pœnarum, §. 315. 2.) causa & hæc, §. 8. 10. 3.) quantum delicta ad civitatem puniendâ, §. 11, 15. 4.) quantum fieri debeat pœnæ astensio, §. 16, 19. 5.) an quis & alieni delicta pœnâ fieri debeat, §. 20.

§. IV.

Quid ergo pœnâ? Retinuit auctor definitionem Grotii: pœnâ est malum passivum, quod infligitur ob malum actionis; sed jam supra monuitur, addendum esse: a superioribus, aut definitionem esse saluberrimam, quin & multas inde errores nasci; nam 1.) inde sequitur, justam esse vindictam propriam, civium rebellionem, tumultus, 2.) ind. Grotius ipse hausit doctrinam absurdissimam, pœnam gentis improbat esse causam belli justissimam, adeoque populum posse alterum bello persequi non ob aliam causam, quam quod delictum admiserit. Ita licet sibi putarunt Hispani, petere Americanos, qui in se nihil admiserant, quia erant idololatæ, barbari, quam belli causam ipsi crudeliores Hispani detestantur; quis Hispanos superiores consilium Americanis. Vid. Bonnet Diss. de expeditionibus criminis. Est ergo

malum, adeoque in eo consistere debet pœnâ, quod delinquens pro malo reputet; hinc æque absurda est pœnâ relegationis furibus inflicta, quam suffocatio in aquis canero a civibus, necisio ejus oppiduli, didata. Passivus; obicitur, necnam in actione quoque consistere posse, ex. ut. si quis damnetur ad operas publicas Resp. tunc non actionem esse pœnam, (eadem enim agunt homines innocentissimi pro diurna mercede, quos ideo puniti non dixeris), sed lesionem ingratam, adeoque passionem, quæ ex eo immo-dico labore resultat. *Sequitur;* invito itaque pœnâ infligenda, id est. talis, quam reus a se anollatur, si possit, non alius sæpe contingere videmus, ut damni mentis animi austeritate supplicium subeant. Ob malum alienius ergo correctæ sunt delictum & pœnâ, quæ se motu ponunt & tollunt, ac proinde martyrum cruciatus non suere pœnæ, qui nihil deliquerant; multo multo minus, qui nulla occumbunt, pœnam subisse dicendi sunt. A superioribus ergo pœnâ non est, sed injuria, quæ infligitur ab iis, quibus jus non est puniendi, e. g. vindicta privata, seditio, tumultus. Itaque facile patet, a pœnâ quam maxime differre reparationem damni; hæc enim quidem ex delicto vel mala actione videtur nascitur, sed ex alio fundamento. Ad pœnam quis obligatur, quia leges violavit, id quod vocamus *retiam*; ad reparationem damni ob detrimentum alteri illitum, quod *injuriam* vo-

camus, hinc & unum alterum non tollit; potius argumentamur; ubi conjunctæ sunt causæ, ibi & effectus conjunctim adesse oportet: in omni delicto conjunctæ sunt causæ, resus, & læsio; ergo & effectus conjunctim adesse necesse est, puta poena & damni reparatio.

§. V.

Ex quo facile patet, poenis tantum locum esse in statu civili, non in naturali: ubi enim deficit superior, ibi & deficit poena; per definitionem §. 4. datam in statu naturali deficit superior; ergo & poena deficit, scilicet humana, divina enim & in statu naturæ locum esse nemo dubitavit.

Vid. *Caes. de jur. bell. & pac. lib. 2. Itaque* 1) jus poenas infligendi non habet privatus. Obiicit exemplum zelotarum, cuius exemplum dedit Pinedas, *Numer. XX. 7.*

sequi. utriusque exemplum vindicis sanguinis adde. 2. *Matth. XX.* sed non est questio, an magisterius posse jus vindicandi privatis permittere. quod nemo negat, & notum est, legibus etiam Romanis hanc voluntatem heere occidere; sed questio est, an privatus, qui privatus, jus puniendi habeat? ad quod omnino negandum.

Conf. *Bunzi Diss. de jure zelotarum in statu Naturæ* 2) poena non subiectus est populus liber, nec id jus puniendi sibi quisquam vindicare potest, nisi populus sit pars reipublicæ. Sic Israelitæ in poenam aggressi

B. beniaminæ, quia ob nefandum crimen satisfactionem negabant Judæis, erant enim Benjaminæ tribus & pars reipublicæ

em Israeliticæ; 3) multo minus rex sive a populo, sive ab extraneo puniri potest; hinc detestandum facinus populi Anglicani Carolum I. obtincentis, multoque magis detestandum supplicium Conradini Hohenstauffi a Carolo Andegavensi inflictum, de quo singularia quaedam habent GUNDELINGIANA, in *Diss. de Conradino*; iure victorie uti potest victor, non jurisdictione. Ipsi Romani hac in re absurdi, qui Reges & Duces in triumpho ductos securi percuterunt. Atqui Israelitæ reges devotos suspendebant, aliisque poenis lætis truculentis adfecerunt? Resp. id Deus iusserat ob idololatriam & immania crimina, quæ perpetrabant; quod vero Deo, supremo iudici, licet, id non statim hominibus conceditur. Sic facile intelligitur, cur Cainum ob patricidium nemo puniverit, vixit enim in statu naturali, adeoque neminem habuit superiorem. Obijci potest, vixisse adhuc Adamum, cum vero tamquam caput & principem familiæ suæ id crimen jure potuisse vindicare? Sed quis credit, Cainum tantæ gratiæ virum adhuc in potestate potestate vixisse, qui jure naturæ cesserat, simulac non amplius opus est educatione?

§ VI.

Hactenus de natura poenarum: sequitur eandem causam & finem, quem victor considerat 1) *negative*, qualis mor. str. §. 6. 2) *positive*, quis sit. §. 7, 10. finis ergo poenarum non est 1) voluptus læsi, et es animum & oculos pœcat, quæspodum dem

occiso Cicerone Fulvia, Antonii uxor, linguam ejus capite, quod in sinu tenebat, extrorsum prapibus & acubus pungebatur. Princeps ad nihil obstrictus est, quam quod ad salutem reipublice pertinet; illa lux voluptas non pertinet ad reipublice salutem; ergo ad eam laxo excusandam non tenetur; accedit, quod in se inhumanum est, ex alterius miseria & dolore voluptatem capere; a) nec satisfactio divinæ justitiæ, qui conceptus est theologis frequentissimus. Verum equidem est, Deum velle, ut justitia administraretur, & noxi puniantur, verum etiam, peccata impetantes, qui ad officium negligunt, quæ & voluntati Dei satisfaciunt, qui penas noxi pro merito infligunt; a) factum est, quæ non alia est, quam per Christum; b) hæc satisfactio jam facta est, adeoque non requiritur ulterius per meritum vel supplicium delinquentis; c) plerique penas sunt humane, non a Deo sancitæ; nec possunt autem nec Deus penas singulis delictis jure universali statuere, si his penas ejus justitiæ satisfaciunt; d) si hic pœnarum finis esset, nulla omnino posset remitti, quod infamum, cum & Deus Cæro gratiam fecerit pœnæ patricidii. Hinc merito hæc sententiam deseruit Remorus, in Theolog. moral. part. II. cap. 4. §. 6. cæsiusque locum finem pœnarum non esse, ait, satisfactionem, quæ fit justitiæ divinæ, sed satisfactio-

satisfactionem justitiæ, quam Deus irrendat, quamvis & hæc censuram meretur, nisi ad ita intelligat, magistratum, dum punit, juste agere.

§. VII.

Jam ergo ad genuinas pœnarum fines progreditur auctor, quorum 1) est præcautio læsionum & injuriarum, icque iterum sit miseria; a) quod emendatur delinquentis, qui suis præcipue intenditur pœnis juvenum ab aliis corruptorum ex precipitantia, vel vehementiore adfectu peccantium; b) quod alii ejus exemplo deterrantur a similibus facinoribus; hinc ita comparati sunt, ut læsionibus maxime moveantur; jam singula res ita comparatae sunt, ut diverso respectu se tanquam bonæ & malæ representent, delinquentes plerumque eas sibi sunt tanquam homines, quæ vel voluptatem, vel lucrum adferunt, malum cum illi consensum nec delinquentes, nec alii sibi ob oculos habent; ergo ejusmodi tristi spectaculo opus est, quo admonerentur alii, quam male sibi constiant, qui extra legem vivunt. Hinc additur ratio, 1) cur publicæ insignimus pœnæ, & non sine terribili apparatu; 2) cur pœnæ aliquando & in membris executioni mandentur, e. g. propeccidas publicæ per plateas trahendo, damnatos, qui pœnam morte amitterent, mortuos in turram tollendo, comburendo, &c. 3) immo ipsi delinquentes non amplius noceri sunt reipublicæ, quod imprimis spectandum in pœnis lætanum, furum, sicariorum, &c.

§. VIII

Primus finis pertinet ad utilitatem peccantium, quo sine ejusmodi poenae 1) recte demandantur ipsis poenitibus, danti- nis, mariti, eo nomine erga se la reipubli- cae profunt. At aliquando tamen si hac suscipiendae habeantur, ipse potius magi- stratus eas exsequitur; hinc sententia *Ausa- des Delinquunt durch den Saal-Meister saps- fer mit Kaiten zu zuehpen*, 2) omnes has poenas carere debere nota infamiae, alias finis non obtinetur, effectus etiam ejusmodi poenarum aut poenitentiae est, de- ture finis obtinetur, aut desperatio, tunc eo deteriores sunt delinquentes, desperates autem fieri oportet, quibus ob infamiam nulla spes superest anteaquam vix labem vitare eluendi. Laudanda ergo pruden- tia militaris, quod poenae pleraque mili- tares, etiam talis aliquando atroces, sine nota infamiae insiguntur.

§. IX.

Alter finis comparatur ad utilitatem ip- sius lesi, prospicitur enim 3) ejus futurae recutari, e. gr. si reus damnetur ad mor- tem, si in ergastulis, inirembus, munimen- tis habeatur, vel si vires occidendi sultra- hantur. Ita olim furibus manus truncaban- tur, quod tamen hodie crudeliter rectius rebelles Ultrasectinos coecitavit Fidericus I. Imp. apud Gortia. in *Figur. lib. 1. 2*) ejus satisfactioni, si damnus possit reparari, e. gr. si res futiva opud futem repetantur, vel si sine laeatur, quem penes laeant, &c. ergo

pro absurdum, quibusdam locis obtinere poenitentiam; *sic dem Tode wasset man dem Richter, und kuffet dem Genger*; multo in- quitus, res futivas a iudice retinere proim- perbis in inquisitionem & exsequutionem facilis. Imprimis vero lesi securitati consulendum 3) in delictis, quae ad tempus fu- turum simul pertinent, e. gr. in criminis, ubi non dimittendus est e carcere reus, nisi praeserta cautione de non offendendo.

§. X.

At praecipuus finis est utilitas publica, ut 1) vindicaretur contentus legum, qui vi- vari non potest, si cuivis liceret eas im- pune violare, 2) exemplo moneantur ci- ves, non esse peccandum in leges, hinc elegans veterum loquutio: exemplum sta- tuere, exempla hic sunt, facere aliquid in- signe; unde etiam cadavera non tolluntur hirci & rota, potius ea publice vix vicina esse solent, quae omnia demum resolvuntur 3) in hunc generalem finem, ut servetur securitas publica aeterna, ut civis civem laedat, ne alter alteri faciat injuriam: hinc Apostolus iradendum ait pro magistratibus: ut tranquillam quietemque vitam agamus, cum omni pietate ac gravitate, 1. *Timoth. II. 2*. Vid. HOCSTETTERUS, *de jura poen- itentiae*, *lib. II. pag. 44.*

§. XI.

Quaeritur, quatenus delicta in evita- te punienda sint? Respondent nonnulli: omnia, imprimis eo pertinent parade- xa Stoicorum: omnia delicta esse paria 3

*Nec vincet ratio hoc: tantumdem ut peccat,
idemque.*

*Qui rursus, caules alieni frangit hortis,
Et qui nullum sacra Divum letetis*

*Regula, peccatis qua poenas irrogat
aquis.*

*Na sententia dignum, horribil' felleo fla-
gello.*

Sed id parum solidum, nam 1) multa sunt delicta, eaque gravissima, quae ne quidem ad imperantis jurisdictionem pertinent, e. g. quaecumque cogitando admittuntur, L. 18. D. de poen. 2) si indistincte omnia delicta punienda essent, dandum esset unversum genus humanum; quis enim non peccat? 3) id non requiritur, puta reipublicae securitas, sunt enim quaedam delicta, quae ad eam non pertinent, & hinc regula: ea demum delicta in republi- ca punienda, quae ejus securitatem turbant. Hinc auctor a poenis merito eximit 2) actus mere internos, veluti cogitationes pravae, cupiditates, destinationes sine effectu a) quae latent, & b) si vel maxime per confessionem pateant, non turbant tamen reipublicam. Id tamen exceptionem patitur, si res ad actum proximum pervenerit, e. g. si venenum quis insuderit cibo, fores jam perfringere facti causa voluerit, & impeditus sit.

§. XII.

§. XII.

Merito etiam excipiuntur 2) minutissimi lapsus, quos plerumque homines evitare ex naturae conditione nequeunt; tales sunt omnes a) pravi affectus, ira, invidia, &c. hos non punit magistratus nisi in actum extetum vinololum etumpant, u) quia potest nullum effectum haberet, utpote quae animum non emendant, ß) quia securitas civium his non turbatur; potius itaque tales defectus emendandi virtute, pietate, religione; b) facta civilia contra legem admitta, quae quidem actionibus civilibus emendantur, at non puniuntur; e. g. qui pacta violat, agit contra legem, nec tamen ideo punitur, sed ad servanda pacta adigitur; e) leviores excessus, qui non turbant reipublicam, e. g. ebrietas, verba scurrilia, si in nullius injuriam vergant, otium, &c.

§. XIII.

Patro 3) excipiuntur quaedam delicta, quibus impar est reipublica, talia potius dissimulanda, quam frustra torquenda, ne vel magistratus prodar in potentiam, vel salus reipublicae periclitetur. Tale Romae fuit foenestre malum, in Germania olim dissidationes, hodie *dux Gefandheit* Trinon, &c. impar autem aliquando est reipublica, 1) ab forma, quia imperator nimis adstrictus, ut olim imp. 2) ob magistratus participacionem, 3) ab ipso delicti naturam, quod variis nominibus palliatur, e. g. non quis ultus accipit, sed reditus emit.

452 Lib. II. Cap. XLII. De Jure
emittit poenam conventionalem sibi stipula-
tus est.

§. XIV.

Exempta porro a poena civili 4) vitia
animi ex communi hominum libe relectan-
tia, qualia tria illa primaria, *ambitio, va-
luptas, avaritia*, nam 1) & haec incerta
sunt, quae ad imperium jurisdictionem non
pertinent; 2) eadem communia sunt ho-
minibus omnibus, nec ulli mortali parcen-
dum esset, si omnia ad vivum essent re-
secanda; 3) in se non turbant tranquilla-
tem reipublicae, e. g. si quis se putet pri-
mum omnium hominum, seque suavi illo
somnia unice oblectet, *superbus* quidem
est, quin *stolidissimus*, sed sibi desipit,
nec ullo modo haec pertinent ad repu-
blicam. Sed quamvis haec non turbent tem-
publicam in se, turbare tamen possunt, si
erumpunt in actus illicitos civibus reliquis
noxios, e. g. si ambitio abeat in injurias,
seditiones, voluptates in stupra, adulteria;
avaritia in furta, rapinas, fraudes, *stel-
lionatus*, tunc omnino puniuntur hujus-
modi delicta, sed non tam punitur caus-
sa, quam effectus. In eo animadverten-
dum insigne discrimen inter judicia divina
& humana: in illis magis ad animum rem-
quam radicem peccatorum, in his ad ef-
fectum seu actiones earumque effectus res-
picitur, ex. gr. qui fratrem occidit, homici-
da est Deo, *Matth. V.* apud homines so-
lus occidendi animus homicidam non faci-
cit, sed ipsam securam esse oportet homi-
nis necem.

§. XV.

vita & necis.

453

§. XV.

Aliquando contingit, ut, licet poena
dignum sit facinus, Princeps tamen gra-
tiam faciat poenae, seu delicti deest veniam,
id quod vocant *ius aggraviandi*. Ubi qua-
ritur, 1) an id fieri possit salvo jure na-
turae. Stoici negabant, quia qui suum em-
que non tribuat, injustus sit, adeoque he-
is, qui non puniat poena dignum. Sed
potius verum est, si quis aliquid alteri de-
negat invito, quod jure praetendit, poena
vero nemini invito denegatur, eam quo-
que nemo praetendit. Potius argumentamur,
1) qui poenas statueret potest, eas-
dem potest remittere; 2) si sapiens nemini
ignoscit, quod voluit Stoici, plane etiam
injussa esse remissio peccatorum, cum divi-
na, tum humana; atqui potius absurdum
ergo & prius. At hoc jus omnino non ex-
ercendum citra gravissimas causas, quia nec
sine gravissimis causis feruntur leges: 1) les-
causae sunt, 2) si tuis peccatum in certo
casu non sit necessarius, sed remissio util-
ior, quam severitas poenatum, e. gr. in
bello iustitiae; 2) si eximia sint delinquentis
in republicam merita, e. g. Cicero
vere adversus leges peccarat, quod con-
juros occidisset sine pondi suffragiis, *L. A.
§. 16. D. de rei. jur.* sed quia tamen co-
opto servarat republicam, utilis fuisse
ei ignoscere. Mos Romanorum reorum ci-
vitateis ostentandi populo in suffragia iu-
ro; 3) si spes sit emendationis, e. g. si ju-
venis peccavit; 4) si quis ex ignorantia &
pecc-

precipitancia peccati, e. g. Jonathan degustando mel; s) sepe ipsa peccantium multitudo veniam extorquet, ut in tumultibus, seditionibus, bellis civilibus, ubi tamen interest reipublicæ, saltem facies & tubas pœnas dare. At quamvis non denegandum sit imperanti jus aggravandi, non tamen ei locus est, si pœna juris divini sit: hinc quaeritur, an & pœna homicidii possit remitti? Qui præceptum divinum esse censent illud *Genes. IX. 6. qui hominis sanguinem fuderit, ipsius invicem sanguis per hominem fundatur*, id merito negant; affirmant vero, qui id pro prædicatione habent, nec improbabilis est hæc sententia, 1) quia tunc nondum erat reipublicæ, 2) quia non imperative dicitur: *ejus sanguis effunditur*; sed in futurum: *ejus sanguis effundetur*; quia tamen 3) saltem patrifamilias tunc erant capite & imperantes familia, qui & pœnam capitalem infringere pot. tant, 4) tota fere lex divina in futuro concepta: *non habebis Dicos alicui*, etc. tutior est sententia vulgaris. Vid. tamen *TAYLORII Diss. de jure aggravandi Principis evangelici in causis homicidii*.

§. XVI.

Sequitur quarta pars capituli *de poenarum affirmatione*, quæ duplicem usum habet, 1) in prudentia legislatoria, ne imperantia æquæ pœnas statuat, quam justum est, eam in delictis leviora; 2) in prudentia judiciali, quoties pœna arbitraria statuta est, tunc enim judicantium & de jure reser-

pondentium est, pœnam æquam nec justo veriorē, nec minus tamen lenem statuere. In æstimando ergo pœna respiciuntur 1) ad objectum, quo enim illud nobilibus est & pretiosius, eo major pœna obtinēt; non tamen hoc primarium momentum, nam simul semper considerandum, an nobile illud objectum vere lesum sit, & an læsio illa conjuncta cum detrimento reipublicæ, e. g. blasphemia, perjuria merito graviter puniuntur, ac gravior tamen solet esse pœna læsæ majestatis humanæ; 2) damnum redundans in reipublicam; sic homicidium simplex capite punitur, sortium laqueo, latrocinium tota, desertio laqueo; 3) pravitas intentionis, e. g. si quis homicidium deliberato animo læcepit, vel prodicionis aut occidendi delicti causa; 4) si accesserint circumstantiæ aggravantes, e. g. quaeritur a) quis? si ille occidit patrem, mater infantem, conjux conjugem; b) quid? plures occidit gratulator, tunc adhibentur forcipes candentes quasi pœnarum superpendium; c) ubi? accidit quis templo, inter sacra; d) quibus auxiliis? est homicidium proditorium; e) cur? occidit quis voluptatis & rapinæ, neculandi delicti causa; f) quando? veneno, omni adhibita crudelitate; g) quando? ad quam circumstantiam præcipue respicitur in procedente adortus puniendus, an nimirum partus fuerit vitalis, nec ne?

XVII.

At quaeritur, quomodo intelligendum

hic axioma: *penam debere esse delicti proportionatam* id non intelligendum 1) de objecto solo delicti; si enim semper requiretur æqualitas ratione objecti, sola poena talionis deberet obtinere; at ea obtinere nequit, 2) quia sæpe talioni locus non est, e. g. fur furatus est 1000. ipsi sceleris capiti ne 10. quidem possunt, b) quia sæpe non potest in talionis poena observari æqualitas, ex. g. scelopeto quis vulneravit Trium; sed is, ut nec de vita, nec de integritate membrorum periclitetur; an simile illi vulnus scelopeto infligi poterit sic etiam excusari non potest, graviores esse poenam lædentis majestatem humanam, quam divinam, fuit, quam homicida; sed 2) de effectu, quem delictum habet in republica: quo magis enim delictum turbat reipublicæ tranquillitatem, eo severius puniendum; inde gravissima poena statuta erat in raptores aggerum Nili. Secundum hæc principia 1) poena statuenda a summo imperante vel ordinario, vel arbitraria; 2) ea exasperanda, si delictum frequentius; abigatur poena gravior in Iberia vel Hispania puniebatur; scopolissimus apud Arabes; 3) iudicis non est poenam vel intendere, vel minuire, vel remittere, sed legum normam ea in se sequi.

4) Principem, non autem iudicem vel magistratum, posse atrociores vel leniores poenam duabus personis idem delictum adurentibus statuere. Est enim ma-

lum

lum passionis, id iudicatur ex sensu, sensus mali non omnibus iidem, ergo nec poena in omnibus eadem esse potest; e. g. multa 10. imperialium poena erit Titus pauperi, non Luciano Neratio diviti; suffragio mediocri poena erit homini infirmi & nullius existimationis, ac maxima viri honesto vel nobili, vel in dignitate constituto; hinc tota *circulo de poen.* diversæ conditionis hominibus diversæ poenæ dicuntur, e. g. honestioribus deportatio, vilioribus mortis supplicium. Obijci possit, hæc esse personarum acceptationem, quam Deus graviter prohibeat: Resp. negando, ea enim est 1) quando unus ex duobus, qui in pari reatu sunt, absolviatur, alter condemnatur, si iudex

Das variam curiam, vena: censura calamitas. itaque 2) si poena inæqualis diversis personis infligitur; hic vero neutrum sit, nam & uterque puniatur, & equalis utriusque poena est quoad sensum, quantum non sit eadem in specie. Hæc quoque ratio est, cur tam multa in jure nostro sint poenæ arbitrariæ, vel iudicantium religioni & arbitrio relictae, quia nimirum sine consideratione personarum vix possunt defini.

§. XIX.

Ea occasione auctor progreditur ad delicta universitatum, quarumque, quid iuris sit, si universitas toto imperio civili subiecta, (nam si libera sit, bello, non poenæ locus est), delictum admiserit 1) Possit universitatem peccantem puniri, *Rein. de Off. Rom. & Civis.* V pro-

probatur inde, quod omnia requisita pœ-
næ admittunt, nam a) potest universitas ad-
mittere malum actionis, e. g. pagos &
oppida incendere, pactum publicum tran-
gere, delinquentibus receptum dare, &c.
b) potest sentire malum passionis, e. g.
ut deleatur, ut privilegium privetur, ut
pecunie summa mulctetur, &c. c) habet
superiorem, cuius contemplatione pœ-
na habetur, ergo potest puniri. Quia
tamen ita facile contingere potest, ut pœ-
na universitatis etiam singulos innocentes
premat, distinguendum 1) an per tumultum
pars plebis deliquerit, nam tunc uni-
versitas puniri nequit, sed tumultuantes;
magistratus vero est, severe id vindicare,
nisi ipse velit se delicti participem facere;
2) an cives quid fecerint iussu magistra-
tus? tunc magistratus est causa moralis,
& quidem principalis, ac proinde iste
punendus acriter, universitas vero tam-
quam causa minus principalis leniore pœ-
na adficienda; 3) an denique tota uni-
versitas per modum conspirationis deli-
ctum admiserit, quod fieri solet in civi-
tibus democraticè administratis; tunc una
voluntas, una persona, adeoque recte uni-
versitas tota punitur, oblieditur, &c. In
omnibus tamen his casibus merito huma-
nitatis clemens habetur ratio, 1) ut qui
duces & facies fuerunt, præcipue punian-
tur, reliquis ob multitudinem peccantium
gratia fiat delicti; 2) ut pareatur femi-
nis, pueris, infantibus, nec si directe puni-
antur; 3) ut magis de habita coercitio-

ne, quam de præteriti delicti pœna co-
gitatur; hinc prudentissimi principes tu-
multuantes civitates non exhauserunt ci-
vibus, sed conditis munimentis in officio
in posterum retinere studerunt, &c. e. g.
Carolus V. ita punivit Gandavum; 4) ut
horum delictorum pœna non exigatur &
posteris, nisi quatenus & ipsi delictum
continuant, vel damni reparationem de-
negant.

S. XX.

Supereft ultima pars capitis, an quis
alieni delicti pœnam ferre debeat? Voca-
mus alienum delictum, cujus ipsi nec cau-
sa moralis sumus, nec physica: hinc ob
delictum non alicuius, sed proprium puni-
untur, 1) qui mandante, compellunt,
incitant alios ad delinquendum, 2) qui
participant de delicto, 3) qui delinquen-
tibus receptum dant. Ad hos ergo & si-
miles hæc questio non pertinet, sed de
iis tantum agitur, qui nullo modo delicti
causa fuerunt, nec morales, nec physi-
cæ; hos ergo directe puniri non posse,
ex doctrina de imputatione pœnæ, non
sunt auctores actionis, ergo actio non
imputatur; imputare est declarare, aliquem
effectum actionis ferre debere, ergo hi
non debent ferre effectum actionis; effe-
ctus actionis est pœna, ergo hi non de-
bent puniri, ergo non probanda est lex
illa dura s. C. ad leg. Jul. majest. At id
verum est directe: per indirectam enim
contingere potest, ut pœna & in inno-
centes redundet 1) per imperfectionem

rerum humanarum, e. g. si parentes puniantur, fieri non potest, quin incommodum simul sentiant liberi, quamvis id magister non intendat, 2) propter obligationem spontaneam, e. g. si quis pro delinquente ad iudicium solvi se obstringat, (quod fieri potest in causis non capitalibus), tunc subfugiente ipse mulctatur, non quia deliquit, sed quia solutione mulctatus in se suscepit. Illud triste est, quod uno ex familia punio totius familiae existimatio periclitetur. Sed id neque a lege, neque a magistratu est, sed ex vano opinione hominum, quam coercere deberent imperantes, fieri enim id vult, Arolix docet exemplum, ubi salva semper est illustrium familiarum existimatio, si vel maxime unus vel alter ex illa poenas delicti dederit.

CAPUT XIV.

De existimatione.

§. I.

Vidimus hactenus, quid imperanti juris sit in hominum voluntates, quibus leges potest prescribere, (cap. 12.) quid illi liceat in vitam ipsam hominis, (cap. 13.) Jam de ejusdem potestate in existimationem, famam, & honorem civium, quae cum vita pari passu ambulare videntur, hoc capite agitur, & quidem expenditur 1) quid sit existimatio? §. 1.

2) quae.

2) quatenus illa? §. 1. 3) quid parus sit circa affirmacionem simplicem? §. 3. 10. 4) quid circa interfectionem? §. 11. 16.

Existimatio quid sit, patet ex definitione: est ea valor personarum in vita communi, secundum quem alii vel pares, vel digniores, vel viliores iudicantur. Valors quemadmodum enim res, prout reliquis utiliores, rariores, pretiosiores sunt, ita pretium habere dicuntur: ita & personae, prout moraliter, vel civiliter, vel physice aliquid prerogativae habent, reliquis existimatione antecellunt, e. g. virtute praediti, viro docti & prudentes, ingeniosi. Quod ergo in rebus est pretium, id in hominibus est existimatio, utrumque est valor quidam. In vita communi; non enim in societate viveret homo, nulla esset existimatio, quia tunc nec aequiparari aliis, nec anteferi, nec postponi posset. Vel pares, vel digniores, vel viliores; est hic effectus existimationis: cum enim omnis valor requirat mensuram, vel comparationem, quae hic est comparatio hominis cum homine, quemadmodum in auro comparatio auri cum pondere, necessario sequitur, ut vel alter altero dignior, vel vilior, vel aequalis habeatur. Ceterum supra habuimus caput singulare de agnoscenda hominum aequalitate; si ergo omnes homines sunt aequales, quomodo alter altero dignior, vel vilior haberi potest? Resp. aut hominem considero quoad officia juris naturae, tunc omnes sunt aequales, e. g. Titium laedere,

V 3

oc.

occidere, exilare, defraudare non possum, qui est vir honestus; ac non magis eam injuriam facere possum Iro, qui est mendicus, nulliusque existimationis; hinc leno apud **TERTIUM**, *Adolph. II. 7. 24. 35.*

Libi sum, furor, perniciis communis nobiscentium:

Perjurus, prohi: tamen sibi a me nulla ulla est injuria;

aut hominem confidero ratione morum & meritorum, tunc omnino alter præstantior, vel vilior, e. g. si comparemus **Catonem & Clodium**, **Ciceronem & Cætilinam**.

§. II.

Existimatio illa vel est simplex, vel incomplexa; illa & prima; hæc etiam honor appellatur. Simplex est, quando quis ob vitam honestam pro idoneo membro humani generis vel civitatis habetur, incomplexa, quando quis ob bene merita aliis in re publica vel societate humana præfertur. Differentia manifesta est, nam 1) simplicis fundamentum est, si quis nihil mali fecit, intensiva, si præ reliquis bene fecit, & bene de re publica meritis est; 2) illam habere possunt omnes, hæc pauci tantum

quos æquæ animæ

*Jupiter, et præstantiæ virtutis ad hæc tunc dicitur 3) illa opponitur infamiz, hæc contemnit vel status plebejo. Utraque iterum considerari potest, quatenus est vel in statu naturali, vel quatenus in statu civili reperitur; sic e. g. imperator **Bern. German.***

rebus prærogativa conceditur, quoniam alius in statu naturali omnes sine æquales; hæc intensiva est existimatio. **Tartarorum**, **reiois**, ut & **Alghienisum**, **Tunetanorum**, **Tripolitanorum** fama vacillat ob atrocitatem & piraticam, & tamen hi omnes vivunt inter se in statu naturali; de statu civili ne quidem dubitari potest, in eo diversam esse hominum existimationem.

§. III.

Jam primum de similibus agit auctor, & quidem quatenus consideratur 1) in statu naturali, §. 3, 6. 2) in statu civili, §. 7, 10. Cum simplex pro fundamento habeat, si quis nihil mali fecerit, (§. 2.), male autem faciat, qui contra leges facit; in statu denique naturali nullæ sine leges præter jus nature; consequens est, ut in eo consistat existimatio simplex in statu naturali, si quis nihil contra jus nature faciat. Hinc diximus laborare existimationem **Tartarorum**, **Alghienisum**, &c. quod atrocitatem & piraticam faciunt, quæ juri nature repugnant. Ubi ergo tale nihil populo potest exprobari, salva ejus esse tenetur existimatio. Itaque 1) non statim existimatione carere dicitur populus, qui contra consuetudines gentium facit, si illa in jure nature non habeat fundamentum; stolidè ergo **Cicero** in *Orat. pro Flacco* Judaicam gentem pro infami habet, quod Deos & sacra reliquarum gentium contemnat. Ita dicit non poterat **Pontifex Innocentius** violasse jus gentium, cum legatis concedere nollet jus alyli, id enim

ex jure naturæ non descendit; a) non magis animatus denegandis populis, qui minus iustitiam vitæ & doctrinæ student; hinc solidum fuit Græcorum de barbaris iudicium, quasi ideo natio plane animata existimationis esset experta, quod Græcorum more non vivat, cum plures barbari Græcis multo humaniores, castiores, frugaliores fuerint de hæc porro existimatione simpliciter in statu naturali quæritur 1) quando integra sit? §. 4. 1) quando deminuitur? §. 5. 3) quando confirmatur? §. 6.

§. IV.

Integra est, quamdiu quis nullo enormi facinore contra jus naturæ & gentium deo malo admissio alios læsit. Cum enim in statu naturali existimatio simplex pro fundamento habeat jus naturæ & gentium; sequitur, ut nullo existente contra illud admissio facinore ea existimatio salva sit. Dicimus vero 1) facinus esse debere enorme & apertum, nam lapsus humano generi communes non statim hanc existimationem lædunt, e. g. Augustus quoque suis vitis laborabat juri naturæ adversus, e. g. ambitione & dominandi libidine, adulteris, &c. quia tamen nullum ejus facinus enorme patecebat, salva ac integra erat ejus existimatio; 2) dolo malo admissum, nam si quid ex errore vel precipitancia fiat, non statim existimatio hæc perimitur, modo sequatur poenitentia & satisfactio; Sic Abimelech non ideo amittebat existimationem, quod Saram Abrahami uxorem ex ignorantia domum duxit.

duxerat; 3) quo alii læsi; si ergo eo factio nemo lædatur, non ideo amittit existimationem, e. g. Tibeticus tam largiter se invitabat in convivium, ut pro Claudio Tiberio Nerone *Calidus Biberus Marn* diceretur, ideo tamen non excidebat existimationem, quia ebrius neminem lædebat. At laborat fama Alexandri M. quod ebrius alium occidit, urbes incendit, veluti Persepolis. Cum ergo in statu naturali nullo admissio facinore enormi salva sit existimatio simplex, facile patet origo regulæ: quilibet profumitur bonus, donec probetur contrarium; contrarium enim non aliter probari potest, quam probato facinore aliquo enormi. Sed regula hæc æque in statu civili, quam in naturali valet, adeoque ab auctore non satis commode ad hunc locum referatur.

§. V.

2) Si scimus, quamdiu salva & integra sit existimatio, non obscurum esse potest, quomodo deminuitur: si scilicet ab eo, qui in statu naturali vivit, unum vel alterum factum enorme adversus jus naturæ & gentium admittatur; nam 1) tunc necno cum ejusmodi homine tuto in societate vivere potest, semper eius periculum, ac, qui semel malus fuit, semper talis fiet; 2) sequitur id ex regula contrariorum, si enim integra est existimatio nulla tali facinore admissio, deminuitur eam oportet, admissio tali facinore, multoque magis eo frequenter admissio. Possit quis existimationem, plane consummi tunc existimationem;

sed non consumitur statim, si sequatur penitentia & satisfactio, hac enim purgat dolium malum, sine quo exstimatio non laeditur, hinc cum Carthagenenses pacem cum Romanis abrupticent, & Saguntum deleverunt, legatos misere Romani, qui satisfactioem peterent; ea praestita & famam servassent & rem publicam, sed denegata illa adeo consumta exstimatio, ut passim in proverbium obierint: *Puniva fides; Puni satisfactio*, &c.

§. VI.

3) Denique in statu naturali plane consumitur exstimatio 3) viz genere & instituto directe spectante ad aliorum detrimentum, quia sic plane fit, ut nemo cum his pacem colere possit. Auctor huc refert in majora opere *lib. VIII. cap. 4* Tolenones, fures, sed hi raro in statu naturali vivunt; potius eo pertinent Arabes, Tartari latrocinantem, Alii piraticam facientes; 2) qui satisfactioem offerunt, sed ita, ut ab illo instituto descendere nolint; sic saepe quidem naves captas restituant Atri, maxime ubi majorem viam timent, sed piraticam tamen nihilominus facere pergunt; hinc eorum exstimatio eo ipso non reparatur. Ceterum effectus hujus infamiae in statu naturali est, 1) quod tempore pacis in aula & ab extraneis principibus eo honore non persequuntur, quo ab eis res publicae; hinc legatis Tartarorum & Aetorum periturum honoris exhibetur; 2) quod in bello jura & leges victoriae nationis; viz adversus

illos

illos observantur; 3) quod foedera nulla cum illis pangantur, nisi in odium cesset; 4) quod fides non habetur, nisi obfides dent, vel alio genere cautionis se obstringant.

§. VII.

Jam de exstimatione simplice intra civitatem; ejus fundamentum non est tantum jus naturae, sed & leges civiles, quippe quibus cives aequè obstringuntur, ac iure naturae; quidquid ergo leges civiles prohibent, vel expresse, poenam infamiae comminando, vel tacite, statuendo poenam corporis adfectivam famosam, id infamia notat, e. g. si vidua intra annum luctus nubat, si quis ob suum iustitiam cadit; itaque recte definitur *exstimatio in statu civili*, quando quis ita secundum mores & leges civitatis vivit, ut pro idoneo civitatis membro habeatur: differt ergo a statu naturali, 1) quod ibi respiciunt tantum ad jus naturae, hic tantum ad jus civile; 2) quod ejus effectus fit, ut quis pro idoneo membro generis humani habeatur, hic pro idoneo membro civitatis, e. g. qui in scenam prodibant mercede conducti, ideo non desinunt esse membra idonea generis humani, sed non erant amplius idonea membra civitatis Romanae. Haec infamia recte dividitur in *juris & facti*; 1) illa contrahitur per factam legi prohibitive adversum, e. g. per furtum; haec per facta opinione honestorum vitiorum turpia, e. g. per vicium dissolutam; 2) illa non reparatur, nisi per

V. d. rell-

restitucionem sanx a principe factam; hæc sola emendatione, exemplum Themistoclis apud Coen. Nepot. in *ora vis. cap. 7. de ea* quaeritur 1) *quomodo deficiat et confumatur?* §. 8. 9. 2) *an iniuria cripi possit hæc existimatio?* §. 10.

§. VIII.

1) *Defectus existimationem* in statu civili observat auctor vel *per statum*, vel *per delictum*. Per statum sive natura non turpetur, e. g. per servitutem; sive natura torpet, e. g. per hæreticium, &c. Sed quamvis servitus contemnat pariat, pro infamibus tamen haberi nequeunt servi; non quidem credebatur eorum testimonia nisi iurura confirmata; sed id durissimum. Nos generaliter tenemus, vitæ genus, quod nihil in se naturaliter turpe habet, contemnat quidem parere posse, non infamiam, ob definitionem existimationis simplicis, quam paulo ante dedimus; hinc Lustra infamibus accensetur spurii, calumniatores suus, liberos, &c. Aliud de statu in se turpi, is enim nihil est, nisi delictum continuatum, adeoque existimatio cum eo consistere nequit. Neque obstat, quod inter se servent iustitiam, quod de furibus & latronibus Ægyptiacis testatur Heronorus, *lib. v.* Non enim est virtus, ubi non æqualis est ædionum certum cum lege convenientia. Sed quaeritur, an isti homines iure communi priventur? Resp. aut leges eos usu juris communis excludunt, aut non: si prius, ac tolerati quidem in re publica debent; tan-

non obest, ut iuris communis civilis favorabilis sine participes, postioris ejus omnino sunt participes. Hoc stultæ decisio Metelli, quam tamen laudat Valer. Maxim. VII, 7. qui Vecillo lenoni bonorum possessionem negabant, quod leno esset, cum tamen lenones publice tolerarent Romani. Stolidæ decisio Amilii consulis, qui ideo recidit possessionem Genuitio sacerdoti Romæ Rex datam, quod entuchus esset, quod tantum alii sacerdotium hoc non conferrent, quam excedis. Contra sapientius prator negavit, te adlinem injuriarum daturum ei, qui domum colludentibus alearioribus præbetur, *L. 1. D. de alearior.* Reprehendunt hoc nonnulli, sed parum memores, non impositum fuisse hanc injuriam, sed tantum satisfactionem privatam negatam esse huic patrifamilias.

§. IX.

1) Ob delictum etiam debet existimatio simplex, sed non tamen ob omne, id enim inhumanum esset, & rei publicæ noxium, *L. 1. C. de mod. vivendi.* Sed distinguendum, 1) inter levia & enormia, ob illa enim fama hominum non jactanda, e. g. si quis invito abstrulere frulum panis; 2) inter ea, quæ juri naturæ & communi tranquillitati repugnant; prioris generis infamiam, e. g. hæreticam, hæreticam, adultæriam, crimen læsæ majestatis; 3) inter dolosa, culposa, casualia; ista infamant, e. g. homicidium delictum & proteritum;

illa contenti patiunt. & levis coe maculata, e. g. si medicus ob homicidium culpam damnatus sit; hinc nec cum infamia, nec cum contentu conjuncta sunt, e. g. homicidium capitale, moderamen insulpare utitur. Prudentia tamen legislatoris est satis parcere, quantum fieri potest, nam 1) ita multa sunt inidonea rei publicae membra, 2) ita spes emendationis praeciditur, 3) ita totae familiae, & maxime innocentes conjugis libeque per laedendum puniuntur.

§. X.

Denique quaeritur, an simplex existimatio alicui invito possit eripi, quod recte negat auctor, nam 1) ea semper nascitur ex factis turpibus, sive jure naturae, sive legibus civilibus prohibitis; deficiente ergo hujusmodi facto, tanquam causa, cessat effectus; 2) ne princeps quidem posset, si vel maxime vellet, innovari & nullius inquitus convido famam eripere; nam satis est benigna aliorum sententia vel iudicium de nostris adstantibus; in opinionem autem hominum & iudicium nihil licet principi, quia pertinet ad intellectum. Hinc enim praetor ab metu, qui cadit in virum coalentem, se restitutionem in integrum daturum promissit, excipit tamen casum, si quis injerere incum infamiae, L. B. §. a. D. de his, qui noc. infam. ex ea ratione, quod hoc minus exsequi non possit privatus, ac ne princeps quidem, si alicui hic minus adhaerens est,

Nel confire sibi, nulla pallescere culpa.

Si tamen dicendum quod res est, merito haec exceptio non debet arceri: quavis enim nemo posse alterum vere indignum facere, potest tamen cum culpam agnoscendo maxima adhaerere ignominia, e. g. minatur quis innocentissimo, se castratum, ut infamis fiat, quo principis lesit majestatem; potest hic sane virtutis suae se involvere, & has minas contemnere: sed vereri tamen debet, ne rapiatur in vincula, ne dirae quaestiones de eo habeantur. Quod sane ignominiosum est ex opinione hominum, & vel maxime absolvetur.

§. XI.

Progredimur ad alteram partem de existimatione iurisperita, cujus consideratur 1) natura, §. 11. 2) fundamenta, §. 12. 14. 3) affectus a) in statu naturali, §. 15. b) in statu civili §.

Iurisperita existimatio est valor personae, qui secundum merita cuiusque & virtutes, vel alia eximia, quae habet, vel intendit, vel remittit. *Valor personae* & quidem talis, qui dat praerogativam praedictis, unde a simplice differt, cujus effectus tantum est, ne quis pro infami habeatur: simplicis ergo effectus est negativus; intentionis positivus, qui se exercit in honore, praecedendo, titulis. *Sec. Merita et virtutes*; haec prima causa; sic insigni honore persequimur homines fortes, prudentes, doctos, maxime si bene meriti sint de re publica, sic iustitiamque virtutis nobis

gria ediderint. *Alia ratio* nam scire & merita, & virtutes deunt, & tamen aliis quis praeferret, quia cuiuslibet quid habet, e. g. splendorem Italiam, opes ultra sortem privati. *Invenitur vel committitur*, quantumvis enim statum suum quis retinere possit, decretescentibus etiam meritis, valor tamen ejus multum decedit; hinc Nero, cum exacto quinquennio imperii primo in quavis aegritudine & opprobria praecepta rueret, existimationem incrementum paulatim amisit. Cum itaque effectus hujus existimationis ingeniva sit honor: quaeritur, quid sit? Resp. *hanc* est benignam de alterius virtute & actionibus judicium. *Venerationem* enim habet, inquit Plinius, *quod quid omnibus*. Jam vero aut pauci de aliis nobis velle benigne judicare, aut multi, aut omnes: primo casu *homo* ille vocatur *homo*, altero *sanctus*, ultimo *gloria*. Hinc verum fuit veterum sanctorum de honore immortalis, mortuis enim gloria quoad die, quoties moritur homo, quia in hominis opinione consistit; vera virtus non quaerit honorem, sed invenit, cum non adfectatur, sed adlectam & veluti pedilectam habet.

§. XII.

Jam de fundamentis existimationis intensiva, quae sunt duorum generum: alia producant aptitudinem tantum, vel jus imperfectum, alia jus recte dictum perfectum. Aptitudinem producant, quae cumque digna sunt, ejus tamen possessionem vel quasi nobis non tradunt, e. g. vir doctus & prudens dignus est, qui consulatur,

vel alia dignitate fungatur, nec tamen illa semper adu fruatur, habet erga ob prudentiam tantum jus imperfectum: 2) jus producit, e. g. electio, in qua quis omne punctum tollit; sic si quis consul eligitur, ei erit jus perfectum & recte dictum.

§. XIII.

Fundamenta existimationis intensiva imperfecta sunt omnia, quae excellent, sive verabona sunt, sive adparentia. Cum enim honor consistat in opinione hominum, opinio autem hominum non semper rectam rationem, sed etiam saepe adfectus pro norma habet. potest & ea magni facere, quae non sunt vere bona, immo maxime mala. Hinc 1) *genitiva* fundamenta, ob quae quis dignus honore videre potest; sunt perspicacia mentis, ingenium, doctrina, prudentia, magnitudo animi, eloquentia, fortitudo, res gestae, &c. haec enim omnia merito venerantur homines, quia praestata & humano generi vilia sunt. 2) *ea*, quae cum virtute conjuncta profunt, & venerationem mereantur, seu juncta potius contentum pariant. Sic laude digna nobilitas, forma egregia, opum amplitudo, itinera in terras longinquas facta; si haec omnia nihili, si virtus desit, & tamen haec pro fundamentis honoris & existimationis intensiva habentur; immo aliquando honorantur; 3) *quaedam* vicia; tam male aliquando homines ponunt calculum, e. g. auctor est *Cassiodorus* in *Praxi vitiosa*, sua aetate in quibusdam aulis

aulis maximis fieri solitos esse homines hi-
baces, quos venerationis causa pollicos
vocatorum, & quis nonoret, fuisse tempo-
ra, quibus magno honore fruerentur ho-
mines pugnares.

§. XIV.

Hæc omnia tantum jus imperfectum tri-
buunt, nam ideo non temper quis frui-
tur honoribus, quia is dignus est præ-
stariis, sed ob alias causas, de quibus hic
queritur. Dicimus non ideo honoribus
aliquem frui, quod is dignus sit, nam
1) anceps & difficile est iudicium, quis
omnibus dignior; ferunt Alexandrum M.
mortentem interrogatum, quem succello-
rem designaret? respondisse, dignissimum;
id ad liquidum nunquam perductum, sed
gladio cecidit; 2) quamvis etiam
quis una se emineat, potest tamen alteri
competitori inesse aliqd, quod æque præ-
clarum, immo præclarior habetur, e. g.
Scipione temporibus belli Punici permul-
ti Iuæ seniores in rebus civilibus expe-
rientissimi, fortes, & doctiores, sed quia
non opus erat sene rerum civilium peri-
to, erudito, sed forti & magnanimo im-
peratore, is competitoribus omnibus a Ro-
manis præferebatur. Contra jus perfectum
ad honorem seu existimationem intentam
tertium non nisi tria: 1) imperium; na-
turaliter enim superior est, qui imperat,
inferior, qui pareat; 2) pactum, quo &
electio pertinet, hinc superior omnibus
Polonis est rex Poloniz, quia electus;
lectio vero & pactum tacitum, quod ex

diuturno usu & patientia præsumitur, e. g.
imperator fruiur prærogativa, quamvis
nullum forte pactum proprie dictum vel
expressum intercesserit; 3) lex in statu ci-
vili: quo pertinent leges de præcedentia
latæ, quæ suum cuique locum adiuvant.
Ex his, si quis aliquid pro se allegare
potest, jus imperfectum habet honorem
quendam sibi vindicandi.

§. XV.

Sed jam quoque de effectu existimatio-
nis intertior, tum in statu naturali, tum
in statu civili. Quod ad naturalem statum
attinet, notum est, quanta animorum con-
tentione de præcedia certent maximi prin-
cipes & res publicæ, adeo ut sæpe res ad
vim & iurgia redierit. Notum est, quid
ea de re inter Hispanos & Gallos actum
sit in Anglia, ubi legatus Gallicus lorum
ante Hispanum adsectans ab hoc ita conhi-
bitus est, ut lora equatum incidereotur.
Conf. Zwanzig. in *Thesoro præcedentia*.
Quartum erit, quæ præcedia fundamen-
ta pro se allegare solent. Recensuit il-
la auctor, puta 1) antiquitas regni; sed
2) non sequitur; id antiquius est, ergo
præteritum; b) pleiturque, quæ de anti-
quitate nimis adteritur, labulas sapiunt,
veluti quæ historici Scoti & Saxo Gram-
maticus de antiquissimis Scotia & Daniz
regibus adterunt; 2) amplitudo & poten-
tia regni; sed a) hic quoque deficit con-
sequencia, hoc amplum, ergo reliquis præ-
ferendum; b) sæpe & modicum regnum ob
ferendum regimen amplissima quavis potera-

tius est; sic Macedonicum Perlarum imperium destruxit; c) ita barbari reliquis omnibus preferendi erunt; 3) qualitas potestatis, e. g. quod quis sine limitatione & restrictione imperet; sed a) forma rerum publicarum est arbitraria; b) supra docuimus, nullam alteri preferendam, quia omnes de eadem iura & inaequalia habent; c) ita quoque barbari iure praeter reliquis omnibus prerogativam sibi vindicabunt; 4) splendor titulorum; ut saepe a) tituli admodum vani, e. g. Coelestis Perlarum regis, qui se fratrem solis appellavit; hodie Turca Sultanus salutat dominum mundi, omniumque populorum, &c. b) si sunt arbitrarii, & pro imperantium affectu saepe mutantur, e. g. Russi principem suum olim vocabant Czars, id est, regem; nam in bibliis Russis & David rex Israelitarum vocatur Czars David; fuit tempus, cum ab externis reciperet titulum: *Cris-Jorb des Reussen*; hodie imperatoris aeterna gerunt; quibus imperans potest in regno suo quemcumque titulum adsumere, quamvis non semper cogere possit externos, ut eundem illi honorem tribuant. Cum ergo haec omnia vana sint, occurrit ad deum fundamenta magis solida; Resp. 1) in statu naturali omnes aequi sunt liberi, omnes independentes, ergo omnes aequales, ergo nemo alteri preferendus; 2) potest tamen ex post facto contingere, ut cui prerogativa competat ratione alterius: cum enim prerogativa vel eximatio interdiva, cum

ad superiorem paragraphem notavimus; vel nascatur ex imperio, vel ex lege, vel ex pacto: satis patet, duas priores modos huc non quadrare; imperans enim in imperantem nullum habet imperium; nec in statu naturali communis est legislator, qui singulis imperantibus locum assignare potest, ergo superest 3) pactum; si ita ergo convenit inter principes, ut unus alteri preferatur, standum est ista conventionione. Tale pactum potest esse vel expressum, ut nunc in eo alteri cessum expressis verbis promittat, quamvis haec fortassis sint rarissima; vel tacite, quae ex diuturno usu & patientia colliguntur. Ita Imperatori Romano Germanico per tot saecula prerogativam nemo dubiam reddidit, adeoque recte colligitur, pacto & consensu tacito ei a reliquis concessam esse praedictam.

§. XVI.

In statu civili res minus est debita. Ibi enim omnia fundamenta eximiationis interdiva, quae ius perfectum tribuunt, locum habent. Est in re publica 1) imperium, ergo quicumque alteri quavis modo praestit, imperium in eum exercet, ille gaudet praedicta, e. g. magistratus & ministri praeter reliquis, duces & officiales bellis praemissibus, pater praefili, maritus praeter uxorem, &c. 2) Ilex; imperans enim potest & solet civis locum pro lubitu assignare, ubi quidem a) principis est, merita cuiusque status considerare, & prout utilis ille est rei publicae, ita ei

adignare locum, sed b) civis quoque est, adquirere in loco sibi a principe assignato, eumque prudenter ornare; 3) pactum; quarum vero, an & pacto quis locum priorem sibi stipulari possit in re publica? di lingue inter casus, ubi potestria lege certa est definita, & ubi lex desit, vel dubia est, & princeps rem decidere nolit; priore casu pacto civium non est locus; 1) quia contra legem non licet pacisci, & 2) res cum magno praejudicio tuncellorum esset conjuncta; posteriore casu nulla est ratio, cur pacto res decidi nequeat, & hujusmodi exempla passim extant.

CAPUT XV.

De potestate summi Imperis in bonis Civitatis contenta.

§. I.

Vidimus, quid summo Imperanti in honoratariis, quid in vicis, ac porro quid in estimatione civium liceat; jam discipiendum, quid hoc in totum bonis. Jus vero Imperanti in bona Civitatis contenta esse, patet 1) ex natura civitatis; in re publica debet esse unio vicium, ad vices vel maxime pertinent bona seu pecunia, rerum gerendarum curis, ergo emendand., & Imperanti in eam sui juss 2) & maxime ad manum aumentando; eodem enim & in vicam & lamam Imperanti jus sit.

fit, si id exigat rei publicae salus, quidvis in opes. Id qualequale sit, ostensus auctor distinguunt civitates, ubi bona abs summis Imperantibus in civis profecta sunt, & ubi ea civibus sibi propria industria quaesiverunt; prior casu jus hoc Imperantis absolutum esse putat, posteriore restrictum. Sed prior casus fingi nequit. Erat ergo Romanus, de civitate, cap. 18. §. 15. dum statuit, civium privatorum dominium excludere quidem conives, non autem Imperantes, exemplo filii familias; 2) proprietatem omnium bonorum penes solum Imperantem esse non requirit rei publicae finis; 3) regna despotica, ubi rex dominus omnium bonorum civitate contentorum, quae vel in calamitate publica existiterunt, veluti in Aegypto sub Joseph in summa amantiae caritate, vel per vim apertam, aut ob servile subditorum ingenium nata sunt. Jure autem genitum Imperanti soli rerum omnium dominium tribui nequit. Itaque dicendum, bona quaedam esse 1) privata, quemque civem posse rerum suarum dominum esse, ac principi tamen in bona illa, cujuscumque in dominio sint, jus triplex competere: 1) ut possit de usu bonorum illorum leges praescribere civibus; §. 2. 2) ut illis posse tributa & tributaria imponere; §. 3. 3) ut possit in casu necessitatis excoere dominium eminenti; §. 4. 4) quaedam & contraria bona civitati contenta esse: 1) publica, de quibus, §. 5. 6.

§. II.

Primum jus summi Imperantis consistit in potestate leges ferendi circa bonorum usum;

cum

cum enim urio vitium necessaria sit in re publica, vires autem uris non posse, si prodigantur turpiter, consequens est, ut imperantis sit prohibere, ne prodigantur, quod fit per leges. Hinc imperator s. a. *Infl. de his, qui sunt sui vel alieni. Jur. dicit: expedire res publicas, ne quis res sua male utatur.* Hoc vero pertinent 1) leges, quæ prohibent, ne bona ad extraneos perveniant, e. g. prohibita importatio mercium, exportatio pecuniæ, itemque rerum, quæ manufacturis nostris inservire possunt; 2) leges, quæ ad conservationem familiarum pertinent, e. g. ne quis de bonis avitis testetur, uti Hamburgi, Groningæ; ut cognatis sit jus retractus; 3) leges sumptuarie; prohibita mutatio formæ vestium; 4) leges lusuibus oppositæ; 5) leges oppositæ prodigiis, illique, qui loco cedunt; 6) leges de restricta alienatione, oppugnatione, &c. 7) de modo possessionum, quibus legibus opus est, quoties magistratus plerique ad se trahunt; quædam bona ecclesiis donantur; immodice; hinc & in Catholicorum provinciis ejusmodi leges existant, ut ecclesiæ & monasteria non amplius acquirere possint bona immobilia. Sunt etiam quædam leges, quæ indirecte faciunt ad bona civium conservanda amplificandaque, nempe 1) quæcumque ad florem commerciorum & artium opificiorumque aliquid conferunt, 2) quæcumque inhibent res sumptuosas & parum necessarias, veluti iuventa & peregrinationes in terras exte-

ras, 3) quæcumque lites & jurgia civium cohibent, &c.

§. III.

Alterum est jus imponendi veltigalia & tributa. Liv. XXX. 44. *sanctam ex publicis omnium sententiam, quantum ad privatas res pertinet, nec in eis quinquam acris, quam sanctam damnorum summas.* Hoc jus in se iustissimum est a) utiendi enim in re publica sunt vires, b) bonis quiete fruuntur subditi beneficia rei publicæ & imperantis, ergo & aliquid ad imperantium & rei publicæ conservationem contribuere tenentur; c) non abutendum est hoc jure; a) horum autem imperans, si a) proportionem non servet in quantitate & qualitate honorum, e. g. actorum, b) onera imperatæ rebus non fructuosis, uti supra habuimus exempla veltigalium umbæ, acci, uris, & laticis impostorum, c) oneret res immodice, ut subditi nullum fructum ex rebus suis capiant; 3) hinc in plerisque rebus publicis olim id jus indicendi tributa non absolute relinquebatur principis arbitrio; hinc vocabantur *Caban, Boon*, quasi tanquam *doxa & precaria* dixerunt. Quin re administratio quidem ararii soli principi relinquebatur, sed ea simul erat penes ordines rei publicæ, quod & hodieum in multis regnis & principatibus observatur. In Angliæ administratio quidem relinquitur regi, sed ita, ut rationes reddat ordinibus.

§. IV.

Tertium jus est *dominium eminens*: invindicatum vocabulum. Est autem jus summi imperantis, quo ei licet bonis privatorum uti, quoniam id exigit rei publice necessitas. Primum hoc intulerat *Caesar*, sed ita, ut sufficere patris utilitatem rei publicae, quamvis necessitas non urgeret; ex eo principis *Zelationatum* Veram & *Ullsingam* sibi vindicant, quia hoc utile futurum sit rei publicae. At *Anticus*, cujus ea de re *Castor* singularia differatio, hoc merito refellit, idque jus eleganter comparat *facto* *Ahobi*, qui *Nabot* vineam concupiscebat, ut inde sibi horum adinveniret. Postius ergo dominium eminens his limitibus circumscriberendum, 1) ut necessitas hoc exigat; ea non habet legem, & cum imperari tunc jus sit in ipsam civium vitam, multo magis jus erit in eorum bona; 2) ut ei, qui in detrimentum passus est, satisfiat a reliquis civibus. Cum enim alter pro altero praegravari non debeat, facile patet, ei, qui praegravatus, deberi satisfactionem & indemnitatem, nisi omnes eadem necessitas stringat; hinc locus est hujus domini eminentis exercitio, 1) si fundus occupandus, & castra ibi ac munimenta construantur, 2) si res subditorum devastanda, ne hostibus cedant, 3) si naves antequam, ad milites transportandos, 4) si paludum exeat milites in agros privatorum, 5) si in obsequiis privatorum agri occu-

occupantur, arbores cadunt, 6) si urgente fame granaria privatorum recluduntur.

§. V.

Jam ad *bona publica*. Res publicae est persona moralis, est ergo veluti persona, adeoque possidet bona, quae vocantur populi, vel publicae, quae popularia. Ea dividuntur ab auctore in *ararium* & *silvum*, & *patrimonium principis*. Differunt 1) ratione finis; ararium destinatum est nobis rei publicae, siveus sustentationi principis, patrimonium familiae principis, e. g. ut & appanagiati in posterum aliquid accipiant honorum immobilium; 2) ratione iurium; in arario princeps habet administrationem, non tamen semper privative & solitarie, in silva usufructum, in patrimonio dominium. Hinc olim *Romae* arario praerant praefecti ararii, silva procuratores *Caesarum*, patrimonium comites rerum privatarum, quorum saepe mentio fit in jure nostro; 3) ratione attributionis; res immobiles ararii & silvae sive inalienabiles, patrimonium alienabile. Hinc semper damnatae leges agrariae, seu de agro publico dividendo, de quibus celeberrimus *Burmansius* in *Dissert. de rebus publicis populi Rom.* Semper vilius, revocari posse domania ab antecessoribus alienata: jus in se non injustum, quamvis in hypothese saepe accenseantur bonis domania, quae talia non sint.

Subjungit auctor quæstionem, an ipsum regnum possit alienari? Distinguentium, an regnum sit patrimoniale, an usufructuarium: illud alienari potest, hoc non potest nisi consensu populi, 1) quia princeps in ejusmodi regnis non habet plus juris, quam ipsi a populo concessum, id jus autem ei non concessum: 2) electa est personæ vel familiæ qualitas, ergo alius imperans invitis civibus non obtundendus. Nec interest, totum regnum, an ejus pars alienetur, nam & tunc onus in reliquos incumbit: sed posterius habet exceptionem, si ex necessitate pacis in eundem causa fiat alienatio partis regni: tunc enim eum suam velle (subdit), nempe pacem, velle etiam debent mediæ; hinc non injusta fuit alienatio Minnez, Gibraltar, facta ab Hispanis in Anglos; provinciarum quarundam & urbium Svecicarum in Russos, Danos, &c. Denique uti imperans alienare nequit regnum vel regni partem, ita nec abrupte se debet pars altera invita, id enim potest rebellione esse habendum, e. g. Corti subducere se volebant injustissime rei publicæ Genuensium. Attamen nec hic necessitatem habere legem facile patet; hinc si hostis partem avellit, etiam hæc jure præstat hamagium.

CAPUT XVI.

De Bello & Pace.

S. I.

Intet jura majestatis, de quibus adhuc ex illustre actum, est etiam *ius belli & pacis*, idque adeo magni momenti, ut Grævius ideo totum jus gentium publicum univertale jus belli & pacis vocavit, atque ita inscripserit opus tuum incomparabile. Agitur hoc capite 1) de *justitia belli*, §. 1. 4. 2) de *modo bellum gerendi*, §. 5. 11. 3) de *acquisitionibus pro bellum*, §. 12. 14. 4) de *conceptu belli*, id est, de *paco*, §. 15. ad fin.

De justitia belli duo quæri possunt: 1) *an in genere bellum geri liceat?* §. 1. 2) *quænam in specie sint causa belli speciosa?* §. 2. 4. 1) Quiniam in genere bellum pro illicito, aut saltem pro indigno Christiani genere habeant, supra vidimus h. l. cap. 8. §. 5. ubi & ERASMI argumenta profligavimus, quæ jam repetere nihil acinet. At quæ hæc ita dissentit HORÆSIUS, ut in alterum extremum ruat, & bellum pro statu hominis maxime naturali venditet, etiam huic satisfaciendum erit. *Naturale* dicitur, quod aut a Deo inditum est creaturis, adeoque ex Dei intentione omnibus inest, quo sensu vivere, edere, bibere, dormire homini naturale esse diximus; aut *naturale* vocamus, quod rationis discrimini congruit, quo sensu conservationem sui, procreationem & educationem sobolis,

Subjungit auctor quæstionem, an ipsum regnum possit alienari? Distingendum, an regnum sit patrimoniale, an usufructuarium: illud alienari potest, hoc non potest nisi consensu populi, 1) quia princeps in ejusmodi regnis non habet plus juris, quam ipsi a populo concessum, id jus autem ei non concessum: 2) electa est personæ vel familiæ qualitas, ergo alius imperans invitis civibus non obtundendus. Nec interest, totum regnum, an ejus pars alienetur, nam & tunc onus in reliquos incumbit: sed posterius habet exceptionem, si ex necessitate pacis in eundem causa fiat alienatio partis regni: tunc enim eum suam velim subditis, nempe pacem, velle etiam debent media; hinc non injusta fuit alienatio Minnez, Gibraltar, facta ab Hispanis in Anglos; provinciarum quarundam & urbium Svecicarum in Russos, Danos, &c. Denique uti imperans alienare nequit regnum vel regni partem, ita nec abrupte se debet pars altera invita, id enim pro rebellionem esse habendum, e. g. Corti subducere se volebant injustissime rei publicæ Genevensis. Attamen nec hic necessitatem habere legem facile patet; hinc si hostis partem avellit, etiam hæc jure præstat hamagium.

CAPUT XVI.

De Bello & Pace.

S. I.

Intet jura majestatis, de quibus adhuc ex instituto actum, est etiam *ius belli & pacis*, idque adeo magni momenti, ut Grævius ideo totum jus gentium publicum univertale jus belli & pacis vocavit, atque ita inscripserit opus tuum incomparabile. Agitur hoc capite 1) de *justitia belli*, §. 1. 4. 2) de *modo bellum gerendi*, §. 5. 11. 3) de *adquisitionibus pro bellum*, §. 12. 14. 4) de *cessario belli*, id est, de *paco*, §. 15. ad fin.

De justitia belli duo quæri possunt: 1) *an in genere bellum geri liceat?* §. 1. 2) *quænam in specie sine causa belli speciosa?* §. 2. 4. 1) Quinam in genere bellum pro illicito, aut saltem pro indigno Christiani genere habeant, supra vidimus h. l. cap. 8. §. 5. ubi & ERASMI argumenta profligavimus, quæ jam repetere nihil astringit. At quia hic ita dissentit HORÆSIUS, ut in alterum extremum ruat, & bellum pro statu hominis maxime naturali venditet, etiam huic satisfaciendum erit. *Naturale* dicitur, quod aut a Deo inditum est creaturis, adeoque ex Dei intentione omnibus inest, quo sensu vivere, edere, bibere, dormire homini naturale esse diximus; aut *naturale* vocamus, quod rationis discrimini congruit, quo sensu conservationem sui, procreationem & educationem sobolis,

immo totum jus, quod ratio constituit, naturale vocamus. Neutro sensu bellum pro statu maxime naturali hominis haberi potest, quia nec ad hoc nos Deus creavit, ut bella gereremus; nec rationi hoc contentanum est, ut populus populum ledat, sed ut pacem colat. Quomodo vero multa in se non sunt naturalia, quae tamen in statu extraordinario necessaria & rationi contentanea sunt, veluti venae scissio, relectorio membri purridi, ululatio, cautio: ita & bellum in statu hominis extraordinario est iustum. Pax colenda. (hic est status naturalis & ordinatus hominis): et si pacem colere non liceat per aliorum injurias, bellum gerendum. Quid vero est bellum? est status societatum liberarum de jure controverso inter se vi certantium, & propositum certandi retinendum. *Scilicet* & non actus, nam saepe actus non inter se certant belliciterantes, e. g. hyeme, vel si navi bellum geritur, & clades in porticum subducuntur, & tamen mater bellum. *Societatem liberarum*, nam quae aliorum imperio subest, belli gerendi jus non habet, quia habent judicem suum; hinc detestanda bella civilia, belli privata, rebelliones seu bella inter imperantem & cives. *De jure controverso* est enim bellum modus litigandi in statu naturali, ergo plus, quam barbarum est, bellum honoris & gloriae, aut atrociorum, aut amplificandi territorii causa gerere; hinc Alexander vocatus laeo totius orbis. *Vi*; nondum ergo est.

est bellum, ubi tantum calamitas digladiantur inter se principes, vel legati inter se disputant. *Propositum certandi retinendum*; pertinet haec clausula ad tempus inductionum, saepe enim suspenditur vis armorum ad tempus, vel breve, vel longum: ubi quaeritur, utrum illa induciae ad belli, an ad pacis tempus pertineant? Resp. ad bellum, 1) quia adhuc certandi propositum remanet, 2) quia vis controversiae nondum ad liquidum perductum est.

§. H.

At quaenam in specie causae belli iustificae? Hic ante omnia distinguendum inter causas iustificas, politicas, & praetextus. 1) causae iustificae sunt, ob quas bellum dicitur iustum, e. g. vim vi repellere; 2) causae politicae, ob quas bellum habetur rei publicae utile, e. g. Cato decernebat Carthaginiem delendam; 3) praetextus sunt causae iustae, sed in facto falsae, e. g. lupus conquirebatur, ovem ubi aquam turbidam reddidisset. Nos loquimur de primi generis causis, quarum tres status *Graviter*, de *jur. bel. & pac.* II, 3, 1. a) vindicationem juris ab altero nobis iniuste interversis, talis erat causa, ob quam gerebatur bellum Hispanicum; eo etiam pertinet laeo, ob quam satisfactio denegatur; hinc Saguntae exercitus Romanus bellum inferrebat Carthaginensibus; b) propullationem vis iniustae, e. g. si quis armis nos adgrediar, quem nulla injuria laesimus; c) penam, si gens enormi facinori contra jus naturae admittit.

se pollucit, quæ bellum ab Israelitis ostium *Jud. XII. seqq.* Sed causam postremam iustam esse, iam supra demonstravimus, quia gens gentis non est superior. poena autem semper a superiore indigenda. Vid. quæ diximus supra *lib. II. cap. 13. §. 1.* Remanent ergo duæ causæ priores; si ergo vindicamus jus nobis per injuriam interversum, bellum erit offensivum; si propulsumus viam injustam, defensivum. Itaque facile deciditur quæstio, an omne bellum defensivum sit iustum? Negatur, quemadmodum nec omne offensivum injustum est: culpa non creditur in auctorem pugnae, sed in eum, qui alteri fecit injuriam, sive adgressus sit, sive non. Quæritur etiam, an lexionem, quæ bello gerendo sufficit, magnam esse oporteat, & quantum? Resp. quantumcumque sit, vel quantumcumque, perinde est, nam 1) ledens etiam nos in se minima & satisfactionem denegans, horribilem animum declarat; 2) qui in minima læsit, plura & majora adfectabit, simulac fuerit occasio; 3) quemadmodum in statu civili ne minimum quidem injuriam patientor, sed semper mihi integrum est, actionem eo nomine instituere, ita & de bello idem sentiendum, quippe quod loco actionis civilis est in statu naturali. Alia vero quæstio est, an prudenter agat, qui ob causas nullius momenti ad arma exit? iustum est, ob rem minimam actionem instituere, sed non ideo prudenter agit, qui id facit, tantibusque duplo majoribus rem minimi precepti vindicat; ita & de bello statuendum.

§. II.

§. III.

Hinc recte suadet auctor, antequam belli alex res committatur, experienda esse quævis, ut de controversia amice transigatur. Eleganter CICERO, *de offic. 1. 11. cum duo sint generæ discordandi, nunquam per discordationem, alterum pro viro: cumque illud proprium sit humanis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si nisi non licet prius.*

Habet hoc iustas causas, nam 1) omne bellum etiam iustum cum clade subditorum conjunctum est; 2) sumas immensæ requiruntur; 3) res alex plena est, & tam qui iustum bellum gessit, quam aggressor succumbere potest. Hunc in finem proditoria 1) colloquia, deductiones, legatorum conventus; 2) provocatio ad arbitros, sponsiones; si Athenenses & Megarenses de Salamina compromiserunt in Lacedæmonios; 3) addit auctor in majore opere *lib. 8. cap. 6. §. 3.* fortim, commendavit quidem hoc medium CHRYSOSTOMUS, *Oras. de fortuna, AUGUSTINUS, de doctrina Christiana, lib. 1. cap. 28.* GROTIUS, *de jur. belli. & pac. II. 23. 9.* sed id parum prudens consilium. Hinc facile apparet, quid sentiendum de bello representativo, si causa per duellum decidatur; tale quid factum inter RÆMUM & TURNUM, inter HORATIOS & CURTIOS, de quibus METIUS apud LIVIUM *lib. III.* Invenimus aliquam viam, quæ uter utri imperet, sine magna clade, sine multo sanguine utriusque populi decerni possit. Certamen eiusmodi singulare in se

X 3 non

non injustum est: 1) si enim licet in stratu naturali integros committere exercitus, quidni etiam pauciores; 2) ita res se vertit in compendium mittitur, pariterque sanguini. Sed consilium id nunquam est, quia incertus sum, an aliter sit idem habundans viribus integris; 3) quia sic nullum superest remedium emendandi eadem, cum contra in justo bello raro res uno praelio transigatur.

IV.

Vidimus justas bellorum causas: jam de injustis, quibus plerumque illæ justifiæ prætexantur: ex vel 1) aperte, quarum iniquitas & injustitia in oculis videri occurrat, quales a) avaritiæ & cupiditatis fines præferendi, qua inprimis laborabant Romani, quidquid pro iis distulerat ALBERTICUS GASTRIS in libello de *justitia christianorum Romanorum*, b) ploriz studiorum, quo laborabat Alexander M. Absurda ergo sententia Rabbiorum, qui Israelitas exillurati bella gerere, & populos subjugare potuisse ex decerto lyndetu sine alia justa causa, modo id fecerit ad augmentum gloriæ Israelis. Vid. *SALOMONIS de jur. nasar. & gent. sermone disciplin. Hebræor. VI. 3. & 12. 2*) subreptivæ, quæ facilius pallio justitiæ velintur, quales a) metus ex vicini potentia hæc injusta causa, nisi potentia illa injure quaerita; b) metus ex vicini apparatu: hæc quoque causa injusta, nisi certis argumentis consistat, alterum arma adversus nos parare; c) utilitas jure desituta, e. g.

Tuta

Turca jam sollicitatur a Gallis ad arma contra imperatorem, quia commodissima sic occasio amica recuperandi; d) cupiditas sedes novas quarandi; inde notum bellum Cimbericum cum Romanis; non possunt enim novæ sedes occupari, ubi non est vacua possessio, alique jam est jus quæsitum.

§. V.

Hæc de prima parte; jam de modo gerendi bella, ubi primo quaeritur, utrum bella vi tantum aperta gerenda sine, an & dolis & stratagematibus uti liceat? Adfirmant hoc plerique. Cleandrites apud PLOTINUM *stratagemat. libr. II. qua temina non pervingit, vulpium adsumenda &c.* Et quidem non male; nam 1) hosti licet nocere; id cum & stratagematibus fiat, quidni his utendum; 2) ita paritur multo sanguini, & sic finis facilius attingitur; 3) sæpe id necessarium est ob virtutum inæqualitatem; 4) ipse Deus heroidibus veteris tellurenti stratagemata præscripsit, veluti Josue in capienda urbe Ai. Enimvero cum hæc in re facile quis possit a justitiæ regulis desistere, distinctione opus est. Aut hostis cum holle agit, tamquam cum holle, aut tamquam cum pacifice: priore casu circumvenire potest hostem, non posteriori; hinc turpe, hosti quoque fidem non servare. Recte Apollonius apud PLUTARCHUM in ejus vita: *fidem in facere fallens nihil aliud est, quam Dei contumacia, hostium vero circumventio non modo cum justitia, sed & cum magna laude & jure fieri solet.*

X 8

jan-

in nulla est compendio. Præterea etiam cavendum, ne Stratagemata in se sint contra honestum & decorum, qualia sunt omnia 1) quæ dolo malo innocentium eandem intendunt; quamvis enim hæc plane caveri non possit: tamen etiam non attendenda est Ratio. Hinc ad Stratagemata non pertinet interlicio aquarum per venena; 2) quæ decora bellico adversantur, e. g. uti armis veteris, pettoresores immittere capiti hostis, &c.

VI.

Nactens de dolo: jam 2) de vi, de qua jus naturæ & gentium commendat regulam: *hosti in hostem in infinitum omnia licita*. Hæc regula rectè intelligenda; sensus non est, licere omnia in infinitum, quo ad qualitatem, ut possit quis omni scelerum genere adversus hostem impune uti, uti Virgilius existimasse videtur, dum cecinit *Æn. II. 398.*

— *Dolus, no tenetur, quæ in hoste requiritur*; nec sensus est, laedendi animam non habere debere finem; potius enim bellum debet geri propter pacem, alias homo brutia ipsa esset decerior; sed sensus est, posse quem adversus hostem vincti, non donec reparata sit injuria, sed donec ille ad satisfactionem paratus sit, quamvis imer damna, quæ nobis intulit & ipse passus est, nulli sit proportio; ratio est 1) quia, qui bellum nobiscum iniustum g.rit, est animo, eumque tenet, quamdiu non paratus est ad satisfactionem, ergo & laedi potest eandem, donec satisfaciatur, quamvis plus detrimenti

menti patitur; 2) quia ea proportio servari nequit in bello, uti in judiciis, ubi auctoritas omnia moderatur, cum in bello per hostem ipsum fiet, quamdiu latuvelit. Sed tamen hunc rigorem temperat merito 1) humanitas, quæ & humani generis, innocentium & posterorum rationem haberi jubet; hinc non probandum 2) si præter necessitatem omnia ferro flammisque devorentur, b) arbores & silvæ excendantur, c) victi populi in servitatem perpetuam abripiantur, d) in vicis occidendis crudelitate, stupris, similibusque sceleribus delectentur; 3) ratio non est decorum in bellis ex judicio humaniorum gentium observandum; hinc non probantur a) arma venia, e. g. falces, sagittæ venio inflectæ, b) servitus bello captivorum, c) supplicium delictorum.

S. VII.

Ad modum bella gerendi pertinet etiam divisio belli in *sollemne*, & minus *sollemne*, quæ dupliciter potest intelligi, vel 1) de personis bellum suscipientibus, tunc sollemne est inter liberas gentes, minus sollemne inter eas, qui superiores habent, adeoque ejus generis sunt omnia bella civilia, privata, dissidationes, vel 2) de ritu bellum suscipiendi, tunc bellum sollemne est, quod sollemniter indicitur, minus sollemne, quod minus sollemniter. Talis ritus apud Persas erat postulatio terræ & aquæ, de qua sæpe Herodotus; apud Romanos indicitur per facies, sacerdotes, qui legationibus & artibus insidiosi in hostium fines ibant & res.

Et res reprobant, non audiri hostiam in fines hostium projiciendam, cum certa imprecationis formula, de qua Baron. *de formis. & solemnibus. populi. Rom. verb.* Inter Europæos sæculo adhuc XVI. bellum indicit solebat per *excores, Heraldos*, qui certo induit vestium genere literas diffidationis ipsi hostili regi tradebant; quale exemplum historia referet de Carolo V. imperatore, qui hoc ritu Franciscus I. bellum indicit. Hodie id fieri solet per clarigationem & manifestam, de quibus i. n. *Braccus*, eorumque publicationem ad sonitum tubarum & tympanorum. Queritur verò, an hoc discrimen agnoscat jus naturæ & gentium? Resp. priore sensu hanc divisionem omnino esse realem, nam bellum li. *hezarum* gentium est justum, civile & privatum injustum. In illo capi tractantur tamquam hostes, in civili tamquam excores (hinc servituti in bellis hisce non erat locus); *Grotius, de jus. bell. & pac. lib. 1. c. 23*; in privato tamquam rebelles. At posteriore sensu res redit ad arbitrium gentium, ritus enim sunt arbitraria, hinc & ratione populozum, & ratione temporum variant. Illud modo observandum, 1) declarationem belli non debere fieri per ritus impios, & senilis iusti, honesti, decori contrarias; sic Turcæ bellum denunciante, legatos illius nationis in carcere abripiendo; 2) ritibus his semel receptis utendum esse, ne aliter deinde conquiratur, bellum iustum secum gestum non esse, lætrociniæ & diffidationes in se

sua corpora, ab iis ergo ut distinguantur bella iusta, alicui ritu opus est. 3) non violandas esse hostes convitis & injuriis scurrilibus, nam 1) res agitur inter reges magnæque principum, 2) eo ipso alicui populo jus damus per pari referendi, 3) litteræ ejusmodi semel scriptæ manent etiam pace intactæ, & perpetuum impediunt amicitiam gentium.

6. VIII.

Cum ergo de personæ bellum gerentes discrimen inter bella facientes quaestio est, quis bellum gerere possit? Resp. gentes liberae, hinc illius imperii habent quidem jus belli & pacis ratione exteriorum, non autem inter se, fractæ pacis rei sunt, qui arma adversus constatum occipiunt. Nam bellum est in defectum iudiciorum, defectus hic tantum est in statu naturali, ubi nullus superior, non in civili & ubi superior est, ergo & in illo bellum iustum est, in hoc injustum. Hinc pendet solutio quaestionis, an imperator, e. g. præses provincie possit bellum indicere & gerere injussum principis vel populi? Neg. 1) quia habet superiorum, cuius auctoritate provincie præest, 2) quia res cum principis totius rei publicæ conjuncta est. Talia inter ipsos privatos specie requirunt mandatum. Legatorum Fabricum, *lib. V. c. 26*. Excipiuntur tamen casus 1) si hostis provinciam aggrederetur, defunctio enim semper communita censetur præfati provincie; 2) si provincia sit admodum remota, ut non possit speciale man-

datum

datum expectari; hinc Batavorum præces Indis bella cum barbaris prius aliquando conficie, quam de eo illaro nunciū advenirent. Sed id sit 1) ex mandato cum libera; 2) quia bella ista Indica brevi tempore confici solent, Indis artis bella gerendi & armorum admodum imperitis, & nec terra marique sacis validis adversus tot classes & munimenta, quæ Batavi ibi habent.

§. IX.

Sed queritur, an & ob facta non civitatis, sed aliena, e. g. privatium, bellum iuste geratur? Resp. in se hoc fieri non potest, quia bellum est status gentium liberarum de jure controverso inter se certantium: ubi ergo non est jus controversum, ibi nec bellum esse potest. Jus veto controversum hic non est inter duas civitates, sed inter unam civitatem & privatium, quæcum bellum non geritur. Sed quemadmodum supra in doctrina de impetratione demonstravimus, multis modis contingere posse, ut cui alienum factum imponitur, ita id hoc casu ita contingit, 1) si imperans vel res publica denegat satisfactionem, & potius factum delendū; hinc Galli Romanam debebant, quod legati Fabii adjuverant Clusinas, eorumque deditio denegaretur, Liv. V. 36. Cimbrus funditus excindebatur, quia cives legatos Romanorum violantes; ita Carthaginenses negabant suo jussu excilam Sagarum, & esmen jure bello perebantur, quia hoc Hannibalis factum probabant defend-

deserdebantque, & Hannibalem præna exigebant; 2) si quis hosti receptum dat, eumque ope & consilio adjuvat; utrumque conjungi debet: hinc ob solum perfugium bellum non movetur iure; sic e. g. ideo nunquam injuriam sibi fieri dicebat Angli, quod Papa Jacobum Stannum, Hispani ducem Ormondiam receperunt. At perpetuum factum bellum erat inter regem Angliæ Guilielmum III. & Ludovicum XIV. regem Franciæ, quia hic non modo receperat Jacobum II. regem ex Anglia protugum, verum etiam pecunia, navibus, milicibus juvabat ad invadendam Hiberniam. Quid vero si profugus peratur deditio? Ea non semper jure potitur, si nimirum paratus sit princeps, ad quem alter protugum, ad justitiam administrandam; & tunc, si innocens est, cur deditio? si nocens, cur non æque puriri possit a iudice deprehensionis, quam in facta delicti? Enim vero circa hujusmodi privatæ ratio solent oriri controversiæ, nam via unius privati causa bellum sibi accesserit princeps, si alia desint; nec deditioem admodum urget ratio, si periculum sit, ne inde bellum nascatur. *Guot. de jur. bellic. & pac. II. 21, 3. seqq.* Attamen si princeps imperii privatum proscriptum ex imperii decreto recipiat, ipse quoque in proscriptioem potest incidere. Exemplum Jo. Federici, ducis Saxoniz, Grumbachium recipientis Gotha nostrissimum est.

Cum vero casu, qui superiore paragra-
pho explicatus est, magis plerumque re-
pressalis utitur genus, quam bello: que-
ritur, quid sint repressalis: *Repressalis* iust
ius, quo imperans utitur, cum sibi vel
subditis iustitia denegatur, ut gentis istius
bona tam diu arreſto conſtringantur, do-
nec sibi suisque satisfactum sit, e. g. Fri-
dericus Guilielmus frustra a rege Hispaniæ
exegit, ut alienum, ergo armata na-
vem, & Hispanicam navem inreſciperat.
Differunt hæc ab arreſto, a) arreſto enim
conſtringuntur bona debitoris, repressalis
etiam ad bona non debitoris pertinent,
modo ejusdem sit rationis; b) arreſtum
solum fundat, non repressalis. Officia
circa repressalis sunt; 1) non utendum
repressalis, nisi iusto magisterio, contra
ſerunt Grot. II, 1, 7. Boni. de va-
pudi. 4, 10, 8) quia vis prohibita privatis;
b) quia sæpe sunt belli præludium, ac
ſolide eos retelit ZUGRUBUS; 2) non
plus retinendum ex rebus interceptis,
quam ad exſolvendum debitem requiri-
tur; sic enim non eſſet ſatisfactio, ſed
laſio, ſi e. g. pro debito 10000 imperi-
um retineretur navis 10000 imperi-
um; 3) is, qui bona iniuste, reſtreſſum
habet adverſus debitorem, & hinc etiam
jure poceſt petere, ut iura ſibi a credito-
re cedantur, qui ex iure etiam ceſſo ad-
verſus debitorem agere poſſit.

§. XI.

Denique cum repressalis vi utatur con-
tra

tra alium, quam qui nobis debet, quæri-
tur, an & vis adhiberi poſſit pro aliis,
id eſt, an pro aliis bellum geri queat?
Id procul dubio adfirmandum; sæpe enim
non minus ad nos pertinet vicini pericu-
lum, quam ad illos ipſos: tunc tua res
agitur, patet enim proximus ardet. Sed
ſacile patet, requiri 1) iuſtam cauſam,
ſine qua ne pro nobis quidem bellum iure
gerimus, necum pro aliis; 2) vinculum
aliquod, quale dat a) ſubjectio; ita Mi-
thridati bellum illatum a Romanis, qui
cives Romanos & publicanos in Aſia oc-
ciderat; b) ſocius; ita Carthagenſibus
bellum indixit Romani, quod Sagun-
zum, ſociam civitatem invadebant; c, cog-
natio; hanc cauſam hoſtium bello præ-
textere videmus regem Galliarum aduſitatem
cum Stanislaus; d) communis cauſa; ita
ſæpe movente arma Turcarum imperato-
re, reliqui Chriſtiani principes ſocios ſe
præbuerunt ad communem hoſtem coer-
cendum. Sed quaeritur, an tunc, cum
bellum pro aliis ſuſcipitur, & lucrati quid
ex bello poſſimus? Affertur idem, qui non
ſolum id agitur, ut iniuria vindicetur,
ſed & ut in poſterum ſecuriores ſiamus,
quod obſervatur, ſi ad mediocritatem re-
digantur nimis potentia; a) multæ impen-
ſæ impenduntur fuerunt ob alterius injuſti-
tiam, quæ reſtandantur.

§. XII.

Hæc paragraſo agitur *de decore belli*; ſed
hanc materiam jam paullo ante occupavi-
mus; nihil ergo attinet, eam hic repetere.

§. XIII.

§. XIII.

Sequitur tertia pars capituli de adquisi-
tionibus in bello. Quemadmodum iusto ti-
tulo habemus, quod nobis adjudicatum a
iudice: ita & quod bello, modo legitimo,
adquisivimus. Provocat ad hunc titulum
ipse Jacobus mortuus, *Genes. XXVIII, 23.*
hanc terram gladiis & acu tunc occupavit;
id prælegabat Josepho. Titulum hunc vel
modum acquirendi veteres vocabant *occu-
pationem*, quæ quoniam sit rerum nullius,
ingebant & res hostium ratione hostium
esse nullius, adeoque cedere occupanti.
Sed hoc jam occupavimus supra *lib. II.*
cap. 12. §. 14. si enim esset res nullius rati-
one hostium, eas possessores ne defen-
dere quidem possent; 2) multo minus eas
recuperandi jus esset hosti. Non opus est
illis ambagibus; jus acquirendi est ex ipso
iure belli, quod hosti in hostem omnia
in infinitum permittit, adeoque etiam;
ut ipsi omnia eripiat, immobilia & mo-
bilia. Ratione dominii distinguitur 1) in-
ter res mobiles, quæ statim nostræ sunt,
simul ac eas præsidis nostris involvunt, &
2) immobiles, quæ etiam statim nostræ
sunt ratione tertii, ratione hostis tum de-
mum, ubi in pace juri suo cedit: antequam
enim id fiat, hosti visio & ius & animus
est recuperandi. Quemadmodum veto in
statu civili nostrum dicere non possumus,
in quo alteri est jus vindicandi: ita nec
in statu naturali, ubi atheri est jus & ani-
mus recuperandi. Sed queritur 1) cui
præda acquiratur? de immobilibus enim
nemo

nemo dubitat, quin acquiratur rei publi-
cæ, res mobiles vero saltem jure communi
acquiri possunt singulis, quod tamen saltem
esse docet *L. panis. D. ad leg. Jul. pecul.* Jure
naturæ & gentium hæc quoque acquiruntur
rei publicæ, 1) quia ejus auspiciis & sum-
ptibus geritur bellum, 2) quia milites tan-
tum ministerium præstant rei publicæ; quid-
quid vero aliam ministerio & operis ad-
quirunt, id nobis acquirunt. Concedi tam-
en privati potest præda 1) ad certam
fortitudinem, 2) si sua sumta & pericula
aliquis in hostes arma parat. An vero &
res corporales acquiruntur victori? Resp.
aut rebus inhærent, & tunc tanquam ac-
cessoria acquiruntur cum ipse rebus, aut
inhærent personæ victi præcipis, ita ut ob
personæ qualitatem competant, & illa in
victorem non transeunt; hinc e. g. occu-
pata provincia transeunt itali, prætorha-
nes, vectigalia, aliaque jura; non autem
victor principi transeunt ad victorem jura in
vitæ, liberos, &c.

§. XIV.

Hinc facile patet, quomodo in victorem
transeat ipsum imperium in victos? regnum
enim est vel patrimoniale, tunc imperium
acquirat victor vel per expressam cessio-
nem, quoties in conditionibus pacis juri
suo renunciat, vel per tacitam, quoties
animum recuperandi deponit. Cyrus Cæsar
regnum hoc modo adquisit: cum enim re-
gnum patrimoniale sit in dominio præci-
pis, nullum dubium est, quin hic & ex-
presse cedere, & tacite detestare illud
possit.

posit: vel usufructuarium seu legitimum, tunc acquirit illud victor 1) per pactum expressum inter gentem victam & victorem, si victi sponte se subiciunt, homagium prestant, e. g. Justinianus ita adquisivit regnum Vandalicum in Africa; 2) per tacitam patientiam, si coacti quidem se subiciunt, at deinde in victoris imperio adquietescente, animam recuperandi deponunt; sic Romani adquisiverunt regnum Macedonicum, Aegyptiæ.

§. XV. XVI.

Progredimur ad quartam partem, ubi agitur de pace, & quidem de preparanda pace, *inducis*, §. 15. de pace ipsa, §. 16. 17.

Inducis sunt pactum belligerantium, quo salvo statu belli actus tantum belli incertum tempus suspenditur. *Pallam* ergo sancte servandum ex eo principio, quod inolevit §. 5. agimus enim cum hoste tanquam pacifere. *Salvo statu belli*, ergo inducis pertinent ad bellum, quia jus contraventionis matet. *Actus belli*, siue omnes, siue quidam: unde sine ratione Hispani absurdum putabant Hollandorum postulatam, ut inducis ferretur in Europa, non in India, *Guo. Hispan. Belgic. ad eamam* 1668. præterea id intelligitur tantum de actibus belli offensivis, non de defensivis, *Ad eamam* rati-
onis suspenduntur; siue breve illud sit, siue longum. Certum quamvis utroque casu inducis pertineant ad bellum, tamen pro spatio illa longioris temporis, vel brevioris, inducis dividuntur 1) in bellicas, quan-

quando hostes manent in precinctu, 2) pacificas, ubi per plures annos nulla sit expeditio. Hinc facile deciditur questio, an etiam pax detur ad certos annos? *Lacedæmonii* pacem inierunt in annos 50. *Justin. III. 7.* *Gustavus* itidem ad annos 30. *Loccæmii Hispan. Succ. lib. VI. a. 1541.* revocata ejusmodi pax non est pax, quia propositum certandi retinetur, sed inducis tantum. *Inducis* parvo sunt 1) vel *expressa*, quæ expresso pacto ineuntur, 2) *tacita*, quando necessitas ipsa inducias facit, e. g. hiems venementior, maris intemperies. Differentia in eo consistit, quod ad arma posteriore casu redire licet, quando cureque placet: non casu priore; inducis incipiunt a die sequente diem pacti, & durant ita, ut ultimus dies adhuc ad inducias pertineat.

§. XVII.

Pax est pactum omnem hostilitatem plane tollens: 1) non patitur exceptionem metus, nisi iniuste extorta pax per vim capivo principi illatur; exceptio Franciesei I. regis Franciæ. *Vid. Dalmatianus de captivorum principum pactis*; 2) au. an cum rebellibus iniri possit? *Affirmat Guo. III. 14. 6.* aut enim victi sunt, aut victores; si victi, princeps innotuit, dum cum i's pax est pacem; si victorum, transgiteunt iis. Officia circa pacem sunt: 1) *pax* iussu *suapte facta* ad, pacta enim servanda sunt, 2) *abstinentia* ut amari *convallactia* in *reparatione*, 3) *spontiferos* *facturos* *inveniantur* *caris adversus* *pax* *leves* *lata*. Aliud si ex nova causa bellum sit motum.

CAPUT XVII.

De Fœderibus.

Utrum jus majestatis, quod auctores expendit, in specie est *ius fœderum*, quorum consideratur definitio & divisiones; §. 1. 2. adjuvanda, §. 8.

Fœdus est pactum societatum liberarum ad alterutrum aut utriusque utilitatem intum; vere ergo natura non differunt fœdus & pactum, sed subiecta tantum, quemadmodum jus gentium & jus naturæ. *Pactum*; hinc pax etiam est fœdus, ab eo tamen distinguitur, quia pax est conventio necessaria; fœdus conventio voluntaria. *Societatum liberarum*; easque imperantium; hinc fœdera non sunt, quæ ineuntur inter imperantem & cives, sed compacta, capitulationes, &c. *Ad alterutrum seu utriusque utilitatem*; sunt enim alia fœdera, cetera infra docebimus, æqualia, alia inæqualia. Hinc admodum abstrahum est, quod sciebat Plinius Theophrastus Iowanis fœdera: sunt enim juris gentium, nec inventore opus habent, sed locum invenit aliquos ritus in fœderibus adhibitos, quales præcipue apud Orientales secta victimæ, apud Romanos percussio suis, addita formula: *si fuerit fœdo, tumus Jupiter fœdo utitur & re publica optinet; quemadmodum eos hinc legimus; hinc Iovis noxium jurare*. Ceterum fœderum divisa pri-

De Fœderibus.

505

mus hæc est; alia juri naturæ nihil superaddunt, quæ vocamus *fœdera generalia*, alia quid superaddunt & disponunt, quod jure naturæ non debetur, quæ vocamus *specialia*, e.g. fœdera de pace invicem eolenda sunt generalia; fœdera de certo subsidio sibi invicem præstando, specialia.

§. II.

Generalia variis sunt, veluti 1) fœdera amicitia inter Abrahamum & Abimelechum, *Genes. XXI. 23. 24*) fœdera de hospitii jure; hoc jus olim inter privatos & integras civitates obtinebat, ut advenas præberentur hospitia & lucta, vid. *Seneca. Diss. de jure hospitii*, sed hæc hæc die extra usum. Eodem *Georgius de jure bell. & pac. lib. 14.* refert fœdera commerciorum causa in ea, sed hoc ex principio, quod commercia terra marique libera esse debeant; quod manifeste fallit: cum enim quædam commercia civibus & rei publicæ magis est publica, quis negat, ea prohiberi posse? atque si prohiberi possint, possunt etiam perari, & si perarintur, permittitur quid, quod jure naturæ non debetur. *Quæritur*, an ejusmodi fœdera aliquam utilitatem habent? Dubitari posse, quia jam tum jure naturæ debetur, quæ nobis illis stipulamur: sed 1) potest conungere, ut amicitia rupta sit, 2) potest etiam alter sibi persuadere, se non sibi jure derogare essetia amicitia; opus est ergo eulmodi fœderibus; exempli

Ann. de Off. Hom. & Civit.

Y esse

104 *Lib. II. Cap. XVII.*
esse potest transactio Passavienfis. Conf.
ORICHT, de sponsore sacro, l. 8.

III. IV.

Fœdera specialia sunt, quæ otiosis juris
naturæ & gentium aliquid superaddunt, e.
gr. de mutua defensione. Ea dantur tunc,
vel *aqualia*, ubi vel idem utriusque opus,
vel eadem utriusque pacifrentis conditio,
e. g. se sibi invicem submissurus 1000. mi-
lites; utriusque fœderatum sui juris man-
surum: *inaqualia*, ubi vel impar opus, e.
gr. Rex unus alteri promittit 1000. vel fœde-
ratus aheri promittit, se ejus majestatem
comiter veneraturum. Ita Tatarum, Algeri-
entis, &c. fœdes interunt cum Turca.
Ad aqualia fœdera pertinent fœdera mu-
tue defensionis, mutuorum commercio-
rum, atque mutue securitatis causa inita,

§. V.

Inaqualia iterum sunt talia vel a) ra-
tione prestatorum, e. g. potentiori impo-
nentiori promittit subsidium 10000. mili-
tum, impotentiori vel nihil, vel minus;
b) ratione modi, ubi impotentiori aliqua-
tenus subicere se potentiori tenetur, ei-
que superioritatem aliquam concedere, e.
gr. Romanis & Carthaginensibus. Hi enim
promittere tenebantur, se non gesturos bel-
la injussa Romanorum, non nisi centum vo-
merum javium habituros, elephasque non
alios. Quæritur, an fœdera posterioris
genesis minuant Imperium? Resp. distin-
guendum inter onera perpetua & tempora-
lia, e. g. exercituum fœderatum alios per-
man-

mentes, tributum aliquot millionum fal-
vere, &c. sunt onera temporaria, quæ non
impediunt, quo minus quis summum impe-
rium retineat. Contra stipulatio perpetui
tributi, perpetua militia in alterius reipu-
blicæ commodum, omnino cum summæ im-
perio consistere nequit. Deinde distinguen-
dam, utrum fœdes inaqualia ad pecunio-
rum opus pertineat, an jura quædam ma-
jestatis interveiat, e. gr. ne alter bellum
gerat, militem aliat, fœderis pangat: prius
Imperium non statim minuit, posterius om-
nino.

VI.

Sequitur nova divisio fœderum: alia
enim sunt, quod ad finem attinet, belli
causa inita, alia ad pacem conservandam
comparata. Belli causa fœderes inveniuntur
vel cum hoste, vel cum amicis & totus
fœdera systematica, de quibus jam supra
dictum *lib. II. cap. 1. §. 10. seqq.* Dicendum
ergo quædam de fœderibus, quibus conveni-
tur, ut pax in certo bello sit neutra-
rum partium. Ita neutrarum partium hodie
volunt esse Hollandi, Veneti, Helvetii: de
hac præcipue quaritur, an gens cogi pos-
sit, vel ut sit neutrarum partium, velut ubi
illa imparialitate discedat? utriusque casu
distingueudum, utrum jam fœdere aliquo
nexus sit populus alteri, tunc nulla ratio
locum habet, ut sit neutrarum partium;
cuncta cogi potest, ut arma accipiat. Ita
superiore bello Galli cogere non poterant
civibus superiores ad neutritatem, & ho-
die Imperator injuriam sibi ab Hollandis

non conquiritur, quod neutrarum partium esse velint, cum ex fœderis tenore ad quilibet. Ubi fœdus iujmodi non adeſt, nec coactionis locus eſt ad arma conſpicienda, e. g. hodie apud Venetia. Cogi vero quis poteſt, ut ſic neutratum partium, ſic ſuperiore bello Imperator Lothar. Pontificem, ut ſit neutrarum partium.

§. VII.

Fœderum tria diſtincta ab effectu eſt, quod alia ſint *realia*, quæ cum republica incunt, & ſucceſſores omnes, univ. ſtales & ſingulares obligant; *perſonalia*, quæ cum imperante, non cum republica incunt, e. g. Rex Poloniae fœdera poteſt incire, quæ ad conſervationem dignitatis ſue pertinent, vel ad electorum, quæ ad rempublicam plane non pertinent, ac proinde ſucceſſores ſingulares plane non obligant in Polonia. Realia præſentantur omnia 1) cum liberis populis incita, populus enim ſemper idem conſervat, licet forma mutetur: hinc fruſtra cavillabatur Latini, ſe non obligari fœderibus cum Romanis incitis ſub Tarquinio Superbo Rege, qui non amplius Rexque habereat; 2) quæ intuitu impeti incuntur præ imperantibus & ſucceſſoribus: hinc pacis tractatus & ſucceſſores obligant etiam ſingulares; 3) quæ cum conſentiu harum vel utriusque incit.

§. VIII.

Ad tria fœderibus ſunt *ſpontanea*, per quæ intelligimus fœdera a magiſtratu vel miniſtro ſine jullo & mandato imperantis vel republicæ incit, Diſtinguendum etiam,

miniſter generalis, an ſpeciali mandato diſtinguatur, poſterior enim non nocet, ſi adſit prius: deinde diſtinguendum, utrum miniſter profiteatur ſe mandato deſtitui, & hinc ſanctum aliquid concedat ſub ſpœrari: an vero dolo malo diſſimulet, ſe mandatum non habere: priori caſu nihil ei imputari poteſt, poſteriore præſi ob dolum. Tam jure gentium certum eſt, 1) rempublicam non obligari fœdere ſuo injuſto & ſine mandato a miniſtris incit, quis nemo poteſt obligare certum, niſi mandantem; 2) nullatum, qui in dolo verſatur, populo decepto & laſo tenari ad ſatiſfactionem; hanc ſatiſfactionem jure ſpeciali Rom. in eo conſiſtiſſe novimus; ut miniſter nullus revocatis in ſerqum manibus per ſpeciales deſtetur h. vilius, eoque pertinet elaboratimz ſponſores Caſtina apud L. v. D. l. ſeq. & Numantia, cujus etiam in jure noſtro ſit mentio, L. 17. D. de legation. Ob priorem Spurius Poſtumiſ corſuſ ob poſterioreſ Hoſtibus Mancius dedit, neuter vero ab hoſtibus receptus eſt. Hodie tamen non abſciſſe ignominiaſ requiritur deditio, ſed ſuſtinet vel deditio, vel alia ſatiſfactio, pœnam cam ſtipulata eſt gens incit.

CAPUT XVIII.

De Officiis Civium.

§. I.

Quæ hæcenus supra dicta sunt, ad officia imperantium pertinentur: sequuntur ultra hoc capite officia civium, ubi quaeritur 1) *quæ officia illa sint?* §. 1. 2) *quænam sint generalia?* §. 2. 3) *quænam specialia?* §. 3. 4) *quæ ad eamque usque officia referantur?* §. 4.

Civis duplicem representant personam, considerati enim possunt tamquam membra unius ejusdemque corporis, vel reipublicæ, id est, tamquam cives, & tunc omnes inter se sunt æquales, cujuscumque sint dignitatis, omnes enim civium eorummodis trahuntur, & onera subeunt, nisi sint privilegio exemptionis muniti. Deinde etiam considerantur tamquam officiales, qui certam dignitatem, certamque officium in republica administrant, & hæcenus non sunt æquales, sed supra in cap. de *quæstione* demonstravimus. Secundum hunc duplicem respectum officia civium dividuntur in *generalia*, ad quæ omnes indistincte tenentur tamquam cives, & *specialia*, ad quæ quisque contemplatione officii vel honoris sui obstrictus est: sic miles debet reipublicæ certa officia, ad quæ non tenetur legatus, &c. in illis possumus plus præstare, quam debemus, in his id in vicio penitur.

§. II.

§. II.

Jam de generalibus, quæ pertinent vel 1) *ad imperantem*, e. g. ut eum dignis honoribus persequamur, §. 3. 2) *ad reipublicam vel patriam*, e. g. ut eam defendamus, §. 4. 3) *ad seniores singulos*, e. g. ut cupitis jure & civiliter vivamus, §. 5.

Addunt aliqui *Deum*, sed ei non debemus officia tamquam cives, sed tamquam homines, eadem debitori, si vel maximo extra civitatem in statu naturali viveremus, quod exemplo officiorum erga se ipsum illustrari potest, ad quæ cives inidem obstricti sunt, sed non tamquam cives, sed tamquam homines. Potest quidem & civi specialis obligatio nasci ex legibus ecclesiasticis, sed hæc non versantur circa ipsum cultum Dei, sed circa ritus, id est, res in se indifferentes. Vir prudens tamen & illas observabit, partim quia civis est, partim ne exemplo aliis noceat: ac hæc officia proprie non præstat Deo, sed superiori, qui hos ritus præscripsit.

§. III.

Imperanti debemus reverentiam, fidelitatem, obsequium; illam, quia est superior, & talis quidem, qui pro nostra & publica salute excubat; qui salutem nostram promovet, ei debemus amorem, amor erga superiorem vocatur veneratio vel reverentia, cui supra demonstravimus, ergo imperanti debemus venerationem & reverentiam. Illam quoque, nempe fidelitatem debemus, quia principi obstricti sumus ex pacto;

si praestamus, quod ex pacto debemus, fidem praestamus, adeoque sumus fideles, ergo principi obstricti sumus ad fidelitatem. Hinc nempe obsequium debemus, quia res publicae una est voluntas, & quidem per submissionem voluntatum necessitatem, qui submittere alteri voluntatem, obsequitur, ergo debemus principi obsequium. Reverentia se exercet in eo, ut imperantem quovis modo disceramus a reliquis concivibus, hinc erga illos utendum a) nihil consuetudine & honoribus, b) gestibus in re publica receptis; sic Angli regi servitium genua submitti, c) sermone modesto, ne de imperante scabiose loquamur. Fidelitas a) ne exteris plus dedimus sit, quam imperanti, hinc supplicio quovis dignae conjunctiones, seditiones, contumacitates; b) ut imperantis & rei publicae salus suprema lem sit, salva tamen humanitate erga externos; stolidum ergo consilium Hippocratis negantis, se Peris peste laborantibus subventurum; eas epistolae edidit Turcas in *Hispan. Japon. & Arabis*, obsequium iura erga leges, nam ergo iussa specialia principis.

IV.

Officia erga patriam in dubium vocavit Ju. Clavicus in *Acta critica*, II. 2, 3, 28. existimans, si idea patriae resolvetur, per eam vel intelligit provinciam, agrum, urbem vel pagos, vel fides, vel homines in illa provincia deemes, qui plerique sulti & mali sunt; ricti ergo verus illud dixerunt Horatianum: *datus est pro patria mori*. Sed per patriam intelligimus ipsam rei publicam

structuram, quatenus illa per pacta constituitur, ea destructa & nos peribimus: com ergo aliter ferri non posse, quam si illam tuemus & defendamus, patria debemus hoc officium, & salvam quovis modo praestemus; ergo patriae obstricti sumus 1) ad charitatem, tam ob beneficia, quibus salva illa persumitur, tum ad naturalem instinctum; 2) ad fidelitatem, quia officia haec nascuntur ex rei publicae structura, haec autem in pactis consistit, pacta requirunt, ut fides servetur; 3) ad defensionem, hoc exigit finis rerum publicarum.

§. V.

Officia generalia erga concives denuo ex fine & structura rei publicae derivantur. Finis rei publicae est securitas, non modo externa adversus hostes insidiantes, verum etiam interna adversus concives. Hic eo sequitur, 1) ut cum concivibus pacifice sit vivendum, adeoque 2) turbis, tumultus non dandi; 3) a factionibus abstinendum; 4) homini & utilitati civium non videndum sit.

§. VI.

Officia specialia dividuntur in *Lazaria*, quae se per eorum rem publicam diffundunt, §. 4. *Asidiana*, quae ad cujusvis officium pertinent, §. 7, 14. *Lazaria* officium est unum, idque permagni momenti: ne quis adhaeret in re publica officium vel statum, cui impar sit; nam si id facit, 1) refragatur vocanti Dei, 2) non adsequatur finem

finem deficientibus mediis, 3) prodit eo ipso ambitionem & avaritiam. Ex eo vero vitit, nec artibus veteris utendum esse ad obtinenda officia, quas artes veritas Romani uno & communi nomine vocantur *ambitum*, cui varias saepe leges admodum severas, & in his quoque legem Juliam de ambitu opposuerunt. His artibus permittis fieri non potest, quin vel indigni admoveantur elavo reipublica, vel nimis potentes libertatem opprimant, quod imprimis in aristocratia & democratia mendum.

§. VII.

Senectus officia consiliorum ex fine patenti, a) nolle rem publicam, ejusque formam; b) consilia temperare utilitati rei publicae: utilitas autem est vel adparens, ubi sejunguntur iustum, honestum; & utile verum, ubi semper honesto jungitur utilitas; c) nec principi, nec populo adulari; d) abesse a factionibus. *Quaeritur*, an malum consilium puniri possit? Et quidem ob solam inselicitatem evenit? Ita facere solent Turci, ita olim Carthaginenses; sed absurdum, nam a) nihil contra fidem actum, a) consilium non est obligatum, 3) eventum nemo praedare potest, & optima consilia saepe male cadunt, 4) deorum consiliorum cordati, si periculum fuerit, consilia dant.

§. VIII.

Ministorum ecclesiasticorum officium parim in docendo, parim in exemplo con-

consiliis, quae officia ex fine hujus status ecclesiastici sunt, qui est, ut se aliisque beatos reddant. Cui tamen hic finis non pertinet ad civitatem vel rem publicam: alia hic quaerenda sunt officia ministrorum, quae tamquam boni cives rei publicae debent. Talia sunt, 1) nullas propter doctrinas rei publicae noxias, a) non agere demagogos, & rives coercitionibus sectiosis concitare adversus rempublicam; 3) non subvertere se magistratum imperio, & formare rem publicam in republica.

§. IX.

Docentium finis est, juveniorem reddere doctorem melioremque; hinc 1) eorum doctrinae sine vero & utile; hinc *Cato* censuit, ut sophistae vitae sobriove-
rentur, hinc non terenda artes noxiae, astrologia, chiromantia; a) verae sine doctrinae, adduntur probationes & d monstrationes, aliud est praecipere, aliud docere; 3) audientes ad virtutem perducere, a) qui homo impebus & dissolutus nihil proficit rei publicae, si vel Salomone esset sapientior, b) praeterea non potest ad veram sapientiam & studiorum pervenire, qui vitis indulget, nam & faciens erit ad quavis homo, & necessitate negliget, & perpetuo ideis stolidis & pravis mens occupabitur, nec ordinem in studiis observabit. *Quaeritur*, an libertas philosophandi permittenda sit doctibus? Distinguendum inter doctrinas indifferentes, & eum rei publicae damna con-

conjunctionas: posterorum ratione nulla potest permitti libertas, e.g. atheismus, magistratum non esse necessarium, iudicio esse iniusta, bellum non geri posse a Christiano, &c. in indifferentibus permittenda libertas, quia 1) veritas in apertum prostrabitur, 2) multa nova repetentur, 3) si falsa simul in lucem procedunt, 4) ut max. p. sig. hancit a vitis doctis. Hinc vidimus de tempore, quo adhuc seclatris obtinebat philosophia, nihil novi inventum; si quid enim inveniretur, suppresserantur ingenia.

§. X.

Judicum, quorum finis est justitiam administrare, 1) facilem accessum præbere; non cuius domi, & struatum esset, & non in periculo corruptionis conjunctum, nisi periculum urgeat; sicuti tribunos plebis notum quonque Jenuas apertas habere tenebatur; sed in iudicio; 2) non respicere personam; leges uti, nec, iudices autem vive leges; 3) lites reddere breviores; corruptiones sup. re, si vel maxime proficiantur ab eo, cujus iusta causa est, nam cur præmissi adduci se pariter ad litem pro eo dandum, qui de præmio non datur id iure exigere poterat; 4) iudicare secundum acta; quam enim periculum sit, rem committere iudicis conscientia, jam supra dictum; 5) nihil habere pretiorum nisi ex actis.

§. XI.

Militum alii præsumunt, alii parent a militibus recte uti ad conservationem reipublicæ; ergo 1) eos exercere debent, ut arma expedire, iustibus parere. in aciem dis-

disponi discant, ut cequantur, hoc & ad valetudinem facere; 2) disciplinam severam habere, ne cui vim faciant, ne voluptatibus distuant, ne fræna non dant; 3) inimicibus parcere, rempublicam alia non committente; 4) eorum curam gerere; parum atdotis in aciem adferere milites ferias agere a solutis; 5) milibus pro republica, non contra eam uti, hinc insignis facinus admittit Marius Sulla, Cæsar, Pompejus, qui tempus, viribus suis everterent.

§. XII.

Gregationum consilium finis, ut vi hostium opponitur, eaque sustineant; ergo ab iis iure exiguntur a) fortitudo, quæ sane toto caelo distat a temeritate; b) Rationes non delectæ, ergo iuga delictum; Romani intus habebant, qui vulnus in tergo accepissent; c) ubi sequitur strictum; hoc quoque bellum non geritur; d) consilium a Joanne Baptista præscriptum: *summi non infere, magno facta injuriam.*

§. XIII.

Legatorum finis est, principis personam repræsentare apud ceteros, & sic ejus utilitatem promovere, ac si ipsi Princeps adesset; ergo 1) decet eos esse graves, castos, circumspicuos; 2) nec curios nimis, nec iusto imperantes; 3) mandatorum tenaces; 4) a vice corruptionis, s. invictos; 5) taciturnos.

§. XIV.

Quæstorum finis, recte dispensare opes reipublicæ; ergo 1) a gere debent sine accubitate, Caroli V. iudicium erat de B. J. te, nul-

nullum populum libentius condere tributa, si humaniter tractentur, nullum esse magis pertinacem, si vi utaris; a) ad rei publicae necessitates expendere pecuniam, non in suam rem convertere; b) rationes reddere adentatis.

IV.

Superest ultima pars, quamdiu civium officia durent & quando cessent? Specialia, quamdiu durat officium; generalia, quamdiu quis civis est. Civis esse definiunt 1) per migrationem voluntariam; si requisita observentur, e. g. si homines proprii sunt, non sine consensu domini; si liberi, soluti, gabellicii; 2) per exilium, per quod tamen non jus accipiunt a iure d' machiavelli contra rem publicam; 3) per occupationem ab hoste factam, quo imperium in viros transiit; 4) aliquando per Colonias, ut quaedam dico, nam, ut recte observat Grotius, Colonie quaedam sunt liberae, veluti Romae A banorum; laetiae, quae comites tantum venerantur majorem partem, & cum ea perpetuum sordas colunt, e. g. Carthago Syriarum; subditae, quae ira ducuntur, ut constantes metropoli subiectae manent, hodie Hispanorum, Gallorum, Anglorum, Batavorum in India & America ducit. Sola ergo liberae Colonie officis generalibus erga metropolim vel majorem partem plant liberantur, non reliquae.

INDEX CAPITUM.

LIBER I.

CAPUT I. DE *aliiana humana*. pag. 17

- CAP. II. De *norma alienationum humanarum, seu de Lega in genere.* 48
 CAP. III. De *Lega naturali.* 65
 CAP. IV. De *officiis erga Deum, seu de religione naturali.* 87
 CAP. V. De *officiis hominis erga se ipsum.* 101.
 CAP. VI. De *officiis quorundam erga quoslibet, & non de laedendis aliis.* 124
 CAP. VII. De *agnoscenda naturalis humanum equalitate.* 138
 CAP. VIII. De *promissis officii humanitatis.* 143
 CAP. IX. De *officio pacificum.* 152
 CAP. X. De *officio succinacuum.* 177
 CAP. XI. De *officio iurancum.* 187
 CAP. XII. De *officiis circa adquisendum rem dominium.* 200
 CAP. XIII. De *officiis, quae ex dominio verum seu se resultant.* 217
 CAP. XIV. De *poecia.* 232
 CAP. XV. De *consuallibus, qui presia verum suppunant, & de succuibus inde officis.* 243.
 CAP. XVI. *Quibus modis solvantur obligaciones, quae ex palle orientis.* 264
 CAP. XVII. De *intercessionibus.* 278

nullum populum libentius condere tributa, si humaniter tractentur, nullum esse magis pertinacem, si vi utaris; a) ad rei publicae necessitates expendere pecuniam, non in suam rem convertere; b) rationes reddere adentibus.

IV.

Sapere est ultima pars, quando civium officia durent? & quando cessent? Specialia, quando dicitur officium; generalia, quando quis civis est. Civis esse definiuntur 1) per migrationem voluntariam; si requisita observentur, e. g. si homines proprii sunt, non sine consensu domini; si liberi, soluti, gabellicii; 2) per exilium, per quod tamen non jus accipiunt aequi d machinandi contra rem publicam; 3) per occupationem ab hoste factam, quo imperium in viros transiit; 4) aliquando per Colonias, aliquando dico, non, ut recte observat Grotius, Colonie quaedam sunt liberae, veluti Romae A banorum; foedae, quae comites tantum venerantur majorem partem, & cum ea peregrinorum sordas colunt, e. g. Carthago Tyrantium; feudicae, quae ira ducuntur, ut constanter metropolim subiecta maneat, hodie Hispanorum, Gallorum, Anglicorum, Batavorum in India & America ducit. Sola ergo liberae Colonie officis generalibus erga metropolim vel majorem partem plant liberantur, non reliquae.

INDEX CAPITUM.

LIBER I.

CAPUT I. DE *aliiana humana*. pag. 17

- CAP. II. De *norma alienationum humanarum, seu de Lega in honore*. 48
- CAP. III. De *Lega naturali*. 65
- CAP. IV. De *officiis erga Deum, seu de religione naturali*. 87
- CAP. V. De *officiis hominis erga se ipsum*. tot.
- CAP. VI. De *officiis quorundam erga quoslibet, & non de iudiciis aliis*. 124
- CAP. VII. De *agnoscenda naturalis humanum equalitate*. 138
- CAP. VIII. De *promissis officii humanitatis*. 143
- CAP. IX. De *officio pacifermum*. 152
- CAP. X. De *officio firmocianum*. 177
- CAP. XI. De *officio iurancum*. 187
- CAP. XII. De *officiis circa adquirendum verum dominium*. 200
- CAP. XIII. De *officiis, quae ex domum verum se referunt*. 207
- CAP. XIV. De *poecis*. 232
- CAP. XV. De *consallibus, qui presia verum supponunt, & de fluctibus inde officis*. 243
- CAP. XVI. *Quibus modis solvantur obligationes, quae ex palle oriuntur*. 264
- CAP. XVII. De *incorporatione*. 278

CAP. I. De <i>statu hominum naturali.</i>	pag. 192
CAP. II. De <i>statu conjugali, vel officii conjugalis.</i>	201
CAP. III. De <i>officiis parentum & liberorum.</i>	215
CAP. IV. De <i>officiis domorum & servorum.</i>	217
CAP. V. De <i>causa impulsiva conservanda civitatis.</i>	245
CAP. VI. De <i>interna Civitatum structura.</i>	316.
CAP. VII. De <i>partibus summi Imperii.</i>	371
CAP. VIII. De <i>formis rerum publicarum.</i>	381.
CAP. IX. De <i>afflictionibus Imperii civilis.</i>	398.
CAP. X. De <i>modis adquirendi Imperium, imperii Monarchicum.</i>	406
CAP. XI. De <i>officiis summorum imperantium.</i>	418.
CAP. XII. De <i>Legibus civilibus in specie.</i>	439
CAP. XIII. De <i>jure nisi na. actis.</i>	439
CAP. XIV. De <i>extrematione, & de jure summorum circa eam imperantium.</i>	460
CAP. XV. De <i>potestate summi Imperii in bona, sive sac. consentia.</i>	472
CAP. XVI. De <i>Bello & Pace.</i>	485
CAP. XVII. De <i>Factionibus.</i>	504
CAP. XVIII. De <i>officiis criminis.</i>	510

F I N I S.

UANA

IDAD AUTÓNOMA DE NUEVO
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC